SEBASTIANI GVAZZINI I. C.

DE CIVITATE CASTELLI

NVPER SVPREMI TRIBVNALIS ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. Auditoris Cameræ Locumtenentis Criminalis,& Causarum Criminalium Aduocati in Vrbe primarij.

TRACTATVS

DE PACE, TREVGA, VERBO DATO ALICVI PRINCIPI, vel alteri personæ nobili,& de cautione de non offendendo.

IN DVAS PARTES

In prima de Pace, in secunda per tres Paragraphos, in quorum primo de Treuga, in secundo de Verbo, in tertio de Cautione de non offendendo per Quæstiones.

DIVISVS

OMNIBVS IVDICIBVS, ADVOCATIS, ET ALIIS IN FORO versantibus, nedum vtilis, sed per quàm necessarius.

CVM INDICE RERVM OMNIVM LOCORVMQVE insignium locupletissimo.



ROMAE, Ex Typographia Guillelmi Facciotti. MDCX.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

PAVLO QVINTO
PONT. MAX.

SEBASTIANVS GVAZZINVS.

Diù, multumq; anceps fui, nouone huic ingenij mei qualicunq; fœtui præscriberem sacrum S. V. nomen. Mouebant hortatus amicorum, & monita vrgebat vetus mea in S. V. obseruantia; beneficia ab illa in me collata, nõ liberaliter modò, sed effusè propemodum cogebant. Contra verò retrahebat pudor, conditionis, ac fortunæ meæ humilitas, necnon operis ipsius tenuitas nõ leuiter deterrebant. Præponderarunt priores illæ rationes, euicit audacia; vtinam hæc non indigna excusatione; vt commemoratione, atque adeò commendatione illæ sunt dignissimæ. Suadere videbatur B. P. publica vtilitas, vt post librum de Confiscatione Bonorum, quem Venetijs Typographis excudendum tradidi, de Pace, de Treuga, de Verbo dato, ac de Cautione de non offendendo (sic loquimur) nonnulla obscuriora in ipsa πρακτικῇ diuersorum cri-

minum cognitione sæpius à me examinata, ac repetita, non ita ab alijs, vt opinor, enodata, in lucem proferrem; mirificè suasioni huic obseruiuit, & vt opus commodius absoluerem effecit ocium, quo, nullo ferè interpellente, his postremis temporibus abundaui. Faxit Deus, vt quemadmodum negocij in ea parte Reipublicæ quæ mihi B. V. ac superiorum Pontificum munere obtigit administranda, fructus non mediocris existit, sic otij huius, vel potius honesti laboris in otio aliquis, vel tenuis cõstare possit; optare enim magis, quam sperare licet vberiorem illum, quem me tum cumulatè percepisse profiterer, cum aliqua ex parte summo S. V. iudicio hæc nostra probari intelligerem. Deus B. V. Ecclesiæ suæ, ac toti Christiano orbi diu incolumem seruet. Romæ die 6. Nouembris 1610.

PAV-

PAVLVS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

CVM sicut accepimus dilectus filius Sebastiannus Gnazzinus Ciuitatis Castelli opus quoddam, cui titulus est Tractatus de Pace, Treuga, verbo dato Principi, & de Cautione de non offendendo à se compositum in lucem edere intendat, ac vereatur, ne postquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrū quærunt, hoc ipsum opus typis cudi facere curent in ipsius Sebastiani præiudicium. Nos eius indemnitati ne ex impressione huiusmodi dispendium aliuuod patiatur, prouidere ipsumque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati eidem Sebastiano, vt decennio proximo à primeua dicti operis dummodo antea à dilecto etiam filio Magistro Sacri Palatii approbatum sit impressione computañ. durante, nemo tàm in Vrbe, quàm in Vniuerso statu nostro Ecclesiastico immediatè, vel mediatè subiecto opus supradictum sine speciali dicti Sebastiani, aut eorum hæredum, & successorum, vel ab eis causam habentium licentia imprimere vel ab alio, vel aliis, sine huiusmodi licentia impressum vendere, aut venale habere, seu proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis & singulis vtriusque sexus Christifidelibus præsertim librorum impressoribus, & Bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de camera, & amissionis librorum, & typorum omnium, pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Sebastiano, seu eius hæredibus, & successoribus, aut ab eis causam habentibus, ac pro reliqua tertiis partibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandis, & eo ipso absque vlla declaratione incurrendis pœnis ne dicto durante decennio opus supradictum, aut aliquam eius partem tàm in magno, quàm in paruo folio, etiam prætextu declarationum, siue additionum tàm in Vrbe, quam in reliquo statu Ecclesiastico præsentis sine huiusmodi licentia imprimere, aut ab aliis impressum vendere, seu venale habere seu proponere quoquomodo audeant, vel præsumant. Mandantes propterea dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Iustitiæ ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum status nostri Ecclesiastici prædicti quatenus eidem Sebastiano eiusque hæredibus, & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocunque ab eodem Sebastiano, seu ab aliis prædictis fuerint requisiti pœnas præfatas contra quoscunque innobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstañ Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam in ipso opere impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die xxxi. Augusti M D C X. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

S. Cobellutius

ARGVMENTA QVAESTIONVM OMNIVM

Quæ in hoc toto tractatu continentur.

Pax

PARS SECVNDA

S. I.

de Treuga.

S.

§. II.

De Verbo.

§. III.

De Cautione.

Ban-

EX commissione, & mandato admodum *Illustris ac Reuerendiss. D. Vicesgerentis, & Reuerendiss.* P. M. S. P. A. *Ego Nicolaus Cassianus vidi hos Tractatus* De Pace, Treuga, & Verbo dato, Illustr. & Excell. D. Sebastiani Guazzini I.C. eminentissimi, & in Rom. Curia Causarum Criminalium primarij Aduocati, *in quibus non tàm doctè quàm plenè & rectè tum pulcro ordine pertractat, examinat, resoluit quoscumque Casus, & Quæstiones quæ in prædictis contingere possunt. Et cum nihil contra Fidem, aut bonos mores contineant, maximè proficuos fore censeo, si typis mandentur in gratiam omnium studiorum non solum in foro, sed etiam extra forum versantium, & ideo me subscripsi hac die 1. Maij 1610.*

Idem qui supra Nicolaus Cassianus.

Imprimatur. Cæsar Fidelis Vicesgerens.

Imprimatur. Fr. Thomas Pallauicinus *Bononien. Mag. & Reuerendiss.* P. F. *Ludouici Ystella Sacri* Palatij *Apostolici Magistri Socius Ord. Præd.*

SEBASTIANI GVAZZINI DE CIVITATE CASTELLI I. C.

ET IN ROM. CVRIA CAVSARVM CRIMINALIVM PRIMARII ADVOCATI.

Tractatus

DE PACE, TREVGA, VERBO dato alicui Principi, & promiſsione de non offendendo.

PARS PRIMA.

LICET per aliquos inſignes Doctores materia Pacis, Induciarum, ſiue Treugę, ac promiſſionis, ſeu cautionis de non offendendo ſit per Quęſtiones, Tractatus, & Concluſiones tacta; tamen cum eorum opiniones in aliquibus approbatæ, in aliquibus verò turbidæ, & reprobatæ fuerint deinde à ſcribentibus, & Conſulentibus, & vnuſquiſque eorum non plenè de huiuſmodi materia ſcripſerit, & aliquis implicitè materiam pacis, & cautionis de non offendendo immiſcuerit, & materia ſit quotidiana, & vtiliſſima, Iudicibus, Aduocatis, & omnibus verſantibus in foro. Ideò hac die 29. Nouembris 1609. in Feſto glorioſiſſimi Apoſtoli ſancti Andreę incœpi hunc Tractatum, quem diuido in duas partes per Quęſtiones. In Prima enim attingam ea omnia, quę concernunt pacem. In Secunda quæ concernunt fidem, & verbum datum alicui Principi, vel perſonę Nobili de non offendendo, & Treugam, ſeu inducias, & promiſſionem, ſeu cautionem etiam de non offendendo.

Et omiſſa pace interna, quę eſt conſcientię tranquillitas, & gaudium per peccata nobis condonata, quàm Deus mundo reliquit in ſuo vltimo Teſtamento Pacem meam do vobis latiſſime Luc. de Penn. in l. vnic. num. 8. ſeqq. C. de publ. lætit. lib. 12. vbi ponit plures ſpecies pacis, & Afflict. in Conſtit. Regn. lib. 1. Rub. 8. de cultu pacis num. 1. Gramm. ſuper Conſtit. Regn. lib. 1. Rub. de pacis cultu Diu. Auguſt. de Ciuit. Dei 9. lib. qui ponit etiam plures ſpecies pacis. Herculan. de caut. de non offendendo cap. 51. num. 11. Nouell. in Pract. Crim. cap. fin. num. 120. Vulpell. in tract. de Pace quęſt. 1. num. 1. ſequen. Card. Tuſc. in ſuis Concluſ. tom. 6. in verbo Pax, concluſ. 171. num. 29.

Sed incipiendo à Pace externa concernente quietem publicam inuenta ab hominibus ſicut bellum.

Quæst. I.

Pax à quo iure fuerit inuenta.

SVMMARIVM.

1 *Pax à quo iure fuerit inuenta, seu de quo tempore.*
2 *Thesæus Athænis primo fuit inuentor pacis.*
3 *Pacis contractus est vltrò, citroque obligatorius.*
4 *Pacis contractus est correspectiuus.*

1 PACIS conuentio, siue contractus habuit originem de Iure gentium, sicut ex eo bella orta fuerunt, cap. ius gentium, 1. dist. 5. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure. Bar. in q. 1. n. 1. Vulpell. in tract. de pace, q. 1. nu. 2. & 3. vbi etiam post Plin. natur. histor. lib. 7. cap. 36. scriptum re-
2 liquit primum omnium † Thesæum Athænis introduxisse pacẽ. Card. Tusc. in d. cõcl. 171. n. 26. to. 6. Riminal. Iun. cons. 442. num. 32. vol. 4. dicit: vindicta, & pax à natura procedunt, & Luc. de Penn. in l. vnica nu. 15. C. de publ. lætit. lib. 12. dicit quod si omnes homines essent amici, non bella, seditiones, latrocinia, lites, cæteraq. mala, quæ hominibus ex se ipsis nata sunt, fortunę accessissent, & latè de illo Thesæo loquitur. Feret. de ferijs. num. 204.
3 Et est contractus vltrò, citroq. obligatorius, Laur. ab Oca. cõs. 66. n. 1. seq. to. 2. crim. Bertaz. cons. 30. n. 31. vol. 1. Card. Tusc. d. concl. 171. n. 8. & 9. vbi declarat hoc esse verum quoad pœnã; cũ aliàs qui remittit, nõ dicatur cõtrahere, & alleg. Ab. in cõs. 108. col. 2. lib. 2
4 Ac etiam dicitur contractus correspectiuus; vt si principalis offensus sit exemptus à pace cum aliquibus, illi etiam erunt exempti: cũ iniquum esset, quòd ipse haberet alios obligatos, ipse verò esset exemptus. iate Moron. in tract. de treug. & pac. q. 136. per totam & dicit habuisse casum in facto in Ciuit. Firmi, de quo latiùs dicam in q. 39. in hac prima parte.

Quæst. II.

Pax externa quotuplex sit.

SVMMARIVM.

1 *Pax externa in hoc sæculo duplex est, vna, quæ concernit præterita, altera quæ respicit futura.*

1 PAX externa in hoc sæculo, quæ concernit quietẽ publicam duplex est: vna quæ respicit præterita de iniurijs præteritis, quæ eodẽ instanti perficitur; altera est quę respicit futura, & dat formã futuro tẽpori, vt post Bal. in cons. 195. n. 3. vers. sciendum est quod lib. 2. tradit. Card. Tusch. in d. concl. 171. nu. 19. Nouell. in pract. Crim. cap. fin. nu. 2. in fin.

Quæst. III.

Pax quid sit, & quomodo describatur.

SVMMARIVM.

1 *Pax est finis discordiæ, siue sedatio discordiæ, & inuiolabilis concordia, dicitur remissio iniuriæ.*
2 *Pax dicitur à pactione.*
3 *Pax est remissio rancoris.*
4 *Pactum in pace appositum, per quod retinetur rancor, non valet.*
5 *Pax non dicitur vbi latent insidiæ, vel dolus.*

Pro-

6 *Promittens in pace quod non faciet pacem cum inimico suo: talis conuentio non tenet.*
7 *Pax differt à concordia.*
8 *Statutum loquens de pace non habet locum in concordia.*
9 *Pax non dicitur rupta per contrauentionem concordiæ.*

1 PACIS diffinitio, seu po-
tius descriptio est, vt sit
discordiæ finis Hostien.
in summ. de tregua, &
pace, in princip. Bonifac.
Vitalin.in tract.crim.in tit. de pace,
num. 1. Siue sedatio discordiæ, Boss.in
tract.de pace nu. 2. Sim.de Pret.consil.
177.nu.9.vel quod sit vltimus discor-
diç finis, & perpetua, & inuiolabilis
concordia, Moron.de treug.& pace,q.
189. nu.2.Petr.Caball.in quæst. crim.
cas.101.nu.57. Nouell.in pract. crim.
cap.fin.nu.1.Et dicitur etiam iniuriæ,
& vindictę remissio.Roman.cons.115.
nu.2.vers.quinimò,ac priuatio belli,&
controuersiæ.Iul.Ferrer. de re militari
tit.de ferijs nu.3.late diffiniuit pacem;
Decian.respon.117.num.41.vol.3.sed
Bar.in cõs.66.in prin.lib.1.dixit,quòd
non sufficiat dicere quòd pax sit finis
discordiæ,nisi addatur per pactũ:quia
per mortem etiã datur finis discordiæ,
& tamen non est pax, quem sequitur
Rom.in d.cons.115.nu.2. Card. Tusc.
in d.concl.171.n.5.& 7.& idem voluit
Marsil.in tract.de Bannit.in verb.pace
nu. 1. Vulpell.in tract.de pace q.1.n.4
& sine pactione non datur pax. Farin.
cõs.98.n.8.Iul.Ferer.in tit.de fer.n. 6.
2 Hinc est quòd pax dicitur à pactio-
ne, Bald.in l.1. secundo notab.ff. de
pact. Vulpel.in d.q.1.num.5.Marsil.in
d.verb.pace num. 3.Gloss.ad Constit.
Marc.lib.4.cap.76.in verbo pax.Fari-
nacc.d.cons. 98.num.9.
3 Diciturque etiam pax remissio ran-
coris.Bar.in cons.175.in princip. vers.
quædam ex pax lib.1.& priuatio bel-
li,& discordiarum.Decian.respon.117
num.41.volum.3.
4 Hinc infertur quòd si interueniet
pactum in pace, per quod retineretur
rancor,non valeret,cum sit contra na-
turam pacis. Anchar.cons.75.in princ.
& nu.5.vers.& si dicatur. Ang. in l.1.
nu.1.ff.de pact. Alciat.cons.134. nu.3.
tom.2.lib.5. Moron. de treug. & pace
q.187.Card.Tusc. in d.concl.171.nu.
5 21.Vulpell.de pace q.55.† Et vbi la-
tent insidiæ,vel dolus non dicitur ve-
ra pax:vt post Bal.in c.1.in fi.princ.de
pace iuram.firman. tradit Bertazzol.
cons.474.nu.24.vol.2.Barbat.in cons.
1.n.107. vol. 3. firmat quod si aliquis
6 promittat alteri quòd minimè pacem
faceret cum inimico suo, talis conuen-
tio tanquam nulla non tenet,Iul.Fere.
de ferijs sub.n.113. vers. Duæ Ciuita-
tes.Quid autem si fuerit deductum in
pacis instrumento quòd altera pars nõ
possit tenere amicitiam neque conuer-
sari cum inimicis, nec illis fauere ali-
quo modo,facto,vel verbo; an rupta
dicatur pax, si vnus dedit cœnam ali-
quibus existis, quos neque etiam po-
tuisset expellere latè consuluit Bertaz.
cons.98.vol.1.per tot. vel quod liceat
pacem frangere, non teneat pactum.
Nouell.in pract.crim.c.fin.num.95.
7 Pax autem differt à concordia:
quia pax accipitur vti genus, & con-
dia vti species,vt post Ang.& Alexan.
in l.1. ff.de pact.firmat. Marsil.in tract.
Bannit.in verb.pace nu.4.Iul.Feret.ti-
tul.de ferijs.num.52. Barbat.consil.1.
num. 106. vers.32.adduco, volum.3.
& post Corsett. in tract. de priuil.pac.
num.14.& nu.16.in princ.Card. Tusc.
in d.conclus.171.nu.20. Baiard.q.58.
num. 58. Nouell.in pract.crimina.cap.
fin-nu.44.latè Farinacc.cons. 98. ferè
per totũ,& præcipuè sub nu. 10.seqq.
Nouel.in pract.crim.c.fi.num.44. late
Bal.in Rub.de treug. & pac.nu.4. vbi
ponit multas differentias.
8 Hinc infertur quòd statutũ loquẽs de

pace habenda, non verificatur in concordia; vt post Angel. & Alex. in d. l. 1. ff. de pact. tradit Marsil. in d. verb. pace nu. 4. vbi etiam subdit, quòd vbi requiritur pax non sufficiat treuga glos. ad Constit. March. lib. 2. ca. 1. in verb. Pacem, Nouell. in tract. crim. c. fi. n. 82

9 Item infertur quod si quis concordiam fecerit, si deinde vultionem desumat, non dicitur fregisse pacem, Bal. in Rubr. de treug. & pace, n. 5. Barbat. cons. 1. nu. 106. subuer. 32. adduco vol. 3. & Sim. de Pret. cons. 64. n. 24. & seq. post Raphael Fulgos. in l. 1. & l. 2. ff. de pact. & idem inferunt in remissione iniuriæ, cum remissio, vel concordia sit sine interuentu amicitiç, pax autem sit cum interuentu amicitiæ. Baldus vbi supra.

Quæst. IV.

Pacis signa exteriora; & quomodò sit pax inter homines componenda.

SVMMARIVM.

1 *Pax est remissio iniuriæ pro vtraque parte; Remissio est pro vna parte tantum.*

2 *Accusatio offensæ tollitur per solam satisfactionem.*

3 *Iniuria remittitur sola dissimulatione; & ibi dantur plura exempla.*

4 *Osculum debet interuenire in pace, tanquam signum pacis.*

5 *Pax quare per osculum celebretur.*

6 *Pax contrahitur etiam datis dextris hinc inde.*

7 *Pax vt sit validior debet firmari iuramento.*

8 *Salus animæ an requirat Instrumentum vel alium actum exteriorem demonstrantem pacem, vel sufficiat sola remissio in corde ad obtinendam absolutionem in foro pænitentiali.*

1 PAX inter homines componenda est, vt si ex vna parte tantùm interuenerit iniuria, vel offensa, tunc sufficiat, vt fiat remissio iniuriæ per illã partẽ offensam, & ista potiùs dicitur concordia, vel remissio; Pax autem dicitur quando hinc indè ex vtraque parte iniuriç, vel offensæ processerunt, vt declarat Specul. de treug. & pac. vers. item nota. Luc. de Penn. in l. vnica, nu. 10. in princ. & nu. 27. vers. 9. quæritur, C. de publ. lætitia lib. 12. Et ad tollẽdam accusatio-

2 nẽ † sufficit sola satisfactio, aut expressa sine satisfactione remissio, vel tacita, vt per abolitionem ab animo, aut per temporis præscriptionem, aut per similia, l. sed si vnius, §. si ante ff. de iniur. l. Iuris gentium, §. si paciscar, ff. de pact. Luc. de Penn. in d. l. vnica, nu.

3 27. in fine: † Iniuria enim remittitur dissimulatione, vt si iniuriatus luserit cũ iniuriante vel comederit cum eo, vel si aliqua ex parte iniuriantis bona merita processerunt, vel si fuit sibi loquutus çquo auimo, vel confabulatus, vel si salutauit iniuriantem, vel si verbis amicabilibus misit ad eum literas, nuncium, vel Epistolã, vel si precibus exoratus expræsse remittat latè Luc. de Penn. in d. l. vni. oum. 28. vel per risum reciprocum, per potum, per amplexus, per osculum, & per tactum manuum Gloss. in cap. fundamenti in verb. per dexteram vtramque de elect. lib. 6. Iul. Feret. tit. de ferijs, nu. 157. & num. 218. Barbat. cons. 1. num. 106. sub vers. 32. adduco vol. 3. Marsil. in tract. Bãnit. in ver. pace, n. 5. Nicol. Moron. in trac. de treug. & pac. q. 102. n. 25. Benintẽ. dec. 65. n. 16. Vulpell. in tract. de pac. q. 60. n. 1. seq. Iacob. Nouel. in pract. Crim. c. fin. n. 84. Card. Tusc. to. 6. in verb. pax. concl. 71. n. 1. Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. n. 57. An per similes actus sociales inducatur fractura pacis per offensam deinde secutam dicam infra.

Sed

4 Sed quia tancores in cordibus radicantur, & maiora hinc inde sępius crimina cōmittuntur, debet in ipsa pace interuenire osculū, quod est verum signum pacis de consecr. dist. 2. Pacem igitur 2. 2. Reg. 14. c. in fi. & ab osculo cœpit benedictio. Genes. 27. vide Iul. Feret. de ferijs. n. 219. ex his colligitur quare pax celebretur per osculum, & quia etiam is, qui præbet osculū censetur eius, quem osculatur, optare salutem, & est indicium Charitatis, amicitiæ, & consensus 63. dist. cum Adrianus in fi. Luc. de Penn. in d. l. vni. num. 29. Antiquitus etiam datis dextris hinc inde fiebat pax: Vnde 1. Machab. cap. 6. ante fin. Demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & erat iuramentum apud antiquos: dextra enim est testis fidei, & pignus pacis. Io. Andr. in c. fundam. de elect. lib. 6. Luc. de Penn. in d. l. vni. num. 29. in fin.

7 Et vt validior sit pax est firmando iuramento, & tunc fidelius durat, 22. q. 1. omne quod in princ. & q. 5. Decreuit: Et mutuò partes sibi inuicem iurare debent. Luc. de Penn. in d. l. vnic. num. 30. vbi etiam subdit quod debeant bona ablata restitui, ac damna resarciri. Iul. Ferret. de re milit. tit. de ferijs, num. 15.

8 Pro salute autem animæ paciscentis dubitatur an sufficiat sola remissio in corde, & facta Confessori absq. alio actu exteriori, & Sacerdotes teneatur absoluere confitentem, licet nolit ad instrumentum pacis, vel ad alium actum exteriorem deuenire Sfort. Odd. in tract. de integr. rest. q. 85. art. 7. nu. 54. seq. ex opinione Diui Thomę 2. 2. quæst. 25. art. 9. & Card. Gaet. ibi in 2. & 3. dub. tangendo hanc quæstionem tenet quòd sufficiat sola remissio iniuriæ facta sacerdoti absque alio actu exteriori, cum actus exterior sit ordinatus ad bonum Ciuile, & non ad salutem animæ de necessitate, sed sufficiat dilectio, & charitas inimici in communi, & quod vlterius exhibetur inimicis per signa dilectionis, & ad perfectionem charitatis, & non ad necessitatem salutis pertineat. Contrariam opinionem vt pro salutę animæ requiratur instrumentum pacis, vel alius actus exterior, aliàs non possit Sacerdos confitentem absoluere latè in terminis conscientię tenuit Ludou. de Bea. Respon. Cas. Conscien. cas. 10. per totum, vbi late disputat istum articulum, & per solidissima fundamenta concludit pro ista parte negatiua, & contrarijs respondet: sed Baiard. ad Iul. Clar. in §. fin. quęst. 58. num. 73. in fine dicit audiuisse seruari vtramque opinionem ad voluntatem Episcoporum: Sed ego omninò credo quòd nullo modo sit recedendum ab ista opinione Ludouic. quę est fundata super bonis rationibus desumptis ex sacra Scriptura, & quia etiam sine dubio est tutior, & quando agitur de salute animę illa opinio sit amplectēda, quę tutior est Marsil. sing. 151. late Add. ad Magon. dec. Luc. 26. in lit. F, vbi alios allegant, & quia impediretur beneficium statuti resultans ex pace secuta, & esset contra pręceptum Euangelicum per quod disponitur benefacite illis, qui oderunt vos, late Vulpell. in tract. de pac. q. 55. num. 3.

Quæst. V.

Pax ex quibus causetur, & impediatur.

SVMMARIVM.

1 *Pax pluribus modis causatur; vbi dantur septem exempla.*

2 *Pax ex quibus causis impediatur; vbi ponuntur sex casus.*

1 PAX causatur pluribus modis,& præcipuè. Primò si minor exhibeat reuerentiam maiori, ca. ad hæc 89. dist. Auth. de defensor. Ciuit. §. quæ igitur, vbi Gloss. in verb. maximorum, Latè Luc. de Penn. in l. vni. num. 16. C. de public. lætit. lib. 12. & latius Afflict. super Const. Regn. par. 1 lib. 1. rubr. 8. de cultu pacis num. 2. Secundò causatur cum singula Collegiorum officia singulis quibuscunque personis sigillatim fuerint commissa, cap. sing. dist. 89. Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo officio contentus, surripit alienum. Luc. de Penn. in d. l. vnic. sub num. 16. C. de public. lætit. lib. 12. Afflict. in d. rubr. 8. num. 2. vers. 2. causat, & num. 3. Tertiò pax inducitur quando superiores se exhibent cũ charitate inferioribus, & subditis. Luc. de Penn. in d. l. vni. sub n. 16. Affl. in d. rub. 8. n. 3. vers. 3. causat, vbi subdit: Et ideò Regnum erit in pace quando Rex de facile se præbet ad audiendum quærelantes: imò dies audientiæ Principis dies lætitiæ nuncupantur d. l. vnic. C. de public. lętit. lib. 12. & si hoc per Principes hodie obseruaretur, non fierent tot oppressiones, quę in dies fiunt per potentes contra alios inferiores. Quartò pax causatur quando cum debita ęqualitate curam Reipublicæ habentes omnes intendunt, & non aliquos particulares audiunt, & reliquos negligũt; cum sicut in magnis, ita in minimis membris suis firmam Ecclesia habeat vnitatem. Ideò dicimus quòd vtilior est subiectis iustitia, quàm fertilitas temporis. Luc. de Penn. in d. l. vnic. sub num. 16. Afflict. in d. rub. 8. num. 4. Quintò pacem generat patientia, iuxta illud: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc. 16. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat susceptas. Luc. de Penn. in d. l. vnic. sub num. 16. vbi subdit hoc maximè pertinere ad Prẹlatos, qui non solùm debent esse patientes ne vincantur à malo, sed etiam pacifici, vt vincant in bono malum. Afflict. in d. rub. 8. num. 5. Sextò causatur ex ordine, cum in rerum distributione seruatur ordo, qui est vera dispositio rerum, vel gradus Luc. de Penn. d. l. vni. num. 16. in fin. Afflict. in d. rubr. 8. num. 6. vbi post Bal. in c. nihil de elect. dicit quòd plus vitiat omissio ordinis, quàm non cultus Iustitiæ, & non solùm ordo inter homines seruandus sit, sed etiam inter Diabolos, & allegat B. Thomam in 1. par. summę q. 10. art. 9. Septimò Pax causatur si in Regno sit vnus Rex, quia si plures essent, Regnum non erit in pace 7. q. 1. cap. in apibus; & cap. 12 q. 1. Afflict. in d. rubr. 8. nu. 5. vbi subdit: dummodò vnus Rex sit, prout esse debet, & allegat B. Antoni. in 4. parte summæ 54 §. 2.

2 Modò erit videndum quæ sint illa, quæ impediant pacem, & illam conturbent, & tollant; sed remitto curiosum lectorem ad Luc. de Penn. in d. l. vnic. num. 17. cum plurib. seqq. C. de publ. lętit. lib. 12. vbi ponit seriatim 26. causas impedientes pacem. Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 5. num. 14. & q. 102. num. 30. Iacob. Nouel. in pract. crim. cap. fin. num. 116. dicit sex esse casus, per quos Deus Populo aufert pacem, & gentibus mittit guerram, & se refert ad Gloss. in cap. ad Apostolicæ il 2. in verb. Pacem. Afflict. super Const. Regn. par. 1. lib. 1. Rub. 24. num. 1. ponit sex casus propter quos non seruatur pax. Primò quia non puniuntur maleficia. Secundò abundantia temporalium. Tertiò quia homines non occupantur in pugna contra dęmones, ideò fiunt pugnæ cõtra homines. Quartò quia non considerantur dãna, & incommoda belli. Quintò quia non consideratur dubius euentus belli. Sextò quia non seruantur Dei præcepta.

Quæst.

Quæst. VI.

Pax per quos sit in Ciuitatibus reformanda, & componenda.

SVMMARIVM.

1 *Pax est componenda per Regnantes in Ciuitate, item per Præsides, & Prælatos, item per Magistratus, item per Defensores Ciuitatum, item per particulares personas.*
2 *Summus Pontifex tenetur inuigilare circa pacem, & Principes ad eam, seu ad treugam compescere.*
3 *Papa est supra Reges, & Regna.*
4 *Reipublicæ interest vt pax conseruetur inter subditos.*
5 *Ecclesia negligentem odia remittere excommunicatione compellit.*
6 *Pacis tractatus secretè habendus est.*
7 *Offensus in pace debet habere satisfactionem, quam nec etiam de iure Diuino tenetur remittere.*
8 *Pax per pecuniam facta inducit infamiam respectu dantis, & recipientis.*

1 PAX est per Regnantes potissimè reformanda, vt ait Cicer. in oratione pro ligario, & ad hoc 23. q. 5. Regum, & cap. Rex debet: & sine Regali prouidentia impossibile est Ciuitatibus pacem dare, vt dicitur 2. Machab. c. 4. Luc. de Penn. in l. vni. num. 22. in princ. C. de publ. lætit. lib. 12. Item per Præsides, & Prælatos, qui studere debent, vt discordantes subditos, siue Clericos, siue laycos ad pacem magis, quàm ad iudicium cogant, 90. distinct. studendū, & cap. discordantes, & cap. dissidentes, & tali modo populi in tranquillitate pascuntur; vt latè prosequitur Luc. de Penn. in d. l. vnic. num. 22. & sub num. 23. in fin. dicitur quod Prælati, Reges, & Magistratus in reformanda pace negligenter agentes peccant mortaliter, 90. distinct. præcipimus, alij priuati venialiter 25. distinct. §. aliàs; & quòd ad Episcopos spectet conseruare pacē. Iacob. Nouell. in pract. crim. cap. fin. num. 83. Felin. in Rubr. de treug. & pace, num. 5. vbi dicit quod Episcopus peccat mortaliter, & ibi late, Iul. Ferret. tit. de ferijs num. 25. & num. 196.

Et etiam defensores Ciuitatum debent eorum officium interponere, vt pax, & tranquillitas in populo conseruetur, & si per seipsos non potuerunt, debent superioribus denunciare: authen. de defens. Ciuitat. §. deinde eos: & in patria mea ab antiquis Tifernū appellatum Confalonerius, & Priores Ciuitatis curant discordias, & rixas sopire, & pacem inter ciues, & alios componere, & quolibet anno deputantur ad dictum effectum duo viri nobiles, qui vulgo nuncupantur Pacieri. Et etiam aliquando pax reformatur per priuatos, qui nulla super hoc publica potestate funguntur: & hoc satis rationabiliter inductum fuit, cum ad Politicum præcipuè spectet pacem facere, sicut ad Medicum sanare languores, vt latè dicit idem Luc. de Penn. in d. l. vnic. num. 22. in fine, & num. 23. in princ. Marsil. in tractat. Bannit. in verb. pace. num. 35.

2 Et præcipuè ad Ecclesiam, & summum Pontificem spectat pacem, & tranquillitatem inter subditos procurare cap. præcipimus 90. distinct. cap. 1. de Treug. & pace, & post Card. & Specul. Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace, num. 3. ac Principes ad pacem, vel saltem ad treugam compescere, Affl. super Constit. Regn. par. 1. lib. 1. rubr. 8. num. 7. in fin. & num. 8. & possem multa exempla præbere tam ex antiquis Pontificibus, quam modernis, qui diù laborarunt cum maxima impensa in componendis differentijs, & discordijs inter Reges, & Principes

Chri-

Chriſtianos: cum ſit Papa conſtitu-
3 tus ſuper Reges,† & Regna, & poſſit
quemlibet corrigere,cap.nouit, de iu-
dic.cap.cauſam qui fil.ſint legit. & in-
4 terſit Reipublicæ,vt pax † inter ſubdi-
tos conſeruetur. Marſil.in d.verb.pa-
5 ce,num.2.in Tract. Bannit.† Et etiam
Eccleſia,ex cuius ritu illos, qui negli-
gunt odia perniciosa remittere excom-
municatione compellit. cap. placuit.
70.diſt.Luc. de Penn. in l.vnica. C.de
Xenenarch.lib.10.Gramm.ſuper Con-
ſtit.Regn. lib.1.Rubr. de pacis cultu,
num.5.Felin.de treug. & pac.in Rubr.
num.5.ver.& quod.

6 Et in reformanda pace tractatus in
tranquillitate animi familiariter ſecre
tè habendus eſt in clement.de iur.iur.
cap.1.§.1. & 11.q.3.inter verba, & 5.
q.4. in loco: Et tractantes pacem de-
bent præcipuè cauere ne aliquæ inſi-
diæ lateant; quia ſunt quippè multi,
qui loquuntur pacē cum proximo ſuo,
mala autem in cordibus eorum habēt;
vt dicitur in Pſal. 27. & latiſſimè pro-
ſequitur Luc.de Penn.in dict.l. vnica.
num. 24.

7 Item eſt attendendum, vt offenſus
ſatisfactionem recipiat, aliàs commo-
dè reformari non poteſt, iuxta qualita
tes perſonarum,locorum,temporum,
& offenſarum, quam ſatisfactionem,
nec etiam in foro Diuino quis dimit-
tere tenetur, vt etiam latiſſimè proſe-
quitur idem Luc.de Penn.in d.l.vnica
num.25.& ſub num.26.dicit quòd ta-
men non eſt componenda Pax per pe-
cuniam,vendendo corpus,vel ſangui-
nem;quia vterque erit infamis, offen-
ſor ſoluens infamia iuris, & offenſus
recipiens infamia facti.

Quæſt. VII.

Quis cogi poſſit ad pacem.

SVMMARIVM.

1 *Pax ſpontè, & non coacte facienda eſt.*
2 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi.*
3 *Priores Ciuitatis poſſunt cogere partes ad pacem.*
4 *Iudices ante punitum delictum non poſſunt trahere partes ad concordiam.*
5 *Pontifex poteſt cogere Principes,& Vniuerſitates ad pacem.*
6 *Imperator,& alij Principes poſſunt cogere Communitates, & Subditos ad pacem.*
7 *Contrariam opinionem tenent Doct.*
8 *Iudices non poſſunt cogere particulares ad pacem.*
9 *Principes poſſunt Vniuerſitates, & particulares cogere per relegationem, & per exilium ad concordiam quando imminet periculum Ciuitatis.*
10 *Contrariam opinionem tenet Doct. ibi.*
11 *Conciliantur iſtæ contrariæ opiniones.*
12 *Iudex compellens aliquem ad pacem non tenetur Edicto quod metus cauſa.*
13 *In foro conſcientiæ quis cogitur ad concordiam.*
14 *Partes quæ poſſunt cogi ad pacem, poſſunt cogi ad treugam.*
15 *Priuilegium eſt in Torniſio, & eius diſtrictu, vt Iudices cogere poſſint partes ad concordiam.*
16 *Partes, quæ vigore Statuti poſſunt cogi ad concordiam, ſi neſciant facere capitula, tenetur Iudex illa componere.*

1 REGVLA eſt vt quis cogi non poſſit ad faciendā pacem, cum quis debeat ad pacem ſuaderi; & non cogi Iul.Clar.§.fi.in prac. crimin.lib.5.q. 58. num. 40.vbi de communi. Marſil. latè in conſil. 98. per totum, vbi de communi,& reprobat Bar.contrarium tenentem Barbat. in conſil.1.num-106.verſ.11. adduco volum.3.Farinacc. in Tractat.crimin. par.2.tom.5.q.107.art.1.num. 3. vbi alios

alios allegat Vulpell. in tract. de pace, quęst. 3. num. 3. vers. contrarium sensisse, vbi respondet Iuribus allegatis per Bar. pro contrariâ opinione Rim. Iun. cons. 217. num. 25. volum. 2. vbi alios allegat, Nouell. in pract. crim. cap. fin. num. 57. latè Felin. in Rubr. de treug. & pace num. 1. & 2.

2 Contrariam opinionem tenuit Bar. in l. congruit, num. 4. de offic. Præsid. Abb. in Rubr. de treug. & pace, num. 1. Petrin. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 71. seqq. vbi dicit quòd Principes à summo Pontifice, & alij à suis iudicibus coguntur ad faciendam pacem. Farinacc. in dict. q. 107. art. 1. num. 4. Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace,

3 num. 35. firmat † quòd Priores Ciuitatis habentes arbitrium super bono, ac pacifico statu Ciuitatis possunt cogere partes ad pacem. Viu. opin. 424. nu. 4. vers. & quemadmodum Io. Bapt. Baiard. in addit. ad Iul. Clar. q. 58. nu. 74. seqq.

4 Amplia supra firmatam conclusionem negatiuam, vt Iudices ante punitum delictum non debeant trahere partes ad concordiam; sed delinquentes punire, Farinacc. in d. q. 107. art. 1. num. 9. limit. 3. vbi adducit Matth. Gribal. & nullos alios relatos per Hier. Giachar. in addit. ad Iul. Clar. in d. q. 58. in litera I, quam opinionem expræssè tenent Felin. in Rubr. de treug. & pace, num. 2. Iul. Feret. tit. de ferijs, nu. 25. circa med. & sub num. 27. dicit, quod cogat prius ad soluendam pœnam alias tenebitur in sindicatū. Boss. in tit. de pac. num. 30. in princip. Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace, nu. 36. in princ. Catald. de Boncomp. in Tractat. de Sindic. num. 125. Nouell. in pract. crim. cap. fin. num. 58.

5 Primo limita supradictam quæstionem negatiuam in summo Pontifice, qui potest cogere Principes, & Vniuersitates ad pacem contrahendam, Bart. à cap. super Const. Regn. tit. de cultur. pac. adductus per Vulpell. in tract. de pac. q. 3. num. 4. Petrin. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 72. Farinacc. in d. q. 107. art. 1. num. 8. vers. vbi quod. Marsil. in tract. de Bannit. in d. verb. pace, num. 36. in fin. Rim. Iun. cons. 217. num. 25. seq. vol. 2.

6 Secundò limita in Imperatore, & alijs Principibus, qui possunt cogere Communitates, & subditos ad faciendam pacem, Felin. in Rubr. de treug. & pace, num. 3. in fin. & num. seq. Restaur. Castal. in tract. de Imperat. quęst. 100. colum. 7. vers. 41. Viui. opin. 424. num. 4. vers. nec non Iudex. Farinacc. in d. q. 107. num. 8. vbi alios allegat Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace, num. 35. seq. Rim. Iun. d. cons. 217. num. 25. seq. Nouel. in pract. crim. cap. fin. num. 59.

7 Contrariam opinionem tuetur Vulpell. in tract. de pac. nu. 5. seqq. vt nec etiam Principes cogere valeant Vniuersitates, & singulares personas ad pacem ineundam, cum vera pax non sit, nisi spontanea, & sponte quid fieri non dicatur quod ex libero mentis arbitrio non proficiscitur: & ideo hortandi sint homines ad pacem, & non cogendi. Iul. Clar. in d. q. 50. num. 48. dicit: æquitas enim non patitur inuitum offensam remittere, Card. Tusch. in d. concl. 171. num. 32.

8 Quæ contraria opinio maximè vera est in Iudicibus ordinarijs, qui nequeunt cogere subditos ad faciendam pacem, Viui. d. opin. 424. vers. nec non Iudex Farinacc. d. q. 107. art. 1. num. 7. Vulpell. de pac. d. q. 3. num. 1. vers. idē & num. 3. in princip. & num. 10. Card. Tusch. d. concl. 171. num. 32. vbi de communi, Baiard. ad Iul. Clar. in d. q. 58. num. 75. in fin.

9 Quæ opiniones contrariæ forsan cōciliari possent, vt tunc Principes, ac Præsides Prouinciæ possint cogere Vniuersitates, & particulares personas ad pacem per carcerationem, exilium, & relegationem, quando verisimiliter

militer damnum Reipublicæ, vel Ciuitates immineret, Feli. in Rub. de treuga, & pace num. 6. ſeq. Iul. Feret. tit. de ferijs num. 26. & num. 145. vbi in ſpecie dicit ſi fuiſſet diſcordia inter inſignes perſonas, Vulpell. de pac. in d. q. 3. num. 10. quem ſequitur Farinacc. in d. q. 107. nu. 6. & n. 8. & vltra alios per eum allegatos idem tenent Barbat. in conſ. 1. num. 106. verſ. nonò adduco, volum. 3. Boſſ. in tit. de pac. num. 30. verſ. niſi adſit timor. Marſil. in d. verb. pace num. 35. verſ. hoc tamen non poſſet. Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 60. & ante omnes iſtos voluit Bonifac. Vital. in tract. crim. Rub. de Pace, nu. 11. qui dicit (vt vtar eius verbis) quod Poteſtas poteſt guerrantes ſibi ad inuicem ponere ad confines, ſi nolunt facere pacem, vel accipere fideiuſſores à qualibet parte, & poſtea eis præceptũ facere quòd vnus alterum non offendat ſub certa pœna.

10 Imò Vulpell. in d. q. 3. num. 10. dicit quod Principes, & alij Iudices etiam iſto caſu non poſſint compellere ſubditos præciſè ad pacem; ſed principaliores, & magis ſuſpectos à Ciuitate eijcere, vel relegare ſub pœnis, & cautionibus donec tędio affecti ipſimet pacem deſiderent, & petant Iodoch. in ſuā pract. crim. cap. 145. tit. de pac. nu. 4. Iul. Feret. de ferijs, nu. 215. Sed Farinacc. in d. q. 107. num. 8. in fin. dicit huiuſmodi remedium Vulpell. quandoque poſſe Reipublicæ eſſe damnoſum: idcircò eſſe remiſſum arbitrio prudẽtis Principis, & Superioris: quod idem prius voluit Vulpell. in d. q. 3. ſub d. num. 10. verſ. quæ Principis, vel Præſidis prudentiæ relinquuntur. Et ego vidi in hac Vrbe Romana aliquando adhiberi remedium Vulpell. eijciendo Barones ab Vrbe, qui deinde tædio affecti ab exilio, pacem ipſam petierunt.

11 Ac etiam poſſunt iſtę contrariæ opiniones Conciliari, vt quando pax ſaluo vtriuſque partis honore fieri poſſit, tunc abſque euidenti periculo ſcandali Principes poſſint cogere ſubditos ad pacem per inducias, treugas, promiſſiones de non offendendo, vel per alia remedia, cum Principis interſit populos habere pacificos, Vulpell. d. q. 3. n. 11. ſeq. de pac. Farinacc. d. q. 107. nu. 10. Baiard. in d. q. 58. nu. 75. Iul. Feret. in tit. de ferijs, nu. 4.

Item quando partes diù litigaſſent; quia poſſent cogi per iudices ad tranſactionem, compoſitionem, vel compromiſſum, maximè ſi timeretur ſcandalum Barbat. conſ. 1. num. 4. vol. 3. Marſil. in tract. Bannit. in verb. pace, nu. verſ. quod tamen. limitat Baiard. q. 58 num. 78. Felin. in Rubr. de treug. & pace, nu. 5. in qua Rub. ponit etiam alios caſus.

12 Item ſi Iudex compelleret aliquem ad pacem, non teneretur Edicto. Quòd metus cauſa, cum non ad ſuum commodum, ſed propter vtilitatem publicam moueatur, vt poſt Bal. in l. continet, ff. quod met. cauſ. & Deci. in conſ. 42. ſub num. 6. firmat Baiard. in d. quæſt. 58. num. 76.

13 Item licet in foro contentioſo quis non poſſit cogi ad pacem; tamen in foro conſcientię cogi poteſt. Nouell. in pract. crim. c. fi. nu. 20. & late dixi ſup. in q. 4. nu. 8.

14 Item partes, quæ cogi poſſunt ad pacem, poſſunt etiam cogi ad treugam Nouell. in d. cap. fin. nu. 64.

15 Item in Tornſio, & eius diſtrictu Iudices debent cogere partes ad concordiam pro quęſtionibus coram eis vertentibus, vt teſtatur Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 57. in fin.

16 Item ſi vigore ſtatuti partes cogantur facere pacem, & ſi neſciant capitula pacis conficere, tenetur Iudex illa componere, & facere. Nouell. in d. cap. fin. num. 63.

Quæſt.

Quæst. VIII.

Priuilegia Pacis.

SVMMARIVM.

1 *Pax multa habet priuilegia, & pro pace multa tolerantur, & receditur à regulis iuris communis.*
2 *Matrimonium in ætate minori permittitur ob bonum pacis.*
3 *Canonica præcepta relaxantur ob bonum pacis.*
4 *Episcopus potest transferri in alium Episcopatum ob bonum pacis.*
5 *Ecclesiam habens à laycis longissimo tempore ob bonum pacis tolerari debet.*
6 *Multitudini parcitur ob bonum pacis.*
7 *Pontifex ob bonum pacis derogare potest decreto de electione.*
8 *Arbiter ob bonum pacis pronunciat vltra facultatem sibi concessam; Limita ibi quatuor modis.*
9 *Iuramentum in diebus Dominici recipi potest ob bonum pacis.*
10 *Episcopi possunt cogere per censuras Ecclesiasticas laycos propter bonum pacis.*
11 *Filius potest denegare alimenta patri bannito ob fracturam pacis.*
12 *Pontifex propter pacem ruptam potest iudicare inter laycos sibi non subditos.*
13 *Clerici tenentur ad onera pedagij propter bonum pacis.*
14 *Pontifex potest pro bono pacis excommunicare sede vacante in aliqua Diœcesi, licet spectet ad Capitulum.*
15 *Iudex potest pro bono pacis partes concordare, & denegare ferre sententiam.*
16 *Iudex videns duos rixari, si non se interponat pro pace, potest priuari officio.*
17 *Arbitri debent reducere ad concordiam litigantes, ne altera pars sibi inimica efficiatur.*
18 *Gabellæ imposita occasione belli, bello finito debent extingui.*
19 *Tutor, Prælatus, & alij administratores pro bono pacis possunt remittere de bonis suorum principalium.*
20 *Ciuitas pro bono pacis potest bona Ciuium particularium dare.*
21 *Pontifex pro bono pacis dispensat super gradu prohibito.*
22 *Minor non restituitur, si ex ipsa restitutione pax destrueretur.*
23 *Redemptio à vexationibus in casu non licito pro bono pacis permittitur.*
24 *Captus à Bannitis potest eis soluere taleam sine incursu pœnæ bannimentorum, & Bullarum Summ. Pontificum.*
25 *Diuisio pro bono pacis retractatur.*
26 *Mandatum ad pacem non extinguitur per mortem mandantis.*
27 *Calumniator pro bono pacis non punitur.*
28 *Ecclesia tolerat depositionem Episcoporum, & subrogationem aliorum pro bono pacis.*
29 *Potestas potest venire contra iuramentum præstitum de seruando statutum ob bonum pacis.*
30 *Pax potest tractari in diebus Dominicis sine incursu peccati.*
31 *Priuilegia pacis vt subsistineantur debet ipsa causa deduci, & probari.*
32 *Statutum cogens ad pacem intelligitur si pax petatur genibus flexis.*

1 PAX multa habet priuilegia, & propter publicam pacem multa tolerantur, quæ aliàs non tolerarentur, cap. hoc quippe 3. q. 6. & receditur per eam à regulis iuris, Barbat. in conf. 1. nu. 2. & num. 5. vers. & licet ergo volum. 3. Marsil. in tract. Bannit. num. 79. Andr. Sicul. consil. 1. colum. 2. seq. volum. 3. dicit quod pro bono pacis receditur à regulis commu

nibus

nibus canonum, legum, & Iuris Diuini, quem refert, & sequitur Rimin.Iun. cons. 103.num.7. vol.1.& cons.761. num.28.vol.7. vbi subdit quod omne, quod sit propter bonum pacis, iure fieri dicitur, adeò inestimabile bonum pacis a lege reputatur. Decian.respon. 72.num.35.vol.3. Vulpell. de pac. q. 2. qui remissiue loquitur Bertazzol. cons.crim. 149.num.8.vol.1. Farinacc. var.quæst.crim. q. 107. par.2.art.31. num. 396. & Corset. de potest. Regia ponit 24. priuilegia pacis, & Nouell. in pract.criminal. cap.fin.num.1.seqq. ponit multa priuilegia. Iul. Fere.in tit. de ferijs.nu.6.& seq. vbi recenset multa priuilegia pacis.

2 Primo infertur quod propter bonum pacis tenet matrimonium contractum in ætate minori, & non legitima cap.2.de sponsal.impub. Roman.cons. 132.num.13.cons. 307. num.3. in fin. vbi Horat. Mandos. in addit. in lit. D. vbi alios concordantes allegat. Barbar.cons. 1. num. 2.circa prin.& num. 106. circa princ. vol. 3. Crauet. cons. 264.num.7. Marsil. in tract. de Bannit. in verb.pace num.79.vers.vbi propter Nouell. in pract.Criminal.cap.fin. nu. 7. Iul.Ferer. d. tit.de ferijs.num.8.

3 Secundo infertur generaliter quod propter bonum pacis, plerumq. præcepta Canonica relaxantur Roman.in.d. cons.332.num.13. Barbat.in d.cons.1. sub nu.5. Mandos.in addit.ad Roman. in d.cons.332.in litera G. Card.Tusc. tom. 6.in verb. pax, concl. 173. num. 15.seqq.

4 Tertio infertur quod pro bono pacis Episcopus remoueri potest a suo Episcopatu, & in alium transferri. Iul. Feret.tit.de ferijs.num.19. Barbat. in d.cons. 1.nu.106.vers.19.adduco, Imo propter bonum pacis Romanus Pontifex possit tolerare depositionem Episcopi, & subrogationem alterius etiam iniuste factam Rom.in d.cons.332.nu. 13.in fin. Barb.in d. cons. 1. sub num. 106. Card. Tusch.d.concl. 173.nu.11. & 13. Nouell. in tract. Crim.capit.fin. num.18. 65.

5 Quarto infertur vt pro bono pacis tolerari debeat ille, qui longissimo tempore Ecclesiam aliquam sine auctoritate Episcopi a laycis tantum, accepit cap.veta de iur.patr.Rom.d.cons.332. num.4.Barbat. d.cons. 1.nu. 106.vers. 20.adduco.Card. Tusch.d.concl.173. num. 14. Nouell. in pract. crim. cap. fin.num. 17. Iul.Feret. in tit.de ferijs. num.16.

6 Quinto infertur vt pro bono pacis, vbi non vnius, sed multorum strages immineret, multitudini parcitur, Rom. cons.307.nu.4.vers. vbi si non, & cons. 332.num. 15.seq.

7 Sexto infertur quod pro bono pacis, & ad scandala euitanda, summus Pontifex valeat decreto de elect. derogare Rom.d.cons.332.nu. 13. Card. Tusch. d.concl.173.num.11.

8 Septimo infertur quod propter bonum pacis arbiter pronunciet vltra facultatem sibi concessam in compromisso. Barba.in cons.1.nu.2.in prin. vol. 3. Marsil. de Bannit.in ver.pace.n.80.& seq. vbi etiã dicit quod propter bonũ pacis arbitrator põt lædere in aliquo partem, dummodo læsio non sit ænormis Card.Tusch. d. cons. 173.num. 5. seqq. vbi alios licet supradictos non allegetNouell.in pract.crim.cap.fin.nu. 6.Iul.Feret.in tit.de ferijs.num.31.

Primo limita istam septimam illationẽ, vt laudum iniustum, licet in eo diceretur ex causa pacis fuisse latum, non substinebitur. Roman. cons. 517. nu.19.seq.cons.115.per totũ. Crauett. cons.132.num.10.Card.Tusc.d. concl. 173.num. 6.

Secundo limita, & intellige quando deducitur, & probatur causa pacis, quia in dubio potius præsumitur ex dolo, quam ex causa pacis latum post Socc.cons.220.nu.2.lib.2.Card.Tusc. d.cons.173.nu. 7.

Ter-

Tertio limita quòd in generali cōpromisso non comprehendatur causa pacis post Roman. in cons. 115. Card. Tusch. d. concl. 173. nu. 8.

Quarto limita, & intellige, quòd nec compromissum, nec laudum causa pacis super crimine valeat post Rom. in d. cons. 115. Card. Tusch. in d. concl. 173. num. 8.

9 Octauo Infertur, quod propter bonum pacis derogatur Iuri Diuino, vt possint recipi iuramenta in diebus Dominicis, cap. 1. vbi gloss. de Ferijs. Barbat. in d. conf. 1. n. 2. verf. & adduco n. 5. verf. & tamen, & n. 106. circa princ. & verf. 21. adduco, vol. 3.

10 Nono infertur, vt Episcopi per censuras Ecclesiasticas possit compellere laycos propter bonum publicum ad pacem, & concordiam, qui diu litigarunt, & adhuc litigant. glos. in cap. placuit 90. dist. quam mirabilem, & singularem dicit, & sequitur Barbat. in d. conf. 1. nu. 2. verf. & adduco, gloss. nu. 106. verf. 18. adduco, Rom. conf. 124. nu. 13. Nouell. in pract. crim. cap. fin. n. 10. Iul. Feret. in tit. de ferijs. nu. 18.

11 Decimo infertur, quòd si pater fuerit bannitus propter fracturam pacis, filius potest ei alimenta denegare, tex. in ca. 1. §. si quis hominē de pace tenēda in vsu feudorum. Barbat. in d. conf. 1. n. 2. verf. & adduco ꝙ & n. 106. verf. 4. adduco vol. 3. Marl. de Bannit. in d. verb. pace nu. 79. in fi. Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 8.

12 Vndecimo infertur, quod Summus Pontifex propter pacem ruptam possit iudicare inter laycos sibi non subditos, licèt aliàs de laycis se impedire non valeat, cum distinctæ sint potestates. Barb. in d. conf. 1. n. 2. verf. vbi propter pacem, & n. 106. verf. 5. adduco, & post Car. Zabar. conf. 85. n. 3. Card. Tusc. in d. concl. 173. nu. 10. Nou. in d. c. fi. n. 9.

13 Duodecimo infertur quod licet Clerici sint exempti ab omni onere pedagij, & Gabellæ, tamen propter bonum publicum de bonis patrimonialibus, & de bonis prouenientibus ab Ecclesia tenetur soluere gabellā, vt cōsuluit Bar. in d. conf. 1. sub n. 5. & 6. & fere per tot. vol. 3. Card. Tusc. d. concl. 173. nu. 28.

14 Decimo tertio infertur quod licet correctio, & excommunicatio vacante sede Episcopali spectet ad Capitulū, tamen pro bono pacis summus Pontifex potest illam sibi reseruare cap. 15, qui de maior. & obed. in verb. pro bono pacis. Barb. in d. cōs. 1. n. 106. verf. 6. facit.

15 Decimo quarto Infertur ꝙ Iudex pro bono pacis, licet teneatur ferre sententiam, possit litem concordia terminare cap. quærelam de Simon. cap. causam quæ de testib. cap. fin. de probat. Barb. d. conf. 1. nu. 106. verf. 7. adduco.

16 Decimo quinto infertur quod si officialis videat aliquos rixari, & nō interponens se ꝓ pace, debeat officio priuari, vt post Cyn. in l. si seruus C. de Noxal. firmat Barb. in d. cōs. 1. n. 106. verf. 10. adduco. Nouel. in pract. cri. cap. fin. n. 34. Iul. Feret. tit. de ferijs. nu. 36.

17 Decimo sexto infertur ꝙ si quis assumatur a partibus in arbitrum nitatur reducere partes ad concordiam, ne laudū ferat, & pars succumbens de fraudetur cōfidētia. quā habuit aduersus eū, & inde nascatur inimicitia, vt post Bart. in l. si de meis §. recepisse arbitr. Barb. in d. conf. 1. nu. 106. verf. 15. adduco. Nouell. in pract. cri. in ca. fin. n. 23.

18 Decimo septimo infertur ꝙ impositiones, seu gabellæ occasione guerræ, vel belli impositæ, tempore pacis tolli debent: tex. in l. vnica in princ. C. de caduc. toll. & ibi Bald. quem sequitur Barbat. in d. conf. 1. nu. 106. verf. 26. adducò, vbi subdit quod non esset os aperire ad Cœlum, si diceremus ipso iure cessante bello gabellas esse reuocatas: & quòd est notandum contra Tyramnos qui aliter faciūt. Nou. in prac. cri. c. fin. n. 22. sed Sanctiss. Dñs Noster Paulus V. bene istam Doctrinam Baldi obseruauit in quadam occasione

guerræ in principio ſui Pontificatus.

19 Decimooctauo infertur, quod Tutor, adminiſtrator, Prælatus, & ſimiles perſonę poſſunt gratis remittere de bonis ſuorum principalium propter bonum pacis, vt poſt Angel. & Imol firmat Marſil. de Bannit. in verb. pace n. 80. in fin. Car. Tuſc. d. concl. 173. nu. 18. Et tutor poſſit de Iure, & de facto pro bono pacis compromittere de bonis pupillis. Card. Tuſc. in d. concl. 173. n. 22. & latius in concl. 501.

20 Decimonono Infertur quod Ciuitas pro pace habēda, poteſt bona Ciuium concedere poſt Bal. in l. bene a Zenone C. de quadrien. præſcr. Nou. in pract. Crim. cap. fin. nu. 78. vbi alios allegat. Marſ. de Bannit. in d. verb. pace nu. 82. Card. Tuſc. d. concl. 173. n. 9. vt Communitas poſſit tollere actionem ſubditorum ex contractu, etiam iuramento comprobato, & Princeps poteſt caſtrū alienare & alteri concedere, Iul. Feret. tit. de ferijs. nu. 120.

21 Vigeſimo infertur quod ſūmus Pontifex diſpenſat quod motrimonium in gradu prohibito ſequuto firmum maneat, ſi ex ſeparatione ſcandalū oritetur, cap. Quia circa de conſagui. & affinit. Rom. in conſ. 307. nu. 4. in princ. & ibi Mandoſ. in addit. in lit. D. ibi cōcordantes allegat, & teſtatur de cōmuni.

22 Vigeſimo primo Infertur, quod minor, qui de Iure reſtitui deberet, nō reſtitueretur ſi pax deſtrueretur, & è cōtra fauore pacis datur reſtitutio, quæ aliàs non daretur. Crauet. conſ. 264. n. 6. Car. Tuſ. d. cōcl. 173. n. 3. & prius ſub n. 2. poſt Bald. in conſ. 243. in fine verſ. ſed. videtur lib. 1. dicit quod reſtitutio facta per Principē in crimine lęſæ maieſtatis occaſione pacis conualidat teſtamentum, quod erat nullum.

23 Vigeſimo ſecundo Infertur, vt pro bono pacis poſſit quis ſe redimere à vexationibus in caſu non licito, & nulla pæna reſpectu dātis incurratur, ſed tātum ex parte recipientis. Car. Tuſc. in d. concl. 173. n. 10. vbi allegat Oldr. in conſ. 280. & tex. in l. 1. ff. de Calumnia tor. Ex qua illatione poteſt defendi ille, qui ſoluit taleam Bannitis, vt ſe eximeret à poſſe, vel manibus eorum, licet

24 per Conſtitutiones Pontificum ſit irrogata grauis pæna ſubminiſtrantibus, vel dantibus pecuniā bannitis; & multiores caſus in ſtatu Eccleſiaſtico annis præteritis euenit, & ſemper vidi, & audiui per Curiam ſimiles ſolutiones bannitis facta pro ſe eximendo e manibus eorum fuiſſe diſſimulatas.

25 Vigeſimo tertio infertur, vt diuiſio facta, pro bono pacis retractari poſſit, Crauett. conſ. 260. nu. 10. Card. Tuſc. d. concl. 173. nu. 33.

26 Vigeſimo quarto Infertur, quod mādatum ad pacem non extinguitur per mortem mandantis, Vulpell. in tract. de pac. q. 5. & late interpratatur Abb. cōſ. 18. n. 7. verſ. nec mandatū lib. 2. vt dicam inferius ſuo loco. Et multa alia priuilegia ponit Corſett. in Tract. de priuil. pac. vſq. ad n. 117. vt poſt Moron. Et Grat. teſtatur Card. Tuſc. in d. concl. 173. n. 34. Iul. Feret. tit. de ferijs n. 14. in tract. de re militari.

27 Vigeſimo quinto infertur, quod pro bono pacis non punitur calumniator, cap. accuſaſti de accuſat. Nou. in pract. crim. cā. fin. n. 14. Feret. tit. de fer. n. 10.

28 Vigeſimo ſexto infertur quod propter bonū pacis Eccleſia tolerauit depoſitionem quorundam Epiſcoporum, & ſubrogationem aliorum præter conſcientiam Roman. conſ. 332. n. 13. 15. Nouell. in d. c. fin. nu. 16.

29 Vigeſimo ſeptimo infertur quòd Poteſtas poteſt venire contra Iuramentū de ſeruādo ſtatutum ob bonum pacis: & ideò poterit concedere licentiā defendi arma contra prohibitionem ſtatuti. Nouel. in pract. cri. cap. fin. nu. 42.

30 Vigeſimo octauo infertur quod pro bono publico, & fauore pacis poteſt diebus Dominicis tractari ſine incurſu peccati mortalis. Nouel. in pract. cri. cap.

cap.fin.n. 37.Iul.Feret.in tit.de ferijs. nu.9.in tract.de re milit.

31 Primo limita, & intellige vt priuilegia pacis sustineri valeant quod debeāt causa ipsa pacis deduci, & probari, & non statur dicto gerentis actum prohibitum Paul.de Castr. cons. 465.num. 4. vers. non respondeo, lib. 1.Blanch.in tract.de compromiss.6.q. princ.q.3.n. 16.Card.Tusch.d.concl. 173.n. 36.Moron.in Tract.de Treug. & pac.q.106.nu.12.

32 Secundo limita, & intellige quod licet disponatur per statutum quod inimici cogi debeant ad pacem, tamen intelligitur si genibus flexis petatur, & dentur fideiussores de vlterius non offendendo, Barbat.in cons.1.nu.106. in fin.& nu.107.vol. 3. Bald.in Rubr. de Treug.& pac.nu.9.

Quæst. IX.

Pax quos effectus producat.

SVMMARIVM.

1 *Pax remouet discordias, tranquillam quietem inducit.*

2 *Pax tollit suspicionem inimicitiæ, vt non desumatur indiciū contra inimicū reconciliatum super delicto sequuto.*

3 *Reconciliatio de recenti non extinguit indicium inimicitiæ.*

4 *Reconciliatio de recenti quando dicatur.*

5 *Testis reconciliatus non repellitur a testimonio.*

6 *Quod Doct. admittunt in reconciliatione antiqua, & non de recedenti.*

7 *Testis post mille reconciliationes non reputatur omni exceptione maior.*

8 *Testi post reconciliationem non dicitur idoneus, si sequuta fuerit alia causa inimicitiæ, etiam si reconciliatio non fuisset de recenti, secus si interuenerint actus amicabiles.*

9 *Inimicitia orta ex grauibus causis non extinguit præsumptionem inimicitiæ per reconciliationem, secus si fuerit orta ex leui causa.*

10 *Testis an sit repellendus residet in arbitrio Iudicis ex qualitate personarum, & inimicitiæ.*

11 *Pax inducit Principem ad gratiam faciendam, sine qua de laudabili consuetudine totius orbis facere non solet.*

12 *Pax vbi non proceditur nisi per accusationem operatur, vt non procedatur contra delinquentem.*

13 *Iudex procedit per inquisitionē in terris Ecclesiæ in quocūq. delicto Pax operatur vt minor pœna reo imponatur.*

15 *Contrariam opinionem tenēt Doctores, vt pax non tollat pœnam ordinariam.*

19 *Limita quando in loco non vigeret talis consuetudo: quia per pacem reus deberet absolui.*

17 *Limita in Ducatu Mediolani vbi agitur de pœna pecuniaria.*

18 *Limita in Regno Neapolitano.*

19 *Limita in statu Ecclesiastico per Constitutionem Marchiæ.*

20 *Homicidium in pura rixa, tàm de iure, quàm de consuetudine non punitur pœna ordinaria etiam stante statuto, quod homicidium debeat puniri pœna mortis.*

22 *Nisi in rixa interuenerit animus deliberatus, &*

23 *Nisi fuerit author rixæ.*

24 *Cōtraria opinio quòd nec etiam author rixæ puniatur pœna mortis.*

25 *Statutum loquens quod pace sequuta minuatur pœna, vel non procedatur in causa, impedit processum ad vlteriora.*

26 *Pax etiam post sententiam si interueniat semper operatur, vt sit locus d. statuto.*

27 *Etiam si interueniat post rem iudicatam: declara vt ibi.*

28 *Limita, & intellige in delictis commissis in persona, secus in bonis.*

29 *Limita in delictis reiteratis: quia tale statutū non suffragatur, & quod pœna inflicta auxiliatoribus non minuitur*

per pacem factam cum principali.

30 *Legatum per inimicitiam extinctum reuiuiscit per reconciliationem.*

31 *Ingratitudo in filio erga patrem, & ex hereditatio facta per patrem pace tolluntur.*

32 Pax *operatur vt reconciliatus non possit crimen iterum deducere in iudicio: Distingue tamen vt ibi.*

33 *Reconciliatus nec etiam vigore ingratitudinis potest iterum accusare.*

34 Tertius *poterit accusare delinquentem, & iudex ex officio contra eum procedere, nõ obstãte remissione partis offensæ.*

35 *Quæ opinio procedit etiam si in pace interuenerit auctoritas Iudicis: Distingue vt ibi.*

36 *Accusatus pendente accusatione per offensum, non potest ab alio accusari.*

37 Pax *facta cum principalibus suffragatur etiam auxiliatoribus.*

38 *Mandatum ad occidendum alicui datum, censetur reuocatum per reconciliationem sequutam, vt mandans non teneatur de homicidio deinde sequuto.*

39 Pax, *siue expressa, siue tacita, tollit impedimentum ingratitudinis, vt possit alicui succedi.*

40 Pax *plene probat delictum.*

41 Tutor *per pacem efficitur legitimus, qui alias per inimicitiam erat inhabilis.*

42 *Rebellis per principem post pacem recuperat omnia bona etiam in alium alienata.*

43 Pax *sequuta post sententiam pendente appellatione iuuat vt reus mitius puniatur, stante statuto quod sequuta pace ante sententiam, pœna minuatur.*

44 Pax *super delicto intelligitur etiam facta super qualitatibus non expressis.*

45 *Condemnatus soluens pœnam, & interesse parti offensæ non gaudet beneficio statuti.*

46 *Pax debet peti genibus flexis.*

47 *Remissio iniuriæ non tollit pœnam ruptæ pacis.*

48 Pax *non tollit vt non agatur ad damna, & interesse.*

49 *Item etiam si in remissione omnis iniuria remitteretur.*

50 *Etiam si iniuria precio remitteretur.*

51 *Item si primo loco fuerit facta remissio de omnibus damnis, & iterum fiat Instrumentum remissionis cum clausula non obstantibus quibuscumque pactis, & capitulis, non dicerentur remissa damna, & interesse.*

52 *Damna, & interesse dicuntur remissa, per plenissimam remissionem.*

53 *Damna, & interesse censentur etiam remissa, si remitterentur expulsiones, & deuastationes.*

54 *Contrariam opinionem tenent Doctores ibi.*

55 *Remissio iniuriæ in foro conscientiæ non tollit ius accusandi.*

56 *Ciuilitas amissa per bellum non restituitur per pacem.*

57 *Pax super vulneribus non prodest si sequatur mors.*

58 Pax *non restituit quod bellum abstulit, si non pendet a pace, sed a voluntate alicuius.*

59 *Pax prodest in delictis in omittendo commissis, secus in committendo.*

60 *Hæreditas non dicitur adita per pacem factam.*

61 *Pax non operatur vt contra delinquentem non procedatur.*

1 PAX est magni effectus: nam primo discordias remouet, tranquillam quietem inducit, statum personarum, ac Ciuitatum augmentat, honestatem affert, diuitias præparat, Dei, ac Regum gratiam tribuit, superbiam vniuscuiusq. excludit, auaritiam cuiusq. repellit, honorem honoratis adiungit, non dum honoratis præparat, Deo ad seruiendum ani-

animũ cuiuscunq. incitat;ita post Bal. in tit.de pac.Const.§.fin.tradit Marsil. in Tract.Bannit.in verb.pace n.53.vbi etiã subdit pro quibus facit illud concordia paruæ res crescunt, discordia maxime dilabuntur,Farinacc.var.q.criminal.q.107.art.31.num.396. Nouel. in Pract.criminal.cap.fin.nu.41.

2 Secundus effectus per pacem resultat, vt tollatur suspicio inimicitiæ, vt sequuto aliquo delicto non desumatur indicium contra inimicum reconciliatum. Plot. de in lit. iuran.§.54.nu.5. vers. fallit primo. Gramm. vot.34.nu.16. Foller. in Pract. crim. in verb. recipiantur defensores vers.quod si non poterit. Farinacc. de Indit. & tortur. q.49.n.109.vbi de communi. Decian. respon.88.nu.12.vol.3.Marc.Ant.Eugen.cons.27.num. 21.lib.1.Hondede. cons.87.nu.101.vol.2.qui loquitur in qualibet reconciliatione sequuta per conuersationem, absolutionem obtentam a sacerdote, & per quamcunque aliam. Bertazzol. cons. 157. num.20. vol.1.

3 Primo limita,& intellige procedere in reconciliatione antiqua, secus si de recenti; quia adhuc offensus de recenti reconciliatus præsumitur, quod voluerit nocendo se vlcisci Plot.in d.§. 54. nu.5. Blanch.in l.fin.nu. 161.ff.de q. Paul.Meren.cons.87.nu. 6.& cons. 88.nu.50. tom.2.crim. Farinacc. in d. q.49.nu.110.vbi de commun. Iul. Feret.tit.de ferijs.nu.157. in fin.

4 De recenti autem reconciliatio dicitur post triduum.Archid.& Præpos. in cap.accusatores il.2.3.q.5. Sigism. in cons. Feudal. 46.nu.27. dicit hanc opinionem communem, quam refert Iul.Clar.in q.24.n.6.sub vers.& ideo, & sequitur Farinacc.in d.q.53.nu.61. & post istos Riminal.Iun.cons.88. nu. 11.vol.1.vbi dicit, & declarat de recenti, idest nudius tertius, & si iam dudum fuerit facto reconciliatio inducatur obliuio, vt nulla remaneat suspicio inimicitiæ.

5 Tertius effectus est,vt testis,qui alias fuerat inimicus post reconciliationem sequutam a testimonio non repellatur Ant.Gomes.tit.de delict.cap.12.n.14. vbi de communi Michael Grass.in com. opin.lib.2.cap.17.q.32.Roland.cons. 24.nu. 31.lib.1.Farinac.in d.q.53.nu. 58.vbi de communi. Mascard. de probatio.concl.857.nu.48.vbi de communi,& concl.899.nu. 10.lib.2.Rim.Iun. cons.88.n.11.vol.1.

6 Quod Doctores admittunt in reconciliatione antiqua.Roland.d.cons. 24.nu.34.vol.1.Farinacc.cons.40. nu. 5.in fin.vbi de communi,& ibi Berrazzol.nu.63.qui alios concordantes allegant. Secus si de recenti; quia testis inimicus reconciliatus non reputatur idoneus.Ant.Gomes.d.cap.12.nu.14. vbi de communi Couarr.pract. quæst. cap.18.n.3.vbi de communi. Farinac. d.q.53.nu.59.vbi de communi.Riminal.Iun.cons.524.nu.38.vol.4.Bertaz. cons.40.nu.63.inter cons. Farinacc. & cons.474.nu.26. lib.2. inter eius consilia criminalia.

Reconciliatio de recenti quando dicatur facta dixi in præcedenti effectu.

7 Sed Iul. Clar.in q.24.nu.6. in fin. §.fin.affirmat quod etiam post mille reconciliationes inimicus testis necido neus,nec omni exceptione maior reputari possit.

Primo intellige, & declara opinionem Iul.Clar.esse veram,si post reconciliationem sequuta fuisset alia causa inimicitiæ,vt idoneus testis non reputetur,etiam si non fuisset de recenti. Farinacc.in d.q.53.n.60.& idem annuit, vt ipsemet testatur, Decian. in tract. criminal.par.1.lib.3.cap.25.sub n.27. & Bertazzol.cons.474.n.26.vers. præterea lib.2.

Secus verò si post reconciliationem interuenerint actus amicabiles inter eos, vt quia offensus fuerit visus conuersari cum offendente comedendo, bi-

bibendo, ridendo, & alia similia facien do solita fieri inter amicos; quia tunc opinio Iul. Clar. non est vera, cum intelligatur extinctus omnis effectus inimicitiæ, & inimicus reputatur idoneus testis, vt declarat Riminal. Iun. in cons. 88. nu. 13. vol. 1.

9 Secundo limita, & intellige vt si inimicitia fuerit orta ex grauibus causis, tunc recōciliatio nō extinguat præsumptionē inimicitiæ, secus si fuerit orta ex leui causa, & reconciliatio nō fuerit recens: quia omnis effectus inimicitiæ dicitur extinctus, vt declarat Petr. de Surd. in cons. 40. n. 27. vol. 1. vbi in casu suo loquitur quando reconciliatio fuerit facta tempore carnispriuij, & offensio sequuta fuerit de mense Maij.

10 Tertio limita, & intellige vt resideat in arbitrio Iudicis, vt ex circumstantijs, & qualitatibus personarum, & inimicitiæ arbitrari valeat, an testis sit repellendus, vel non: vt firmat idem Iul. Clar. in d. q. 24. n. 6. vers. quod ego non credo. & Roland. d. cons. 24. n. 33. vol. 1. Marc. Ant. Eugen. cons. 63. nu. 46.

11 Quartus effectus est, vt pax inducat Principem ad gratiam delinquenti faciendam, cum alias de consuetudine laudabili totius Italiæ, & orbis, boni Principes non soleant in quocūq. delicto gratias facere, nisi habita pace, vel concordata parte, vt testantur Plot. in cons. 68. nu. 34. seq. Iul. Clar. §. fin. in pract. crim. q. 59. nu. 38. & ibi Baiard. nu. 41. Boss. in tit. de remed. ex sola Clemen. Princip. n. 24. vers. ex laudabili tamen, & n. 41. vers. dixi supra, & in tit. de pace nu. 1. Farinacc. q. 6. nu. 20. vbi refert plures resolutiones factas per summos Pontifices, & in cons. 3. nu. 2. testatur de consuetudine totius vrbis & orbis, & nu. 8. & cons. 46. fere per totum. Rimin. Iun. cons. 217. nu. 24. vol. 2. vbi dicit hoc esse de Iure Diuino. Petr. Caball. in q. Crim. cas. 58. nu. 6. Car. Tusc. tom. 6. in verb. pax concl. 172. nu. 11. seq. & Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in §. fin. in q. 58. nu. 8. testatur quod ita etiam obseruatur in Regno Neapolitano, de quo dicam late infra quæst. 38.

12 Quintus effectus resultat quod in casibus, in quibus de Iure communi procedi non possit, nisi per accusationem, non poterit procedi per accusationem, si pax sequatur. Iul. Clar. in d. q. 58. in princ. num. 3. vbi testatur ita fuisse per Senatum Mediolani iudicatum. Farinacc. q. 4. sub nu. 34. Card. Tusch. d. concl. 172. nu. 15. Vel si per statutum etiam dispositum fuerit vt non possit procedi, nisi ad quærelam partis: quia secuta remissione Iudex nō poterit amplius in causa procedere. Iodoch. in pract. crim. cap. 145. nu. 5. vers. nisi certe & n. 6. Bonifat. Vitalin. late in tract. crimin. Rubr. de pace num. 4. vers. nisi statutum. Boss. in titul. de furt. num. 61. dicit quod tollit etiam secundum furtum, Iulius Feret. de ferijs. num. 211. vers. si statutum, & sufficeret si offensus declararet in iudicio, vel extra coram testibus quod non intendit exponere quærelam, nec in scriptis remissionem facere; quia sibi esset dedecus, & quod offensor videat habere pacem a Curia; quia quo ad ipsum nihil vult videre, vt post alios, quos allegat testatur Baiard. in d. quæst. 58. nu. 4.

13 Sed cum hodie procedatur in quocunq. crimine, & in specie in terris Ecclesiæ per inquisitionem, parum, aut nihil pax prodesse potest, nisi quod exactæ pro fisco probationes non recipiantur, vt declarat Card. Tusc. in d. concl. 172. n. 16. Farinacc. in d. q. 4. nu. 34.

14 Sextus effectus resultat, vt per pacem minor pœna reo imponatur, Bald. in l. transigere nu. 7. C. de transact. vbi firmat quod non possit deueniri ad pœnam sanguinis; vbi de communi, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. nu. 35. seq. Farinacc. de veriori in puncto Iuris

per

per Doctores per eum adductos in tit. de Inquisit. q. 4. nu. 34.

15 Contrariam opinionem, vt pro delicto, non obstante pace, vel remissione, pœna ordinaria imponatur. Bonifat. in Tract. crim. Rub. de pace nu. 4. vbi dicit; quia iã fuit acquisitũ ius Fisco; ita quod per pacem, & pactum priuatorum non potuit tolli, & Iuli. Clar. §. fin. q. 58. sub num. 2. vbi de magis communi, & de practicata opinione per generalem consuetudinem, vt in omni casu Iudex procedere valeat per inquisitionem, & ante eum idem firmauit Ant. Gomez. in d. cap. 3. nu. 55. & sequitur Farinacc. in d. quęst. 4. nu. 34. vers. nihilominus. Hier. Gabr. cons. 172. num. 45. vol. 2. dicit quod pax non operatur quod delinquens nõ puniatur. Iul. Feret. de re militar. tit. de ferijs n. 211. & prius dixit sub nu. 198.

16 Primo limita istam contrariam opinionem quando in loco non vigeret consuetudo procedendi ex officio, quia per pacem impediretur omnis processus, & accusatus esset omnino absoluendus. Iul. Clar. in q. 58. sub nu. 2. vers. & ideo in casibus. Feret. de ferijs 221. vers. fallit. 51.

17 Secũdo limita, & intellige in Ducatu Mediolani per decretum in nou. Constitut. in tit. de accusat. cap. in casibus, per quod disponitur vbi agitur de pœna pęcuniaria, remissione habita ab offenso, vel ab eius hæredibus, non possit aliquo modo procedi, nisi sint casus, in quibus possit etiam ex officio procedi, vt testatur Iul. Clar. in d. q. 58. sub nu. 2. vers. & hoc aperte.

18 Tertio limita in Regno Neapolitano vt raro deueniatur ad sententiam pace sequta, sed causa per compositionem terminetur. Carauit. rit. 341. nu. 2. Baiard. ad Iul. Clar. in d. quæst. 58. num. 13.

19 Quarto limita in statu Ecclesiastico per Constitutiones Marchię lib. 4. cap. 9. vt Iudex sequuta remissione vlterius procedere non valeat, dummodo non interueniat collusio, vel alia illicita pactio cum accusato: quod arbitrio Iudicis remittitur, exceptis quibusdã criminibus in ea expressis. Baiard. in d. §. fin. ad Iul. Clar. q. 58. nu. 12. dicit quod talis constitutio non seruatur in practica, nisi in leuioribus criminibus, vt in verbis iniuriosis, pugnis, & similibus: de eadem consuetudine in statu Ecclesiastico tantummodo in leuibus testatur Ant. Scap. in tract. de iur. non script. lib. 4. cap. 9. nu. 10. & Farinacc. in q. 4. tit. de Inquisit. nu. 34. vers. ego vero, refert quod in leuibus, vel prorsus inquisitus absoluitur, vel relaxatur sub cautione de repræsentãdo; in arrocibus, vbi præmeditatio ad delictum considerari non valeat tunc etiam minoretur pœna, vt in homicidio in pura rixa, vt non pœna vltimi supplicij puniatur, sed vel ad triremes transmittatur, vel in exilium cum aliqua pœna pęcuniaria, iuxta qualitatem personarum, sed vbi interueniat animus deliberatus nullo modo pax suffragetur ad minorandam pœnam; sed bene ego vidi aliquando alio modo succurri condemnato, vt ipse condonetur alicui societati, quod fere millies contigit in vrbe.

20 Quę consuetudo minorandi pœnam in homicidio in pura rixa, & sine animi deliberatione commisso est fundata in iure communi. Plot. cons. 30. num. 28. lib. 1. Iul. Clar. in §. homicidium. n. 30. in fin. Farinacc. in tit. de pœn. temperand. q. 96. num. 63. seqq. addentes ad Farin. in cons. 2. in litera C. & in cons. 67. in litera A. vbi concordantes allegant, & quod alias in facto ita fuit obtentum. Lud. a Peguer. decis. 14. n. 15. Hondede. cons. 99. nu. 45. vol. 1.

21 Quæ opinio procedit etiam si extaret statutum quod homicidiũ deberet puniri pœna mortis, adhuc si fuerit cõmissum in pura rixa alia minori pœna, ac mitiori puniretur. Boss. tit. de homicid.

micid. num.58. Farinacc. conſ. 2. numero 11.

22 Niſi tamen certum eſſet quod homicida in ipſa rixa animum habuerit occidendi, quia puniretur pœna ordinaria, vt dicit Alberic. in l.1. §.Diuus num. 5. in fin. ff.ad l.Cornel.de ſicar.

23 Et niſi eſſemus in authore rixę;quia etiam ipſe puniretur pæna ordinaria l. quoniam multa facinora vbi Doct. C. ad l.Iul. de vi publ. Bonif. Vitalin. in Tractat. malefic. in rubr. de inſult. & percuſſio.col. 7. verſ. ſunt tamen, qui loquuntur quando in pura rixa fuit commiſſum homicidium, & ignoratur homicida, vt tunc author rixæ puniatur pæna homicidij. Tex. in l. nihil intereſt ff.de ſicar.l.in hoc iudicio §.1.ff. de ſeru. corrup. Marſil.ſing.408. & in pra ct.Criminal.§. conſtante nu. 77.& in l. 1. nu.79.C.de rapt. virg. vbi dicit hoc eſſe menti tenēdum;quia ſæpe con tingit in facto Carrer. in ſua practica in ver.homicidium numer. 75.verſ. 3. limita.

24 Contrarium autem quod ratione incertitudinis, neq. author rixæ,neq. alius iudicari debeat, nec ſit condemnandus in pænam mortis,Gandin. in tract. malefic.in rubr.de homicid. nu. 12.vbi teſtatur ita in contingentia facti pronunciaſſe,Marſil. ſing. 217.vbi teſtatur ita tribus, vel quatuor vicibus conſuluiſſe, allegaſſe in voce, & obtinuiſſe,& in conſ.24.nu. 5. & conſ. 43.nu.13. vbi de communi. Afflict. in conſtit. termin.vit.nu.28.Carrer. in d. verb. homicidium nu. 75. vbi teſtatur de communi, & æquiori ſententia, & alias ita Parmæ fuiſſe exequutum.Roland.conſ.73.nu. 12.verſ. quod ſi non apparet. vol.2.vbi de magis communi.

25 Quinto limita quando extaret ſtatutum quod per pacem minuatur pæna, vel non procedatur in aliquibus delictis,niſi ad quærelam; quia pax ſequuta noceret Fiſco, cum huiuſmodi ſtatuta valeant, & ſint ſeruanda. Bonifac. Vitalin.in Tract.Crim.Rub.de pace.nu.5.verſ.niſi ſtatutum,& Iul.Clar. §.final.lib.5.q.58.nu.2.qui alios allegat.Ant.Gomez.tit.de delict.cap.3.n. 56. Farinacc. titulo de Inquiſit. q. 4. nu.35.in princ. vbi de communi,ſi verò fuerit condemnatus reus in aliquâ pæna pecuniaria, ſi deinde ſequatur pax,pæna non extinguitur,ſed erit exigenda per fiſcum. Boniſac. Vitalin. in Tract.Crim.Rub.de pace num. 19. vbi diſputat iſtum articulum, & tandem concludit hanc eſſe veriorem opinionem.

26 Primo Amplia, vt huiuſmodi pax quocunq. tempore interueniat, ſiue ante, ſiue poſt ſententiam ſemper ſuffragetur,vt ſic locus ſtatuto. Ant. Gomez. in d. cap. 3. verſ. 2. Farinacc.d. quæſt.4.ſub nu.35.verſ.ſed an, & quo tempore.

27 Secundo Amplia etiam ſi ſententia tranſiuerit in Iudicatum,adhuc ſi pax, vel remiſſio ſequatur prodeſt condemnato,ſi ſtatutum vtatur verbo pacis, vel remiſſionis, ſecus ſi vtatur verbo tranſigere:ita diſtinguendo de communi tradit. Ant Gomez.d.cap.3. nu. 68.& Farinacc.d.q.4.nu.35.in fin.vbi etiam de communi.

28 Primo ſublimita, & intellige iſtam quintam limitationem, vt procedat in delictis commiſſis in perſonam, vt in homicidio,& ſimilibus, ſecus in commiſſis in rem,vt in furto,& alijs ſimilibus. Ant.Gomez.d.cap.3.nu.58.Plac. Epit.delict.cap.45.n.9.Farinacc. d.q. 4.nu. 35.circa medium.

29 Secundo ſublimita in delictis reiteratis: quia tale ſtatutum non ſuffragatur condemnatis, vel delinquentibus, vt pęna minoretur:Ant.Gomez.d.cap. 3.nu. 60. Plac. d.cap.45.num. 11.vbi concordantes allegat Farinacc.d. q.4. num.35.verſ.item huiuſmodi.

Tertio ſublimita in pæna inflicta auxiliatoribus, vel opem ferentibus, quæ non minuitur per remiſſionem, vel

vel pacem factam a principali, vt tradit Petr. Caball. in q. Crim. caf. 56. nu. 103. seq.

30 Septimus effectus resultat, vt per pacem, vel reconciliationem reuiuiscat legatum iam suspensum, vel extinctum per inimicitiam subsequutam inter Legatarium, & legantem, vt post Roman. cons. 459. nu. 10. vers. quoad. 2. Card. Tusch. in d. concl. 172. nu. 6. Nouell. in pract. Crim. cap. fin. nu. 31. & Marsil. in Tract. Bannit. in verb. pace nu. 57. vbi

31 dicit quod per † pacem in filio tollitur causa ingratitudinis, & exhæredationis, Iul. Feret. tit. de feris. numer. 105.

32 Octauus effectus est qui resultat ex pace, vt per paciscentem vlterius crimen deduci in iudicium non possit l. 1. §. fin. ff. ad sallania l. 2. ff. de iur. iur. late Luc. de Penn. in l. vnic. num. 35. seqq. C. de public. Ictit. lib. 12. Angel. Aretin. in §. fin. num. 3. in fin. titulo de iniur. vbi dicit quod si vulneratus post pacem factam r econualescat non poterit iterum accusare; qui pro dilucidatione istius materiç dicit ità esse distinguendum. Aut sumus in simplici remissione, aut in pacto, vel remissione gratiosa cum stipulatione solemni, vel sine. Aut in transactione. Aut in pace, & sub nu. 36. seq. declarat quemlibet istorum terminorum. Et in primo casu remissionis, vel renunciationis simplicis, tunc aut fit antequam crimen sit deductum in iudicio, & licita est remissio in omnibus criminibus, tam publicis, quam priuatis, nec potest vlterius accusare, Aut fit postquam delictum est deductum in iudicio, & non licet facere talem remissionem sine licentia Iudicis, & consensu rei; vt latè declarat idem Luc. de Penn. in d. l. vnic. nu. 37. & simplex remissio est sine vlla stipulatione ipsi offendenti facta cessio, vt si dicat in Iudicio nolo habere vindictam, vel remitto sibi iniuriam, vel si die prefixa ad accusandum non accusauit. In secundo verò casu de remissione cum stipulatione solemni, vel sine idem distinguendum est, prout in supradicto primo casu, vt tradit Luc. de Penn. in l. vnic. nu. 37. in fin. Pax, vel remissio cum stipulatione, vel sine est vindictç, quç debetur ex crimine nullo dato, vel retento. Aut est remissio præcedens gratiosa donatio l. 1. ff. de Transact. Luc. de Penn. in d. l. vni. nu. 36. in fin. In Tertio casu transactionis, si fiat in crimine, in quo pœna sanguinis ingeritur valet transactio præterquam in aliquibus casibus in Quæst. seq. positis. Aut fit super crimine publico pœnam similem ingerente, & non valet præterquam in crimine falsi: idemq. erit in criminibus priuatis, si in eis criminaliter actum est, & in istis, in quibus trãsactio prohibetur potest repeti accusatio etiam a primo accusatore cum nulliter transegerit, Felin. in cap. & his colum. 1. vers. 2. limita de accusat. Ioan. Mar. Monticell. reg. prima num. 9. Foller. in pract. crimin. can. cap. 35. numero 15. vbi tamen limitat in tribus casibus, in crimine adulterij, in transactione facta post litem contestatam, & quando fuit impositum perpetuum silentiũ Baiard. ad Iu. Clar. §. fin. q. 58. nu. 22. Imò in eisdem casibus, in quibus non est licita transactio, licet iuret accusator seruare transactionem, nihilominus poterit accusare, vt declarat idem Luc. de Penn. in d. l. vni. nu. 38. in prin. & sub nu. 37. etiã in princ. dicit quod transactio in proposito est super causa dubia criminis aliquo dato, vel retento, vel remissio facta pactio. Baiard. in d. §. fin. q. 58. nu. 22. in fin. dicit quod nunquam vidit in practica seruari, quod post pacem, siue transactionem, transigens, siue paciscens possit denuo accusare; cũ in quolibet delicto de consuetudine paces fiant.

In 4. vero cap. de pace idem firmandum est, quod fuit firmatum in 3. c. de tran-

transactione, vt dicit Luc. de Penn. in d.l.vni.nu.38.circa med.ver. quarta, videlicet pax, & sub num.37.in princ. dicit, quod pax est vinculum nouæ securitatis, & declaratio internæ, ac indebitę charitatis, ne dum remissionem præteritæ iniurię gratam continens, sed vt etiam in futurum non fiat iniuria.

33 Et in casibus supradictis, in quibus accusator post renunciationem, remissionem, pacem, vel transactionem, accusator, vel offensus repellitur a prosequutione Iudicij, non poterit accusationem instituere, vel iudicium prosequi, etiam si aduersus eum offendens commiserit causam ingratitudinis, cum per pactum, vel renunciationem, accusatio primo loco competens fuit ipso iure sublata: adeo quod per contrarium pactum resuscitari non valeat: nec igitur per tacitam conuentionem resultantem per ingratitudinem poterit denuo offensus accusare. Luc.de Penn. in d.l.vni.in.12.q.n. 39.vbi testatur hăc esse veriorem opinionem. Feret. de ferijs.nu. 181.

34 Ad instantiam verò alterius, quam partis offensę poterit contra delinquẽtem procedi, vel officio Iudicis inquiri, cùm offensus per pacem non potest iniuriam publicam remittere; sed suam tantum cap.cum desideres extra de sent.excomm.Gloss.fin.in l.2.ff.ad syllanian.Luc.de Penn.in d.l.vni.C.de pub. læti. numero 41. lib. 12. vbi dicit quod ista est ipsa veritas. Bonifac. Vitalin.in Tract. crim. rubr. de pace nu. 5.vbi etiam firmat hanc esse veriorem opinionem Iul.Feret.de re milit.tit.de ferijs.nu. 212.Iul.Clar. §.fin. in pract. crim.q.58.nu.3.vbi de communi, vbi declarat in crimine, in quo illi tertio competit ius accusandi, vel si crimen sit publicum, vel si prosequatur suorum iniuriam, alias secus.

35 Quæ communis opinio procedit etiam si in pace, vel remissione interuenerit authoritas Iudicis, nihilominus poterit super eodem crimine contra delinquentem, ordinariè, vel per inquisitionem procedi; cum Iudex tali consensu, vel approbatione pacis non potuit remittere ius vindictæ publicæ debitę contra delinquentem, sicut Prçlatus non potest remittere iniuriam illatam Ecclesię in personam suam, vt firmat Luc.de Pen.in d.l.vni. num. 41.q.14.vers. in contrarium, vbi tandem distinguit, Aut ex tali auctoritate Iudicis, vel scandalum nascitur, vel maleficiorum authoritas augetur, Aut non. Primo casu poterit inquiri contra delinquentem, secundo casu non poterit iterum procedi, nisi de iniquitate Iudicis doceatur.

36 Bene verum est quod accusatus pẽdente accusatione non poterit ab alio accusari, de quo latissime per Decian. in tract.Crim.tom.1.lib.3.cap.31.per tot.

37 Nonus effectus resultat ex pace, vt ea sequuta cum principalibus intelligatur etiam facta cum auxiliatoribus, vt post Bal. in Margarita in verb. primo tradit.Mars.in tract.Bann.in verb. pace nu.34.

38 Decimus Effectus resultat, vt sequuta pace cum inimico, censeatur tacite reuocatum mandatum alicui datum de interficiendo inimicum, vt mandans non teneatur de homicidio deinde sequuto in persona d. inimici per ipsum mandatarium.Bar.in l. non solum.§.si mandato, num.12.ff.de iniur.Aug. ad Ang. de Malef.in verb. Sempronium mandatorem q.15.Petr. a Plac.Epitho.delict.c.15.vers.tacite, quia mandans, dixit Decian. in Tract. crim.tom.2.lib.9.cap.36.nu.33.Honded.cons.87.nu.172.vol.2.

39 Vndecimus effectus resultat vt ex pace, vel reconciliatione, siue expræsse, siue tacite sequuta fuerit, tollatur obstaculum ingratitudinis, & possit ei succedere. Alexand.in l.1.n.33.ff.sol.

matr. Sim. de Pret. conſ. 9. num. 24. vbi allegat Eutr. & Iaſ. in locis per eum adductis.

40 Duodecimus effectus oritur, vt per pacẽ in caſu nõ permiſſo plene probetur delictum, in caſu verò licito, oriatur inditiũ ad torturam, Vulpell. in Tract. de pace in q. 27. vbi late, & præcipue in fine Card. Tuſch. in d. concl. 172. nu. 5. & ad plenum dicam infra ſuo loco in q. 26.

41 Decimus tertius effectus deſumitur, vt reconciliatio operetur, vt Tutor efficiatur legitimus, qui alias propter inimicitiam recuſabatur, Rom. conſ. 459. nu. 10. verſ. 2. Car. Tuſc. d. concl. 172. num. 7. Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 32.

42 Duodecimus quartus effectus per pacem oritur, vt ſi Princeps faciat pacem cum Rebellibus, vt ipſi recuperent bona incorporata etiam in alium alienata, aboleantur omnes aliæ condemnationes factæ pendente rebellione. Laderch. Imol. conſ. 94. num. 1. & comprehendantur mortui, complices adhærentes, vt dixi in meo Tractatu de Confiſcat. bonor. in concl. 28. quia habet etiam vim reſtitutionis in integrum, Nouell. in pract. crim. cap. fin. n. 33. & nu. 40. Decian. reſpon. 18. num. 223. vol. 1. late Boſſ. tit. de reſtitut. quę fiunt a Principe finito bello.

43 Decimus quintus effectus eſt quod ſi ſtatutum diſtaret quod delinquens ſequuta pace, ſeu tranſactione ante ſententiam diffinitiuam mitius puniatur, ſi pax fiat poſt ſententiam pendente appellatione erit valida, & prima ſententia reuocari debet & reus mitius erit puniendus. Ant. Gomez. in tit. de delict. cap. 3. n. 69. vbi teſtatur ità fuiſſe iudicatum in Cancellaria Regia de Valladolid. quem ſequitur. Plac. Epit. delict. cap. 39. num. 27. ſeq. Vinc. Franch. dec. 370. n. 19. vol. 2. Io. Bapt. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 3.

44 Decimus ſextus effectus eſt, vt pace facta de delicto, licet in inſtrumento pacis non fiat mentio de qualitatibus delicti, proſit talis pax inquiſito: quia, remiſſio delicto, eius qualitates remiſſę cenſentur. Bal. conſ. 378. vol. 4. & Rom. conſ. 448. qui tranſcripſit d. conſ. Baldi de verbo ad verbũ, cum ſequendo. Baiard. in d. quęſt. 58. num. 7. Petr. Caball. in q. crim. caſ. 175. nu. 1. ſeqq. vt late infra dicam q. 23.

45 Primo limita, & intellige generaliter iſtam quęſt. 9. ad effectum gratię obtinendæ non ſufficere ſi condemnatus ſoluiſſet pœnam, & intereſſe parti offenſę; quia non diceretur per hoc habuiſſe pacem. Boſſ. in tit. de remed. ex ſola Clem. Princip. n. 26. ſeq. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 39. vbi teſtatur ita fuiſſe in illo Ducatu Mediolani ſeruatum, & quod eſt notandum, quia multi decipiuntur credentes contrarium, & ibi Baiard. in addit. nu. 71. Card. Tuſch. d. concl. 172. nu. 14. latiſſime, Maſcard. de prob. concl. 1161. nu. 37. vol. 2. & omiſſa iſta qualitas in gratia vitiet ipſam gratiam late, Farinac. conſ. 46. nu. 10. verſ. Reſpond. primo vbi concordantes allegat.

46 Secundo limita, & intellige dummodo pax humiliter, & genibus flexis petatur. Barbat. in conſ. 1. nu. 106: in fin. & nu. 107. vol. 3. vt dixi ſupra in præcedenti quæſt. in 2. limit.

47 Tertio limita, & intellige vt per remiſſionem iniuriæ non remittatur pœna pacis ruptæ, Iul. Feret. tit. de ferijs. nu. 102. & 113. de quo late Car. Tuſc. in d. concl. 172. nu. 20. in fin. remiſiuè ad concl. 174. Barb. conſ. 1. n. 106. circa fin. verſ. & licet vol 3. dicit quod ſi fiat pax cum inimico, & non renunciatur accuſationi, remanet firma accuſatio.

48 Quarto limita, & intellige, vt per pacem, & remiſſionem iniuriæ non tollatur quin offenſus nõ agat ad damna, expenſas, & intereſſe, quæ non cenſentur remiſſa, niſi expreſſe fuerit dictum.

Iul.

Iul.Clar.§.fin.q.58.n.37. vbi de communi. Marſil.in Tract.Bannit.in verb. pace nu.55.Boſſ.in tit. de pac.n.9.10. Vulpell.in tract. de pace q. 29. Card. Tuſch.in d.concl.172.num. 21.vbi de communi.Baiar.in d.q.58.n. 64.ſeqq. latiſſime Maſcard. de probat. concl. 1161.n.31.cum plur.ſeqq.vbi de communi vol.1.quia cenſetur tantum remiſſus rancor,& odium: & ideò ſi vulneratus dedit pacem, ſi deinde reconualeſcat, non poterit agere ad vindictam contra offendentem. Petr. de Surd. de Alim.tit.7. q.16.n.85.ſeqq. Caſtren. conſ.424. in princ. lib. 1. qui loquitur in pace facta inter Venetos,& Ianuenſes, vt per eam non fuerit ſublatum ius particularibus perſonis repetendi danna,& intereſſe Card.Tuſch.d.tom.6.in Verb.Pax.concluſ.178.n.11.

49 Primo amplia iſtam quartam limitationē,vt damna, & intereſſe non intelligantur remiſſa per pacem, etiam ſi in ea eſſet dictum quod omnis iniuria remittebatur. Vulpell. in tract.de pac. q.29.vbi concordantes allegat,& reddit bonam rationem. Baiard.in d.q.58. n. 67. in fine.

50 Secundo amplia etiam ſi iniuria precio remitteretur, non dicerentur damna, & intereſſe remiſſa. Ant. Gomez.tit.de delict.cap.6.nu. 13.Riminal.Iun.conſ.103.nu.39.vol.1.& conſ. 134.nu.48.tom.1.Crim.Baiard.in d.q. 58.nu.68.

51 Tertio amplia quando præceſſiſſet inſtrumentum pacis,in quo promiſſum fuiſſet cum iuramento reficere damna, expenſas, & intereſſe: quia ſi poſtea fiat aliud Inſtrumentum pacis generale cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq. pactis,& Capitulis,non dicerentur damna, & intereſſe remiſſa. Riminal.Iun. in d.conſ.134.nu.53.& poſt Bald.Baiard.in d.q.58.nu.68.in fi.admonet vt quis ſit bene cautus,& faciat remittere ſibi damna, & intereſſe ſi velit, quod plena ſit remiſſio Petr. Surd.de alim. tit.7.q.16.num.86

52 Primo ſublimita iſtam 4.limit.quādo offenſus fecit pleniſſimā remiſſionē, quia tunc expenſæ, damna,& intereſſe dicuntur remiſſa. Plac.Epit.delict.c.6. nu.40.Menoch.de pręſump lib.3.præſump.114. nu. 6. Maſcard. de probat. concl.902.nu.31.Baiard.in d.q. 58.n. 70.vbi ſubdit poſt Affl.in c.1.§. iniuria.n.114.in fin.de pac.iuram. firman. præſertim procedere quādo remittens eſſet vir probus, clemens,& quiete viuat,& idem Baiard.in d.q.58.nu. 67. poſt Bald.in cap.1.d.§.iniuria nu.7.& Roman.in l. prima nu.7.ff.ad ſylla.dicit procedere etiam quando fieret plena remiſſio.

53 Secundo ſublimita quando verba pacis, vel remiſſionis eſſent ita lata, vt vltra iniuriam remitterentur etiam expulſiones, & deuaſtationes;quia cenſerentur etiam remiſſa damna, vt illa verba aliquid operentur. Alex.in l.ſi tibi §.quædam.n. ff.de pact.

54 Contra Alex. tenuit Rimin. Iun. in d.conſ.103.n.41.vol.1.& in conſ.134. nu.47.ſeq. tom. 1.crim. quos ſequitur Baiard.in d.q.58.nu.67.Surd.de alim. tit.7.q.16.nu.86.

55 Quinto limita principaliter per remiſſionem iuriæ, ſiue offenſę in foro conſcientiæ; non cenſeatur ſublatum ius accuſandi. Alexan. in l. ſi ſibi decem §.quędam n.1.ff.de pact.Couarr. var.reſolut.lib. 2. cap. 10. nu. 6. verſ. tertio, vt conſtat.Igneus in l.Diuus nu. 25.ſeq.ff.ad Syllan.Iul.Clar.§.fi.q.58. n.38.vbi de communi Card.Tuſch.d. concl.172.n.22.vbi de communi.

56 Sexto limita vt per pacem non reſtituatur Ciuilitas amiſſa per bellum, niſi in ſpecie dicatur.Rom. conſ.459. n.11.& per tot. vbi dicit eſſe tex. in l. 2.verb.ſane C.de libertate eorū. Car. Tuſc.d.concl.171.n.23. & concl.172. n.26.vbi dicit quòd in his, quæ non à pace,ſed a voluntate dependet, noua voluntas requiratur.

Se-

57 Septimo limita in pace facta pro vulneribus, vt nihil operetur si ex eis vulneratus moriatur Gandin. in tit. de malefi. n. 15. Iul. Clar. in q. 58. n. 29. vbi de communi, & late dicam infra suo loco, vide Marsil. in Tract. Bannit. in verb. pace nu. 32.

58 Octauo limita, vt pax non restituat illud, quod bellum abstulit si non pendeat a pace, sed a voluntate alicuius, quia noua voluntas requiritur. Roman. cons. 459. nu. 16. Card. Tusch. d. conclus. 172. num. 26.

59 Nono limita, & intellige, vt remissio partis prosit in delictis, quæ fiunt in omittendo, secus in his, quæ fiunt in committendo, vt post Boer. in consuetud. Bituricen. tit. de Iurisd. omn. Iud. §. 16. in gloss. fin. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 58. nu. 11.

60 Decimo limita quod pax per filium occisi non arguit neq. inducit aditionem hæreditatis, post alios, quos allegat Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace nu. 58.

61 Vndecimo limita, vt pax non operetur quod impediatur processus contra delinquentem, & tollatur pœna. Decian. in tract. Crim. tom. 1. lib. 3. ca. 23. nu. 48. in fin.

Quæst. X.

Pax super quibus casibus fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Pax, & transactio in omni crimine, pro quo pœna sanguinis irrogatur permissa est.*

2 *Amplia, tàm in delictis publicis, quàm priuatis.*

3 *Amplia, tàm in delictis, in quibus imponitur pœna mutilationis membri.*

4 *Amplia vbi imponitur pœna fustigationis, quę morti æquiparatur.*

5 *Amplia in criminibus stupri, raptus, & incestus.*

6 *Amplia in crimine falsi.*

7 *Amplia in quocunq. crimine hodie de consuetudine totius Italię.*

8 *Pax est prohibita in omnibus casibus, in quibus est prohibita transactio.*

9 *Pax in casibus, in quibus non ingeritur pœna sanguinis, non permittitur.*

10 *Pax in criminibus priuatis non permittitur.*

11 *Pax in crimine adulterij non permittitur.*

12 *Declara ante impositam pœnam, secus post pœnam irrogatam.*

13 *Declara vt possit fieri pax, sed non transactio.*

14 *Declara de consuetudine.*

15 *Concordia venalis inter coniuges prohibita est.*

16 *Declara, & intellige, vt ibi.*

17 *Pax prohibita per legem, & statutum pro aliquo delicto intelligitur prohibita, tàm quoad principalem delinquentem, quàm quoad mandantem.*

18 *Pax vbi imponitur pœna perpetui carceris non permittitur.*

19 *Pax vbi per statutum imponitur pœna pecuniaria, non permittitur, licet per ius cõmune imponatur pœna sanguinis.*

20 *Pax pro sacrilegio commisso cum Moniali est obtinenda a Papa.*

21 *Declara quando Monialis fuerit professa, alias secus.*

22 *Accusatio potest repeti per eumdem accusatorem vbi non est permissa pax, vel transactio.*

23 *Pax facta per parentes post finitum iudicium in crimine raptus, eximit eos à pœna.*

1 REGVLA est, vt in omni crimine, pro quo pœna sanguinis irrogatur licita sit pax, & transactio: Tex. cum sua materia in l. transigere C. de trãsaction. cũ vnicuiq. liceat sanguinẽ suũ redimere, secundũ com-

communem opinionem attestatam per Iul.Clar.§.fin.quæst.58.numero quarto Bonifac. Vitalin.in tract.crim.Rub. de pace numero tertio. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. tertio numero 54. in princ. Iodoch. in practica criminali cap.145.nu.1.Card.Tusch. tom. 6. in verb.pax concl.174.nu.1.vbi de communi.

2 Primo amplia,vt procedat tam in delictis publicis,quã priuatis,Iul.Clar. in d.§.final.q.58.nu.5. vbi de communi,& vigere in omni casu supradictam rationem, vt vnicuiq. liceat sanguinem suum redimere. Ant. Gomez. d. cap.3.nu. 54. vers. & præfata habent. Card.Tusch.d.concl.174.nu.2.vbi de communi.

3 Secundo amplia procedere in delictis, pro quibus imponitur mutilatio membri, secundum communem opinionem attestatam per Iul. Clar. in d. §.fin.q.58.nu.6.Card.Tusch. d. concl. 174. nu. 3.

4 Tertio amplia vbi imponitur pœna fustigationis.Iul.Clar.d.q.58. num.7. vbi firmat hanc opinionem esse mitiorem, & magis sibi placere, quamuis contrariam opinionem multi sequantur,quam communem appellant.Rom. in d. l. transigere numero nono Card. Tusch.d.concl.174. numero quarto & quinto,& Iul.Clar.opinionem omnino esse sequendam arbitror, cum pœna fustigationis sit adeò grauis,& famam vituperet, & æquiparetur morti Ioseph. Ludoui.decis. Lucen. 1. numero 22. seqq.Farin acc.cons.82.numero tertio,Petr.Cabal. in Quæstionib.crimin. cas.165.numero 16.seqq.Farinacc. q. 19.numero 29. Baiard. ad.Iul.Clar.q. 69.numero 3.seq. vbi firmat,quod licet non sit capitalis, tamen corporalis est.

5 Quarto amplia,vt in criminibus stupri, raptus,& incestus, pax permittatur, & fieri valeat late Iul.Clar. §.fin. quæstione 58. num. 11. 12. 13. vbi de communi. Card.Tusch. in d.concl. 174.nu. 11.

6 Quinto amplia in crimine falsi,quia licet in aliquibus casibus non imponatur pœna sanguinis, cum grauet famam,licitum est pro eo haberi pax.Iul. Clar.d.§.fin.quæst.58.num.17.vbi de communi. Card.Tusch.d. concl. 174. nu.20.

7 Sexto amplia hodie ex generali cõsuetudine totius Italiæ, vt pro quocunq. crimine licitum sit pacem obtinere, & raro, vel nunquam limitationes ad istam regulam,quæ afferre possent, in practica adaptantur, vt testatur Iul.Clar.in §.fin.in d.q.58.nu. 14. in fine,& sequitur ibi Baiard.in addit. num. 22. in fine. & de eadem consuetudine totius Italię testatur Petr. Caball. cas. 74. numero nono in quęst. criminal. Ideo referam tantummodo aliquas limitationes magis dubitabiles.

8 Primo limita, & intellige generaliter quod in omnibus casibus, in quibus est prohibita transactio, etiam sit prohibita pax. Iul.Clar.§.fin.d.quæst. 58. num. 19. vbi de communi, sequitur Card. Tusch. in dict. concl. 174. num. 13.

9 Secundo limita generaliter,quod in omnibus casibus, in quibus non ingeritur pęna sanguinis prohibita sit pax, seu transactio ne delicta remaneant impunita.Iul.Clar.d.§.fin.q.54.num.14. in princip. vbi de communi. Card. Tusch.d.concl.174.nu. 16.

10 Tertio limita,vt in omnibus criminibus etiam priuatis,vbi non imponitur pœna sanguinis, non permittatur pax, siue transact.Luc.de Pen.in l.vni.n.38 C.de publ. lætit. lib.12. Boss.in tit.de furt.post nu.58.Iul. Clar.in d.q.58.n. 15.vbi de communi,& in fine testatur, quia militat in illis ratio prædicta, ne delicta remaneant impunita, licet Alber.in d.l.transigere nu. 22.testetur etiã de communi,vt etiam refert Card.

Tusch.

Tuſch.in d.concl.174.nu.17.& 18.

11 Quarto limita in crimine adulterij, licet pro eo imponatur pœna ſanguinis, tamen fauore matrimonij non permittitur pax, ſiue tranſactio. Iul. Clar. §.final.q.58.nu.10. vbi de communi, & ibi reddit duas rationes, & ibi Baiard.nu.20.ponit aliam, & ſic tertiam rationem Bonif. Vitalin.in tract. crim. Rub.de Pace nu.4.verſ. fallit. Surd.in tract.de alim.tit.7.q.16.nu. 7.verſ.regulariter. Luc.de Pen.in l.vnica num. 38.C.de publ.lætit.lib.12.vbi etiam recenſet alios caſus, in quibus non licet facere pacem. Rip. reſpon. 161.num.7. Ant.Gab.concl.23.nu. 3. verſ.ſed aduerte lib.7.tit.de crim.

12 Primo ſublimita, & intellige iſtam limitationem eſſe veram antequam pœna pro ipſo adulterio ſit impoſita, ſed poſt impoſitam pœnam, etiam in adulterio permittitur pax, ſiue tranſactio, vt declarat idem Iul. Clar. in d. §. fin.q.58.nu.10. verſ. hoc tamen intellige, vbi de communi, Ang.de Malefic. in verb.che hai adulterato, in princ. n. 1.vbi addentes affirmant hoc procedere, ne proceſſus impediatur. Petr. Surd. in tract.de alim.tit.7.q.16.n. 75.ſeqq. ſed bene poteſt obtineri pax, vt remittatur rancor inter maritum, & vxorem, & eamdem declarationem poſt Bar. in conſ. 175. in princ. lib. 1. facit Card. Tuſch.in d. concl. 174. nu. 10. Marſil. in tract.Bannit.in verb.Pace n.45.ſeq. dicit quod indiſtinctè pax fieri poteſt a marito de adulterio, & prodeſt ad pœnæ remiſſionem, imò poteſt etiam vxorem conuictam, & condemnatam de adulterio retinere, ſi vult, & e contra, & plus ſubdit d. ſententiam condemnatoriam maritum poſſe annullare, recipiendo vxorem abſq. facto, & authoritate ſuperioris, & ſolus conſenſus mariti ſufficiat abſq. conſenſu vxoris adulteratæ. Bar. conſ.175. numero ſecundo libro primo vbi Apoſtill. Surd. de Alimen.d.quæſt.16.numero 82.tit.7. Card. Tuſch. d. concl. 174.nu. 44.ſeq. vbi ſubdit; niſi fuiſſet rapta per vim; quia tunc requiritur eius conſenſus. Nouell. in pract.crim. cap.fin. nu. 26. Nell. in Tract.Bann. 3. par. 2. tempor. nu. 31. Et maritus poteſt etiam recipere vxorem detruſam in Monaſterio, & ſtat in pectore mariti remittere adulterium, Surd.de Alim. d. quæſt.16.numero 75. & 78. in fin. tit.7.

13 Secundo ſublimita, vt ſuper adulterio poſſit fieri pax, ſed non tranſactio, poſt Bar. & alios declarat additio ad Bonifac. Vitalin. in tract. crim. Rub. de pace num. 4. in litera A, imò ſubdit quod in præſumpto adulterio etiam fieri poterit tranſactio Iul. Feret. tit.de ferijs.nu.42.

14 Tertio ſublimita de conſuetudine, quia admittuntur remiſſiones factæ a maritis pro adulterio, vt teſtatur idem Iul. Clar. d. §. fin. quæſt. 58.num.10. in fine.

15 Et ſcias in hac materia adulterij quod venalis concordia inter coniuges eſt prohibita l. ſi liberis ff.de pact. vbi ſi fiat conuentio per maritum prætextu concordiæ, quia remittit vxori pactum lucrandi eſt nulla; vel ſi maritus ſe reconciliat cum vxore, & conuenit ſibi delatum lucrum ob adulterium vxoris, remaneat, non valebit pactum, tanquam continens turpem, & venalem concordiam Ro. ſing.582. Io.Lup. in rubr.de donat. inter vir. & vxor. §. 34. num. 3. ſeq. & add. ad Rom. in d. ſing. 582. Surd. in tract. de alim. tit. 7. quæſt. 16. numero 90. ſeqq.

16 Secus erit quando iam lucrũ ex adulterio fuit marito adiudicatũ, & applicatum; quia maritus poteſt recipiendo vxorem iam detruſam in Monaſterio, recipere cum pacto vt ipſa non poſſit recuperare dotem; quia tunc ſumus in caſu, in quo maritus nihil remittit, ſed retinet quod iam

fuerat sibi adiudicatum, qui est casus diuersus a primo; vt in contingentia facti respondit Surd.de Alim. in d.q.15.tit.7.nu.83.90.91.seqq.vbi late tuetur hanc opinionem.

17 Quinto limita quod vbi ex lege, vel statuto pax pro aliquo delicto prohibetur, intelligitur, tam quoad delinquentem principalem, quam quoad mandantem.Iul.Clar.in d.§. fin.q.58. nu.18.vbi de communi. Card. Tusch. d.concl.174.nu.13.

18 Sexto limita vbi imponitur pœna perpetui carceris, vel agitur solum de amittenda libertate. late Iul. Clar. in dicta quęstione 58. §. fin. num. 9. & nu.10.vbi de communi.Card. Tusch. in d.concl.174.num.14.15.

19 Septimo limita vt in casibus, in quibus de Iure Communi imponitur pœna sanguinis, si per statutum imponatur pro eisdem pœna pecuniaria, non erit licita transactio.Iul.Clar. d. §.fin. q.58.nu.16. vbi de communi, & dicit quod magis attendatur pæna statuti, quam natura criminis. Card.Tusch.d. concl.174.n.19.vbi subdit; ex quo est recessum a Iure communi quoad pænam, censetur recessum etiam quoad omnia.

20 Octauo limita in sacrilegio commisso cum Moniali, vt nec Monasterium, nec eius parentes remissionem facere possint, nec sacrilegio pacem impartiri, ne propter pacem pæna ei minuatur, sed est necesse, vt pax obtineatur a Papa. Masquard.in tract. de Iud.par. 1. num.5.vers.& licet dictum est cap. Baiard.ad Iul.Clar.in §.fornicatio nu. 19.Decian.in Tract.crim.lib.6.cap.20. nu.7.Farinacc. in tit. de delict. Carnis q.146.nu.23.

21 Intellige quando monialis fuerit professa, secus si non fuerit professa; quia tunc sufficeret, vt haberetur a consanguineis ipsius. Baiard. d.q.58. nu. 40.

22 Nono limita, quod in casibus, in quibus est prohibita transactio, non prohibetur repeti accusatio etiam a primo accusatore, licet transactionem fecerit, cum nulliter transegerit, vt post Felin.in cap.de his col.1.vers. 2.limita de accus. Io:Mar. Monticell. In pract. crim.reg.1.nu.9. Foller. In pract. crim. Canon.cap.35.nu.15.& Baiard. in d. quæst. 58. num. 22. vbi tamen subdit quod hoc nunquam vidit in practica seruari, cum hodie de consuetudine in quocunq. delicto fiant paces, & arbitror eius opinionem esse veram, nec ego etiam vnquam vidi similem casum in praxi contingere.

23 Decimo limita, & intellige quod parentes, si pacem facerent post finitum iudicium in crimine raptus non incurrerent in pęnam, l. vni.C.de rapt. virg.secundum Gabr.consl.172.nu.43. vol.1.Baiard.d.q.58.nu. 21.& ibi Iul. Clar.n.11. in fin.dicit quod, licet parentes incidant in dictam pænam, trāsigendo indicto crimine raptus, tamen remissio tenet, nec eorum nomine amplius agere possent, & ibi testatur de communi.

Quæst. XI.

Pax a quibus habenda sit.

SVMMARIVM.

1 *Pax est habenda ab illis, qui habent ius accusandi, & inter consanguineos proximiores semper intelligitur ordine successiuo, vt proximiores præferantur.*

2 *Pax habenda est ab offenso.*

3 *Pax habita ab offenso, si moriatur suffragatur.*

4 *Contrariam opinionem tenent Doct.*

5 *Quæ contraria opinio procedit, etiam si pax fuerit recepta per Sacerdotem.*

Pax

6 *Pax facta super vulnere non extenditur ad mortem, si de morte non fuerit cogitatum.*
7 *Pax super vulnere ab offenso non facta mentione mortis si statutum mentionem faciat de hæredibus, non suffragatur ad minuendam pœnam.*
8 *Et late declara, vt ibi.*
9 *Si pax erit data expresse a vulnerato in casu mortis, non erit amplius habenda a consanguineis.*
10 *Idem si fuerit constitutus procurator ad faciendam pacem in casu mortis.*
11 *Pax habita à vulnerato etiam in casu mortis non suffragatur quin haberi non debeat a consanguineis de consuetudine.*
12 *Pax est habenda ad hæredibus quando disponitur ita per statutum, nec sufficit si habeatur a vulnerato.*
13 *Dubitatur in hoc articulo.*
14 *Resolutio istius articuli.*
15 *In omnem casum pax habita ab offenso mortuo non impedit quin homicida, licet gratiatus mittatur in exilium per aliquod tempus.*

1 IVS faciendi pacem regulatur a iure accusandi, vt qui præferuntur in accusatione pariter præferantur in iure pacem faciendi, vt firmat Iul. Clar. in §. final. q. 58. n. 20. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. sub 61. Petr. a Plac. Epit. delict. c. 39. n. 15. seqq. Petr. Bell. de re milit. pag. 136. n. 50. seqq. vbi late Farinacc. in tit. de accusat. q. 13. nu. 14. & q. 14. nu. 1. vbi de communi; vbi subdit ea potissimum ratione, quia vbi lege, vel statuto aliquid committitur consanguineis alicuius, intelligitur gradatim, vt proximiores præferantur secundum ordinem charitatis, & coniunctionis.

2 Spectat enim ius faciendi pacem ad ipsum offensum. Iul. Clar. §. fi. q. 58. n. 20. Farinacc. in tit. de accusat. q. 14. num. 30. vers. Clarissimi enim iuris est, Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax. concl. 175. nu. 21. in princ. Petr. Caball. in q. crim. cas. 58. nu. 17. 18. vbi allegat tex. in cap. exhibita 22. vers. quia vero de homicid. in 6. quem dicit peregrinum, & a nemine in hoc allegatũ, & subdit: nec amplius aliqua læsio Iustitiæ, vel tertij consideratur, cum volenti non fiat iniuria c. scienti de reg. Iur. nu. 6. Deci. in l. nemo fraudare nu. 1. seq. ff. eod. vbi Cagnol. & si superuiuat, ipsi offenso competit ius faciendi pacem. Farinacc. q. 13. nu. 1.

3 Sed quæstio est an suffragetur offendenti pax habita ab ipso vulnerato, vel offenso si moriatur, & conclusio se habet negatiue, vt non sufficiat, vt testatur Boss. in tit. de pace n. 13. qui dicit in hac opinione fuisse Bar. & quod Roman. testatur cum Bar. extare communem opinionem, & quod ita Senatus Mediolani obseruat, & de crebriori sententia testatur Vulpell. in tract. de pace q. 22. vers. & ea tandem, & de magis communi Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace nu. 54. vbi concordantes allegat, & Farinacc. in d. q. 14. n. 28. a qua non esse recedendum affirmat, & quod ita apud nos seruatur, & ego vidi pluries per sacram Consultam in statu Ecclesiastico ita obseruari & in Regno Neapolitano per Reg. pragm. 6. sub titulo de composit. prouisum fuit quod sola remissio morientis non sufficiat, vt testatur Baiar. in q. 58. nu. 51. in fine.

4 Contrariam opinionem tenuit, vt sufficiat habere pacẽ ab offẽso. Nell. in tract. de Bannit. in 3. par. 2. temp. q. 41. quando hæredes adiuerunt hæreditatem qui censentur omnia gesta per defunctum approbasse; & ideò subdit in fine quod tutius erit ostendere aditionem hæreditatis, quem sequuntur alij Doct. adducti per Iacob. Nouell. in Pract. in cap. fin. incip. Quoniam vt doces sub n. 111. Moron. in tract. de pace q. 111. per tot. & in fin. testatur hāc opi-

nionem sibi magis placere per rationes per eum adductas, & relatas per Car. Tusc.tom.6.tit.de pac.q.177.n.1. vbi de communi,Petr. Caball. in q. crim. cas.58.nu. 17.seq. tenet quod cessent omnes difficultates, si pax obtineatur a parte offensa, & allegat.tex. in cap. ex habita 22.vers.quia vero de homicid.in 6. quem dicit esse peregrinum, & a nemine cōsideratum,&allegatum, & etiam subdit;nec amplius aliqua læsio Iustitię,aut tertij cōsideratur, cum volenti, & consentienti iniuria non inferatur,cap.scienti de reg.iur.in.6.Deci.in l.nemo fraudare videtur n.1.seq. ff.de regul.iur. vbi etiam Cagnol. qui Deci. sequitur. & Iacob. Nouell. in pract.crim.cap.fin. nu. 119.

5 Quę cōtraria opinio erit vera etiam si pax fuerit recepta per Sacerdotem ab ipso mortiferè vulnerato in actu confessionis, vt sit admittenda in foro Iudiciali ad commodum, & beneficiū offensoris Gulielm.de Cun.cōs.8.tom. primo crim. parua impressione Gand. de Malefic.rubr.de transact.&pact.sub nu.20.Bal.in l.2.sub num.primo.ff.ad syllan.late Iul.Feret.de ferijs.nu.207. seq. Petr. Garz. a Toleto in suis decision.Extrauag.decis.24. Petr. Caball. in q.crim.cas. 141. per totum,& sub n. 6. in fine testatur de veriori, & magis cōmuni,& ibi respondet contrarijs, & firmant supradicti Doct.vt sufficiat sola attestatio Sacerdotis,nisi tamen vigore Statuti requireretur instrumentum,de quo late dicam infra in q. 32. Ego autem teneo opinionem negatiuam tanquam magis communem per rationem Bar.in l.damni S.Sabini n.2. ff.de damn.infect quia si sufficeret pax habita a defuncto inuitarentur homines de facili ad delictum,cum quilibet vulneratus, & proximus morti faciat pacem; & huiusmodi ius faciendi pacem respiciat non solum ius hæreditarium,sed etiam iura sanguinis, & ideò esse habendam pacem ab alijs,vt de communi testatur post Roman. Card. Tusch. in d.concl.177.n.6.eamdem rationem ponit Vulpell.de pace q.21.n. 2.3.

6 Primo limita, & intellige istam opinionem negatiuam magis communem, quando vulnus non fuisset mortale, nec verisimiliter timebatur mors vulnerati, tunc pax data a vulnerato non extendatur ad mortem,cum de ea non fuerit cogitatum, secus si vulnus erat mortale, & verisimiliter timebatur mors;quia tunc pax a lęthaliter vulnerato habita suffragatur deliquenti: ita distinguēdo firmat post alios, quos allegat Farinacc.in d.q.14.nu.29.Vulpell.de pace in q.22.Moron.de tregu. & pac.d.q.111.n.18.seq. vbi pro vtraq. parte allegat,& tandem ita distinguit. Ant.Gomez.tit.de delict.cap.3.nu.66. vbi de communi,& quòd ità est tenendum in iudicando,& consulendo,quā distinctionem sequitur Card.Tuscb.in d.concl.177.n.3.& Baiard.in d.q. 58. n.51.S.si.& ibi Hieron.Giacbar. in addit.in litera A.qui Ant. Gomez. in d. cap. 3. numero 67. dicit quod ad fugiendas opiniones reus sit cautus, vt exprimat in concordia quod obtineat pacem, tam pro vulnere, quam pro morte,& pro omni damno,vel lęsione, quæ ex tali vulnere sequi posset, eamdem cautelam tradit Bonif. Vitalin.in tract.crimin.Rub.de pace numero 6.in fin.

7 Primo sublimita, & intellige quādo statutum simpliciter loqueretur quod per pacem babitam, pœna minuatur,secus si diceret, vel mentionem faceret de hæredibus: quia tunc pax facta a vulnerato non facta mentione mortis,quamuis vulnus non fuisset lęthale,non sufficeret. Iul. Clar. q. 58.n.28.Farinacc.d.q.14.nu.29.vers. sublimita,vbi de communi,& de consuetudine seruari refert Alcia. in cons. 134.lib.5.& in bac opinione fuit prius Vulpel.de pac.in q.21.n.1.&refert etiā autho-

authoritatem Alciat. in loco supra allegato per Farinac. vide Marsi. in Trac. Bannit. in verb. Pace n. 44. vbi quærit an Pax habita ab offenso prosit, stante statuto quod pax habeatur ab hærede offensi.

8 Sed quia magis conueniunt verba statuti huic distinctioni, & quia de facili morti proximus vulneratus, vt sibi Dominus remittat peccata sua, ipse etiam offendenti remittat iniuriam, & quia etiam statutum remittēs pœnam propter pacem offendat ius commune, ideò non esse extendum extra suos limites; ex quibus ego etiam sequor illam opinionem, quicquid Bald. in l. 2. n. 3. C. de liber. & eorum libert. Castr. nu. 7. Nell. in Tract. de Bannit. 3. par. 2. temp. q. 41. voluerunt, & cum eadem distinctione videtur etiam transire Tusch. d. concl. 177. num. 56. licet possit reddi turbida per ea, quæ tradit Moron. in d. q. 111. in fin. quia videtur recipere tacite isto casu conditionem, & retinere rancorem; quod euenit contra naturam, & substantiam pacis, & sit minus fauorabilis animæ, & in pace nihil remanere debeat quod rancoris sapiat; sed totaliter charitatem continere debeat, & quid etiamsi læthaliter erat vulneratus, de facili poterat cogitare de morte, Vulpell. de pace quæstione 22. vers. vel modo aliquo, cum vers. sequen. prout si vulnus esset læthale, & quando de morte cogitatur, & fit mentio de ea, pax a defuncto habita sufficiat, vt in sequenti sub limitatione dicam. Ideò credo quod de d. distinctione dubitare non sit errare.

9 Secundo sublimito quando vulneratus expresse dedit pacem etiam in casu, in quo mors sequeretur, quia tūc sine dubio morte sequuta, non est amplius habenda pax a consanguineis defuncti. Plac. in d. cap. 12. n. 15. Vulpell. dict. quæstione 22. Farinacc. dict. quæst. 14. num. 30. Bonifat. Vitalin. in Tractat. crimin. sub num. 6. circa finem in Rub. de pace.

10 Tertio sublimita quando vulneratus non dedit pacē expræsse de morte, sed dedit procuratorem ad faciendam pacem in casu mortis: quia tunc si post mortē vulnerati pax obtineatur a procuratore, non erit perquirenda alia remissio a consanguineis defuncti, vt testatur Farinacc. in d. q. 14. num. 31. vbi dicit quod quotidie hac cautela nos vtimur in Curia Romana per conclusionem, vt mandatum ad faciendam pacem non spiret per mortem, de cuius veritate dicam infra suo loco in q. 30.

11 Quæ tres sublimitationes, licet de iure potuissent sustineri, secus seruatur de consuetudine, cum remissiones habitæ ab occisis non attendantur etiam quod vulnus fuerit læthale, ac etiam, quod expresse fuerit facta mentio mortis: ita testatur post Alciat. in cons. 477 nu. 1. Iul. Clar. in d. S. fin. q. 58. nu. 28. vers. sed certe, & quod ita bis Senatus obseruauit. Boss. in tit. de pace nu. 13. Carauit. rit. 272. nu. 32. Baiard. in d. q. 58. nu. 51. in fin.

Sed vbi talis consuetudo non vigeret non erit recedendum a supradictis tribus limitationibus, vt testatur idem Farinacc. d. q. 14. nu. 32. in fin.

12 Quæ etiam tres supradictæ sublimitationes cessarēt quando per statutum diminuitur pœna, ac disponitur pacem esse habendam ab hæredibus, seu consanguineis defuncti, quia tunc pax habita a defuncto non suffragatur. Iul. Clar d. q. 58. n. 28. vers. aut verò statutum, vbi concordantes allegat, & testatur de communi, Farinacc. d. q. 14. n. 33. qui, & Iul. Clar. & Doct. allegatos pereum adduxit, & Marsil. in tract. de Bannit. in verb. Pace nu. 44.

13 Qui Farinacc. in d. quęst. 14. sub nu. 33. vers. verum, dubitat de huiusmodi declaratione, circumscripta consuetudine, cum ius faciendi pacem primo spe-

ſpectet ad offenſum,& deinde ad conſanguineos. Ideò habita pace a vulnerato, vel a procuratore habente ſpeciale mandatum,non erit iterum petẽda pax ab hæredibus, vel conſanguineis, & ſtatutum requirens pacem ab hęredibus debeat reſtringi ſecundum ius commune:dummodo non fuerit habita ſpecialiter ab ipſo offenſo.

14 Quæ Farinacc. dubitatio remoueri poteſt per doctrinã Bar.in d.l. damni §. Sabini nu.2.de damn.infect. cum vulneratus morti proximus remittat libenter iniuriam, vt Deus omnipotens ſibi peccata ſua remittat, & quia etiã ſit habenda pax ab hęredibus, vel cõſanguineis ad pacandos eorum animos, & ſcandala tollenda, vt etiam in ſpecie reſpondit Vulpell.de pac.quæſt. 21.nu.2.3.& etiam ſequitur Cardinal. Tuſch.in d.concl.177.num.6. quorum opinio multum mihi placet, & tutior mihi videtur pro bono publico, licet credam hoc eſſe remittendum arbitrio prudentis Præſidis Prouinciæ, qui cognoſcere valeat ſi ex remiſſione banniti per pacem habitã a defuncto conquieſceret animus conſanguineorũ, & ſcandala minime oriri poſſent, cum etiã bono publico cõueniat, vt in ſolatium conſanguineorum,& hęredum via Iuris homicida per exilium puniatur, & turpe eſſet quod homicida, ſanguine adhuc caleſcente,& non dum exſiccato, videretur in populo, & publice deambulare, & ante conſpectum hæredum,& conſanguineorũ occiſi, vt ponderat Boſſ.in tit. de remed.& ſol.dem. Princip.nu.47.verſ.non omitto tamen, & daretur occaſio ſcandali:quia hæredes proximiq. perſonæ interfectæ homicidam conſpicientes, illum de facto forte occiderent Plot.conſ.73.nu.52. verſ. Nam de Iure Diuino; vltra quod hoc modo delictum remaneret impunctum,& alij non deterrerentur in offenſionem publicam, & ipſe met homicida inſolentior efficeretur, & alios de facili interficeret. Plot.d. conſ. 73. nu. 65.Petr.Caball.in quæſt.crim.caſ. 58. nu.15.ſeq.

15 Et in omnem caſum habita pace ab offenſo mortuo Princeps faciens gratiam homicidæ, debet curare ne in Patria deambulet, ſed mittere illũ in exilium per aliquod tempus, vt ea omnia ſuperius adducta euitentur, & per exilium aliquam pœnam patiatur in ſolatium Conſanguineorum, prout ſolet Senatus Mediolani obſeruare, vt teſtatur Boſſ.in d. tit. ex ſola dem. Princip. n.47.verſ.non omitto, Petr. Caball.d. caſ.58.nu.16. & ità etiam vidi plurles obſeruari in ſtatu Eccleſiaſtico ꝑ ſacr. Conſultam, vbi omnia ſumma prudentia, clementia, maturitate, ac vigilantia ſolent exequi.

Quæſt. XII.

Pater pro iniuria facta filio quando paçem facere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei proximiores ordine ſucceſſiuo pacem facere debent.*

2 *Patri competit ius faciendi pacem pro iniuria illata filio.*

3 *Pater etiam filio viuente remittit iniuriam factam filio.*

4 *Pater pacem facit pro iuria facta filio etiam eo inuito.*

5 *Contrariam opinionem tenet Doct. ibi.*

6 *Pax habita a Patre eſt validior illa habita a filio.*

7 *Filius non facit pacem ſine conſenſu patris.*

8 *Pater pacem facit pro morte filij etiam ſi non fuerit hęres.*

9 *Quę opinio reuocatur in dubium, vt per pacem quis gaudere valeat beneficio pacis a ſtatuto requirente pacem ab hęredibus conceſſo.*

10 *Pater adeò pacem facit pro iniuria facta*

cta filio, alij filij non possint agere pro dicta iniuria, imò nec ipse filius offensus.

11 *Filius pacem facere potest pro iniuria, sibi illata etiam inuito patre secundum præceptum Euangelicum.*

12 *Mater præfertur non relictis alijs filijs, vel alijs superstitibus in facienda pace pro morte filij.*

13 *Pater excludit matrem circa pacem quando succedit filio impuberi.*

14 *Pax habita a communibus filijs per patrem de morte vxoris, non prodest, nisi habeatur ab alijs filijs occisæ ex alio matrimonio natis.*

15 *Contrarium tenuit Farinacc.*

16 *Author tenet contra opinionem Farinacc.*

17 *Pax pro morte vxoris a marito data requirit etiam consensum parentum, fratrum, aut aliorum vxoris interfectæ proximiorum.*

18 *Nisi forte cessaret metus reuerentialis: quia sufficeret a communibus filijs.*

19 *Pax sufficit vt habeatur a communibus filijs pro homicidio commisso per vxorem in personam mariti.*

20 *Pax pro morte vxoris causata ab extraneo an sufficiat, vt habeatur a marito tantum, vel a patre tantum.*

21 *Consanguineorum proximiorum appellatione non veniunt alumni.*

22 *Pax quando est babenda a descendentibus, & ascendentibus intelligitur vsque ad infinitum, sed a collateralibus vsq. ad quem gradum, vide ibi.*

23 *Pater non potest remittere iniuriam factam filio a persona coniuncta.*

24 *Iniuria facta a persona coniuncta reputatur maior iniuria quam facta ab alijs.*

25 *Pater non potest remittere iniuriam factam filio, qui non fuerit in patria potestate.*

26 *Mater quæ non habet filios in patria potestate non potest pro eis facere pacem.*

27 *Pater turpis, vel vilis persona non remittit iniuriam factam filio honestæ personæ.*

28 *Pater Furiosus non potest remittere iniuriam illatam filio, nec etiam constituendo Curatorem.*

29 *Pax facta a Patre sine filio solet approbari quando non interuenerunt vulnera, vel cedes.*

30 *Pater non potest remittere iniuriam violati thori filiæ.*

31 *Pater absens non potest pacem face pro iniuria facta filio.*

32 *Pater pro filio non potest pacem facere in casu statuti minuentis pœnam, quando statutum loquitur in rem, & non in personam.*

33 *Pater pacem facere non potest pro filio de Iure C.*

34 *Contraria opinio verior est.*

35 *Pater remittens iniuriam factam filio delinquenti non præiudicat Fisco.*

36 *Filius rumpens pacem factam per patrem ante eius ratificationem non dicitur fractor pacis: licet pœna conuentionalis contra patrem committatur.*

37 *Pater non potest facere pacem de morte filij spurij.*

1 IVS remittendi iniuriam, & faciendi pacem principaliter spectat ad proximiores consanguineos exclusis alijs remotioribus. l. si plures ff. de accusat. Iaf. in l. non solum n. 3. ff. nou. op. nunc. Petr. a Plac. Epithom. delict. lib. 1. cap. 39. num. 15. seq. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 1. n. 35. sub vers. Item etiam intellige. Farinacc. q. 13. nu. 2. vbi de communi, & latius q. 14. nu. 1. vbi concordantes allegat, & testatur de communi, ea potissimum ratione, quia vbi lege, vel statuto aliquid committitur consanguineis alicuius intelligitur gradatim, & sem per proximiores præferuntur, cum ad eos videatur magis negotium pertinere secundum ordinem charitatis, & coniunctionis, quam ad remotiores. Bal.

Bal.in l.fin.2.notab. & ibi cæteri communiter Doct.de verb.oblig.Farinacc. d.q.14. nu. 2. vbi alios allegat, & te-
2 statur de communi. Et nullus magis proximus filio offenso est, quam pater: ideò offensa facta filio remittitur per patrem.Bar.in l. sed si vnius S. filiofamilias nu.2.ff.de iniur.Boer.decis.120. sub nu.2.seq, Plac.lib.1.delict. cap.6. nu.21.Iul.Clar.S.fin.lib.5.q.58.nu.21. vbi subdit; quia per iniuriam factam filio magis videtur offendi pater,quàm filius, & quia pater potest etiam pro iniuria facta filio agere, & accusare illum,qui filio iniuriam intulit.Farinac. d.quæst.14.num.35. vbi de communi. Mars.in tract.Bannit. in verb.pace nu. 41. Moron.in tract.de treug. & pac.q. 135.nu.5.

3 Primo amplia quod procedat, vt etiam filio viuente pax sit habenda a patre pro iniuria facta filio, Farinacc. in d. quæst. 14. num. 39. vbi concordantes allegat, & testatur de communi.

4 Secundo amplia, vt possit Pater facere pacem pro iniuria facta filio etiã ipso filio inuito. Iul.Clar.S final.q.58. nu.21.vers.& hoc etiam, vbi refert ità fuisse in contingentia facti iudicatum per Curiam Tholosanam, teste Aufre. decis.261. Ascan. Clem.in Tract. de patria potestate effectu 8.nu.1.in princ. vbi concordantes allegat, & sub vers. prima tamen opinio,testatur de communi.Boss.in tit.de pac.num.16.Farinacc.in d.q.14. nu.36.vbi de communi, & alios concordantes allegat,Car. Tusch.tom.6.in verb.Pax concl. 174. nu.14.vbi de communi.

5 Licet aliqui Doctores contrariam opinionem teneant adducti per Farinacc.in d.quæst.14. nu. 36. vers. contrarium, & per Clem. de patr. potest. d.effectu 8.num.1.vers.contrarium tamen.

6 Tertio Amplia,vt pax habita a patre non solum sit validior quàm habita a Filio, sed etiam habita a filio sine consensu patris nihil suffragetur offen-
7 denti in casu † Statuti minuentis pænam propter pacem, cum iam fuerit quæsita actio iniuriarum patri, quam ipso inscio filius minime auferre potest.Iacob.Nouell.in Pract. crim.cap. fin.nu. 100. Petrin.Bell.de re Militar. par. 10. tit. 2.nu.59.Farinacc.d.q.14. nu.38.vbi subdit,secus quoad odium, & rancorem, quem solus filius etiam inuito patre remittere potest. Marsil. in d.verb.pace nu.41.in fine in Tract. de Bannit.Iul.Feret.tit.de ferijs.num. 170.vbi querit an sit habenda ab omnibus tam a patre quam a filio.

8 Quarto amplia vt pater possit pro filio occiso pacem facere etiam quod pater non fuerit hæres. Nell. de Bannit.3.par.2.tem.q.47.Vulpel.in tract. de pace q.23.num. 1. vbi tamen dicit quod Nellus nulla ratione, vel authoritate, sed obiter hanc opinionem tenuerit,sed Ascan. Clem. in tract. de patr.potest.effect. 8.num.10.seqq.post alios, quos allegat, videtur omnino tenere pacem patris excludere fratres occisi, cum istud ius sit totaliter fundatum in patria potestate,& omnes filij cum patre reputentur vna, & eadem personæ; & ideò sicut transigens non potest iterum accusare, ità non poterunt alij filij facta transactione per patrem cum vna, & eadem persona cum patre reputentur, Farinacc. q. 14.nu.20.in fine, qui se remittit ad ea, quæ dixit Vulpell.in d. q.23.

9 Quæ opinio de facili non esset admittenda vt gaudere possit beneficio Statuti requirentis pacem ab hęredibus; sed si pater esset hęres vnà cum fratribus defuncti, iuxta terminos authen.defuncto C.ad Tertul.erit haben da pax,& a patre,& a fratribus,vt occasio scandali auferatur,&in solatium fratrum, vt declarat, & tenet Vulpell. in Tract.de pace q.23.num.2.seqq.& Sim.de Pret.in cons.64. nu. 25.seq.dicit

cit

cit quod in respicientibus factum, & quæ cohærent personæ, pater, & filius diuersæ personæ habentur, & non quoad omnia pater, & filius censentur eadem persona, & hinc subdit: non sequitur per tactum manus, vel osculum filius fecit pacem; ergo etiam pater pacem fecit; Iul. Feret. tit. de ferijs. n. 170.

10 Quinto amplia, vt adeò pater possit facere pacem pro iniuria facta filio, vt alij filij non possint agere pro d. iniuria, Marant. de ord. iud. in 6. par. num. 6. & post eum Baiard. in d. q. 58. num. 32. seq. vbi dicit quòd, nec ipse filius pro iniuria sibi facta post remissionem patris poterit agere aduersus iniuriantem: quia pax facta a patre tollit actionem Prętoriam, quæ competit patri, & ciuilem, quæ competit filio, & allegat. Hier. Gabr. in cons. 172. nu. 44. vol. 1. qui testatur de communi, qui Baiard. dicit quod hoc limitatur in aliquibus casibus, quos recenset, Ias. in l. in persona, ff. de pact.

11 Sexto amplia, vt è contra filius etiam inuito patre de offensa sibi facta pacē inire potest; quia est magis sacro Euangelio parendum, quam parentibus, ex quo disponitur iniurias remitti debere, & cum omnibus pacem habere, vt per Vulpell. in Tract. de pace q. 10.

12 Septimo amplia principaliter, quod occiso filio non relictis alijs filijs, vel descendentibus, superstite patre, & matre, ab eis requiritur remissio, & matre existente tantum ab ea obtinenda, licet filius esset vulgo conceptus, vel quod ipsa ad secunda vota transiuerit, vel quod esset infamis, & publicè quęstum faceret, vel quod filio occiso rutorem non petijsset, & si cum dictis patre, & matre, vel aliquo ipsorum supersit frater, & soror vtrinq. coniuncti, vel ipsis deficiētibus, eorum filij, ab omnibus requirirur remissio, vel a nepotibus, eis non existentibus, & si non existerent pater, & mater, sed auus, & auia, vel alter eorum, & frater, vel soror occisi, remissio quoque ab omnibus obtinenda esset: irà habetur per Nunc. ad. d. Pragm. in 2. par. a princ. vsq. ad nu. 13. fol. 141. vt refert Baiard. d. q. 58. nu. 24.

13 Octauo amplia, quod dictante statuto, vt pax habeatur ab hęrede & occisus relinquat filium impuberem, matrem, & patrem, deindè obijt filius impubes, & mater eis successit, ius faciendi pacem spectat ad patrem, & non ad matrem hęredem, vt post Nunc. Tartal. in d. pragm. incip. Nelli anni passati par. 1. n. 55. sub titulo de composit. firmat Baiard. ad Iul. Clar. d. §. fin. d. q. 58. nu. 52.

14 Primo limita principaliter quod dicitur proximiores defuncti consanguineos in iure faciendi pacem esse præferendos remotioribus, non habere locum quando maritus interfecisset vxorem, quia pax facta a communibus filijs occisori non prodest, nisi etiam habeat pacem ab alijs filijs occisę ex alio matrimonio natis, vt Boss. in tit. de pace nu. 21. vers. quando vxor occiditur, vbi testatur ità fuisse seruatum per Senatum; eamdem obseruantiam adducit Iuli. Clar. §. fin. q. 58. nu. 30. cum præsumatur remissio extorta per metum reuerentialem.

15 Farinacc. autem in d. q. 14. num. 48. tenet contrariam opinionem, vt pax valeat habita a communibus filijs, nisi probentur minæ, vel verbera erga filios, alias metus non præsumatur.

16 Contrariam opinionem ego arbitror esse veriorem, cum absq. minis, & verberibus, ex sola patria potestate præsumarur metus reuerentialis l. 1. §. quę honorandæ ff. qua in re act. nō dat. & quod sola reuerentia, & ænormis læsio sufficiat ad præsumendum metum reuerentialem. Capic. decis. 159. n. 34. Neuizzan. cons. 22. nu. 20. Alban. cons. 77. num. 11. vbi de communi. Mascard. qui alios allegat concl. 1051. nu. 28. vol. 2. Osasch. decis. 72. num. 5. vbi firmant

pro-

procedere etiam ſi adeſſet iuramentum,& quanta læſio ſit filij,qui matre priuatur,nemo eſt qui ignoret,late Baiard.ad Iul.Clar.§.fin. q. 58.nu.55.& pro hac opinione in ſpecie adducit Vulpell.in Tract.de pace quęſt. 25. & Nunc. Tartal. in Commentar. ſuper Pragm. Regni Neapol. incip.nell'anni paſſati 50.ſub.tit.de com.poſit.&quod non ità de facili Senatus Mediolani repręhendi debebat per Farinacc.cum in illo ſupremo Magiſtratu ſemper interueniant præſtantiſſimi viri eminentis ſcientię,ac multum practici,& eamdem opinionem latè tuetur, Petr. Caball.in quæſt.crimin. caſ.58.nu.8.cum plur. ſeqq. qui ità in contingentia facti Magno Duci Etruriæ reſpondit, quamuis in caſu ſuo adeſſet etiam Iudicis decretum.

17 Imò requiritur etiam,vt interueniat remiſſio parentum fratrum, aut aliorum vxoris interfectæ proximiorum,& non ſufficiat ſola remiſſio filiorum communium,vt latè tuetur Petr. Cabal. in dicto caſ.58.nu.8.cum plur.ſeqq.quia ità expediat bono publico,vt iſti conſanguinei habeant recōpenſationē honoris,&ne oriatur ſcandalū,ne homicidā conuerſantē palā occiderent,& ne ipſe homicida inſolentior efficiatur, & alij detereantur in offenſum publicam Reipublicæ,& priuatam propinquorū occiſi per ea, quæ latè tradit Plot. in conſ.73.nu.52.cum pluriq. ſeqq. Boſſ, in tit. de remed.ex ſola clem. Princip. & in tit.de pace nu. 21.in fin. teſtatur quod tunc ceſſant omnes difficultates quando interuenit vnà cū filijs cōibus auctoritas aliorum conſanguineorum.

18 Sed forſan ſufficeret ſola remiſſio filiorum communium quando penitus ceſſaret metus reuerentialis, quod eſt poſitum in arbitrio Iudicis, etiam ſi de læſione non conſtaret, vt per Menoch. de arbitrar.Iudic. caſ.136.nu.7. lib. 2. Quod contingere poterit ſi filij eſſent maiores,vel quod habitarent ſeorſum a patre,vel eſſent emancipati, vel mater fuerit occiſa propter adulterium, vt bene conſiderat Baiard. in d.q. 58. nu.55.in fine.

19 Ac etiam ſufficeret in homicidio cōmiſſo a matre in perſonam mariti,cum in ea nō militēt ratio reuerentiæ,prout in patre Iul.Clar.§.fin.q.58.n.31. Bonacoſſ.comm.opin.crim. in litera P. in verb.Pax vxoricidę.lib.1.Petr.Caball. d.caſ.58. nu.12.

20 Si verò mater fuerit occiſa non a marito,ſed ab extraneo,tunc ſufficeret habere pacem a patre tantum, vel a marito tantum, vt dixit Catald. in Tract. de ſindicat.quæſt.128. ſed Vulpell.in tract. de pace, in d.q. 24. nu. 1. dicit quod Catal. in loco allegato loquitur ex ſuo marte tantum;& ob id ipſe Vulpell. putat pacem copulatiue ab omnibus requiri propter vnitatem perſonarum,& maximam offenſam,quæ patri, marito,& filijs irrogatur;in cuius ſententi am libenter pertranſeo, cum magis fere afficiatur maritus, quam pater; quia maritus vna caro cum vxore cenſetur. 31.q.2.de neptis.27.q.2.Agathoſa in fin.ead.q. ſunt qui dicunt, & c.nullum.late Luc.de Penn.in.l.vnica. nu.50.C.de publ.lętit.lib.12.

21 Secundo limità, & intellige principaliter quod proximiorum conſanguineorū appellatione non veniant alumni;ſed quæſtio ſit intelligenda de coniunctis,& conſanguineis propriè,& naturaliter, non autem ciuiliter, & impropriè,vt poſt Plac.de delict.cap.42. nu.6. ſeqq. animaduertit Farinacc. in d.q.14.nu. 49.

22 Tertio limita, & intellige, vt pax, ſeu remiſſio quando eſt habenda a deſcendentibus,ſiue aſcendentibus,intelligatur vſq. in infinitum,& quando eſt habenda a Collateralibus vſq. ad 10. gradum, & proximiores præferantur remotioribus.Plac. Epith.delict.lib. 1. cap.39.nu.13. vbi alios concordantes allegat; ſed ſub verſ. Cęterum dixit, quod

quod aliqui existimant huiusmodi munus faciendi pacem regulari a munere accusandi prosequendi suam, vel suorum iniuriam. Idem Petr. a Plac. Epit.delict.cap.40.nu.2.& cap.45.nu. 2.Idem dicit,quod ascendentibus, & descendentibus competat vsq. in infinitum,& regulatur ius faciendi pacem a iure accusandi Farinacc.d.quæst.13. nu.2.in fin. & nu.3. & hij sunt de Iure Cæsareo vsq. ad 7. gradum, vt post Nunc. Tartal. ad Pragm. incip. Nelli anni passati par.2.nu. 18.seq.sub titulo de composit.in lib.Commen.Diuers. super pragm. Baiard.in d.q.58.nu.23. sed Gomez.titulo de delict.cap. 1. nu. 34.refert tres opiniones,vt quis prosequatur suam,vel suorum iniuriam vsq. ad decimum gradum, iuxta Doctores relatos per Petr.a Plac.d. cap. 39. nu. 13. secunda sit vsq. ad 7. gradum,in qua Plac. residet; Tertia vsq. ad sextum gradum, cum qua vltima opinione Gomez transit, & illam sequitur Farinacc. q. 73. nu. vbi se refert ad ea,quæ dixit in quæst.duodecima nu. 58.

23 Quarto limita,quo ad patrē,vt non possit iniuriam filij remittere, quando fuisset illata a persona coniuncta. Iul. Clar. §. final. quæst. 58. nu. 21. vers. hanc tamen conclusionem, vbi de communi Ioseph. Ludou. commun. opinion. lib. 1. conclus. 41. limit. 1. Clem. de patr.potest. effectu 8.num.6. vers. limita 2. vbi concordantes allegat, & testatur de communi: & reddit rationem quia iniuria facta a coniuncta persona grauior reputatur, quā facta ab extraneis Farinacc. d. quæst. 24. numer. 39. vbi de communi. Marsil. in Tract. Bannit. in verb. pace numer. 41. vers. item etiam Cardinal. Tusch. in dict. conclus. 174. num.26. vbi de communi Feret. tit. de ferijs nu. 200.in fine.

25 Quinto limita, & intellige in filio existente in patria potestate. ideò non potest pater remittere iniuriam factam filio, qui non fuerit sub eis patria potestate. Iul.Clar.d.quęst.58.numer. 21. in fin. & ibi Hier. Giacar.in litera D. vbi allegat Crauett.cons. 45.nu.8. Clem.d.effect.8.num. 1. vers. & adde quod Farinacc.d.quæst. 24. num. 40.

24 sequen. vbi infert† quod mater, quæ non habet filios in potestate, minime potest pro eis pacem facere. Iosephus Ludou. d. conclus. 41. in vlt. limit. Cardinal. Tusch. in d. conclus. 174. numero vigesimo septimo. Et ideò sufficit habere pacem a filio emancipato sine patris interuentu Iul. Clar. d. quæst. 58. numer. 21. in fin.& ibi Adden.in d.littera D. & Baiard.num.34. in fin.

27 Sexto limita,quando pater esset turpis,vel vilis persona, & filius honesta. Farinacc.d.quęst.14. nu. 42. vbi concordantes allegat. Ioseph.Ludoui. d. conclus. 41.lim. 2. Clement. d.effectu 8. numer. 5. Vulpell. in tract. de pace quæst.8.num.1.& 2. Marsil. de Bannit. in verb.pace nu.41.Baiard.q. 58. nu. 30.& ibi Hier.Giachar.in litera C.Iul. Feret. tit. de ferijs. numer. 200. in fine.

28 Septimo limita in patre furioso, qui non potest iniuriam illatam filio remittere. Tiraquell. de legib.connub.glosſ 8.nu.34.Bero.in q.75. nu. 3. & nu. 5. Farinacc.d.q.14.nu.43.Clemen.d.effect.8.nu.9.in fine.in tract. de patr. potest.

Imò isto casu nec etiam pater furiosus possit per Curatorē remittere iniuriam filio factam. Bero. d. quęst. 75. num.5.Ioseph.Ludou. d. concl.41. limit.3.Farinacc.d.q.24.nu.43. in fin. Baiard.ad Iul.Clar.§.fin.quæst.58.sub nu.30.

29 Octauo limita quando non interuenerunt vulnera, vel cædes tunc solet approbari remissio a patre sine filio facta,alias requiritur cōsensus vtriusque Iul. Clar. ità testatur de consuetud.

in §.fin.q.58.n.21.vers.& re vera, late Farinacc. in d. quæst.14.n.37. vbi post Vulpell. in Tract. de pace in q.8.& 9. tandem distinguit, vt pater quoad dimissionem rancoris, & odij (ipso filio inuito) pacem facere nō possit, respectu autem exercitij, actionis, vel accusationis in leuibus puta in his, quæ descendunt ex Edicto prætoris, vt iniurijs, & similibus possit, secus in atrocibus, quia requiritur consensus vtriusq. Card. Tusch. d. concl. 174. nu. 35.

30 Sexto limita in iniuria violati thori, quæ cum adhæreat personæ filij pater non potest illam remittere absq. consensu filij. Roman. sing. 93. Tu habes. Marsil. sing. 573. grauior est Plac. Epith. delict. cap. 6. nu. 22. vers. alius etiam subijcitur casus, qui concordantes allegat. Boer. decis. 338. nu. 12. Ioseph. Ludou. d. conclus. 41. lim. 4. Farinacc. d. quæst. 14. num. 44. vbi de communi. Moron. de treug. & pac. quæst. 135. num. 11. vbi alios allegat Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 58. nu. 31.

31 Septimo limita in patre absente, qui non potest facere pacem pro iniuria facta filio. Plac. d. cap. 6. num. 22. vers. Quartus subijcitur casus, vbi alios concordantes allegat, quos refert etiā Farinacc. in d. conclus. 14. num. 45. Vulpell. in Tract. de pac. quæst. 8. nu. 2. vers. si præsens est, Baiard. ad Iul. Clar. §. final. quæst. 58. sub num. 3. vers. & similiter. Et Hieron. Giachar. in litera C.

32 Octauo limita, & intellige generaliter, quod licet pater pacem facere possit pro filio; tamen talis pax habita a patre non prodest delinquenti in casu statuti minuentis pœnam propter pacem habitam ab offenso, quādo statutum loquitur non in rem, sed in personam: quia licet iuris fictione persona patris, & filij vna, & eadem censeatur, tamen re vera alia est persona patris, alia persona filij, & statuta verificentur in casu vero, & non ficto, vt post Petrin. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 59. tenet Farinacc. in d. quęst. 14. num. 46. a qua opinione ipse ibi testatur quod non dissentit Vulpel. in tract. de pace in d. q. 8. sub n. 2. & sub nu. 5. in fin. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 134. n. 2. & 4. dicit quod pater dicitur ficte, & non vere offensus per iniuriam factam filijs.

33 Nono limita, & intellige procedere de iure antiquo, secus de Iure C. per l. 1. C. de bon. matern. cum ista causa faciendi pacem censeatur aduentitia, in qua pater filio pręiudicare non potest, vt tenet Pinell. & Ias. in locis relatis p Clement. in d. effectu 8. nu. 7. vers. limi-
34 ta 3. vbi tamen subdit † contrariam opinionem veriorem esse, cum pater videatur magis iniuriam pati, quā filius, & iniuria facta filio censeatur facta patri, & quod in actione iniuriarum non habeatur consideratio ad rem, sed ad personam, & ideò cessare regulam d. l. 1. C. de bon. mater.

35 Decimo limita, & intellige quod huiusmodi remissio facta a patre p iniuria facta filio nō pręiudicat Fisco quin non procedatur contra delinquentem, cum iam per delictum sit ius Fisco acquisitū: quod non potest ei auferri per tertium, & Reipublicæ etiam intersit delicta non remanere impunita: & post alios, & in specie post Grammat. itá intrepide tenet Ascan. Clem. Effect. 8. numero decimo quinto. cum plur. seqq.

Sed tantum Fisco erit pręiudicium; quia filius iniuriatus, vel offensus non poterit accusare: & ideò Iudex non poterit habere auxilium ab ipso filio in reperiendo delictum; sed aliunde accusationem, & probationes Iudex nitatur habere, & si nihil inuenerit, delatus de iniuria absoluatur, vt declarat idem Clemen. in effect. 8. num. 19.

Vn-

36 Vndecimo limita,& intellige quòd licet supradictum fuerit,quod de Iure communi pater possit inuito filio pacẽ facere de iniuria ei illata,& promittere factum filij : tamen ante ratificationem factam per filios,quæ omnino requiritur, vt late post alios, quos allegat,firmat Moron.in Tract.de Treug. & pac.q.*135*.nu.2.si filij fregerint pacem factam a patre, non dicuntur fractores,neq. proditores pacis, licet aduersus patrem, qui pro filiis promisit conuentionalis pœna cõmittatur. Moron.dict.q.*135*.num.*12*. expræsse sentit Vulpel.in d.quęst.8.& melius q.9. Bombin.consl.59.per totum.Baiard. in d.q.58.nu.34. Vulpell. in eod. Tract. de pace q.*61*.nu.2.q.80.nu. *1*. Rimin. Iun.consl.134.num. 21.tom.*1*.crim.Diuers. Cardin. Tusch. tom. *6*. in verb. Pax,concl.184.n.1.vbi de magis communi.

37 Duodecimo limita, vt pater de morte filij spurij pacem facere non possit Vulpell.in Tract.de Pac.q.17.&late Iodoch.in pract.crim.cap.145.num. 12.circa finem.

Quæst. XIII.

Pax a filijs de morte patris habenda est.

SVMMARIVM.

1 *Pacem facere spectat ad filios legitimos, & naturales.*

2 *Item ad nepotes.*

3 *Item ad ascendentes,& descendentes in infinitum.*

4 *Item si ab hereditate paterna se abstinuerint, & quid seruetur in practica.*

5 *Pax de nece Monaci ad filios spectat.*

6 *Alij autem tenent spectare ad Monasterium.*

7 *Declara,vt ibi.*

8 *Pax Monaci occisi ante professionem spectat ad filios, & non ad Monasterium.*

9 *Filij si velint facere pacem, & Monasterium deneget,filij preferuntur,& è contra.*

10 *Pax si Monachus non habeat filios est habenda copulatiue ab ipso monacho, & Abbate Monasterij.*

11 *Pax pro iniuria facta Clerico est habenda ab Episcopo cum consensu Capituli.*

12 *Pecunia proueniens ex remissione facta Monaco applicatur Monasterio.*

13 *Pax pro iniuria facta Monacho ante ingressum Religionis,vel eius patri,est habenda a filijs interfecti, vel offensi.*

14 *Pax pro iniuria illata Moniali est habenda a Summo Pontifice, & a Monialis consanguines.*

15 *Pax adeò spectat ad filios interfecti,vt sit habenda etiam a filia fœmina.*

16 *Contrariam opinionem,vt sufficiat habere pacem a masculis.*

17 *Distingue,vt ibi nu.19.20.21.22.*

18 *Mulierum ingenium facile est ad vindictam.*

23 *Filij legitimi,& naturales faciunt pacem pro nece patris, exclusis filijs naturalibus tantum.*

24 *Filij naturales,qui sunt nati ex solutis cæteris alijs consanguineis in accusando,& pacem faciendo præferuntur.*

25 *Præterquam si adessent filij legitimi,& naturales.*

26 *Filij naturales legitimati, non existentibus filijs legitimis, & naturalibus, faciunt pacem pro morte patris.*

27 *Filij spurij,& adulterini sicut non possunt accusare super nece patris, nec etiam facere possunt pacem.*

28 *Pater nec etiam pacem facit de nece filij spurij.*

29 *Filius natus ex damnato coitu potest, & accusare,& pacem facere de morte matris.*

30 *Contrarium in aliquibus locis seruatur de consuetudine.*

31 *Filij illegitimi tunc admittuntur in aliquibus casibus quando deficiunt filij legitimi, & naturales.*

32 *Filij naturales agnoscentes certum patrem possunt de illius nece accusare, & pacem facere.*

33 *Pax est habenda a filio exhæredato, vel emancipato de morte patris.*

34 *Pax est habenda a filio adoptiuo de morte patris adoptantis, dummodo transiuerit potestatem illius.*

35 *Item quando patri adoptanti succederent.*

36 *Filij minores non possunt facere pacem de morte patris sine authoritate Tutoris.*

37 *Autor pro filio posthumo non potest facere pacem de morte patris posthumi.*

38 *Filij facientes pacem pro nece patris nō dicuntur adire hæreditatem, maximè si aliquid acceperint pro dicta pace inienda: & quid seruandum sit ad tollendas omnes disputationes.*

1 CVM filij legitimi, & naturales sint patri proximiores, ad eos spectat remittere iniuriam, ac pacem delinquenti dare Petr. a Plac. Epithom. Delict. lib. 1. ca. 40. num. 2. in fine, & latius capit. 45. nu. 2. Farinacc. in tit. de accusat. quæst. 13. nu. 3.

2 Primò amplia, vt idem sit in nepotibus Petr. a Plac. d. c. 45. n. 2. Farinac. d. q. 13. nu. 4.

3 Secūdo amplia, vt procedat in ascēdentibus, & descendentibus omnibus vsq. in infinitum, Petr. a Plach. in d. cap. 45. nu. 2. in fine Farinac. d. q. 13. n. 3. in fine, & post Nūc. Tartal. ad Pragm. incip. nell'anni passati par. 2. num. 18. seq. sub titulo de composit. in lib. comment. Diuer. Baiard. ad. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 23. & late dixi supra in quęst. 11. in 3. limit.

4 Tertio amplia, vt ad filios spectet facere pacem etiam si se abstinuerint ab hæreditate paterna, & statuto caueatur quod homicida ad patriam restitui nequeat, nisi prius ab hæredibus occisi pacem habuerit, vt per Bar. in l. si filius §. qui patti nu. 8. ff. de vulg. & pupillar. substitut. quem Doct. communiter sequuntur, vt testatur Vulpell. in Tract. de pace quęst. 11. nu. 5. seq. Deci. in cap. in præsentia num. 63. de probat. Boer. decis. 121. nu. 4. in fine Hyppol. Riminal. in l. qui se patris nu. 82. C. vnd. liber. Farinac. q. 14. nu. 19. vbi de communi, & concordantes allegat Iul. Feret. tit. de ferijs. nu. 66. vbi dicit quod in filijs repudiantibus hæreditatem, pax non est quid hæreditarium, secus in hæredibus extraneis est, quid hæreditarium, ea potissimum ratione, quia ex subiecta materia statutum de hęrede sanguinis, & non honorum interpretatur; quia licet filius non sit hęres in effectu, habet tamen ius vindictę, & agnationis inseparabile, cum sit portio paterni corporis l. cū fumus §. fi. C. de agric. & censit. lib. 11. & sit vna ca..ro cum patre cap. hac auctoritate 35. distinct. & latius prosequitur Vulpell. d. q. 11. n. 2, 3. 4. & eamdem opinionem videtur tenere Iul. Clar. in d. q. 58. nu. 31. vbi concordantes allegat, & testatur de communi. Farinacc. tit. de accusat. q. 13. nu. 5. & latius q. 14. nu. 20. & ibi de communi, & concordantes adducit. Deci. respon. 38. nu. 16. vers. ad quę vol. 1. Mars. in tract. Bannit. in verb. Pace nu. 5.

Qui tamen Vulpell. in eadem q. 11. n. 5. seqq. adducit Nell. in tract. de Bannit. 3. par. 2. temp. q. 35. & Alciat. in l. si filius ff. de vulg. & pupill. qui licet fateatur casum esse dubium; tamen ex communi reputatione per illud verbum, hæres, intelligi debeat de vniuersali successore l. sciendum de verb. signifi. & tandem Vulpell. reiecta opinione Alciati, & aliorum testatur

non

non esse recedendum a supradicta cõmuni opinione, quę est fundata ne scandala oriantur per remissionem Banniti, quæ de facili oriri possent, si animi filiorum non essent pacati; & eamdem rationem dicit considerasse Ias. in l. cum filio familias nu. 100. de leg. primo, & eamdem opinionem, vti communem sequitur Farinacc. in d. quæst. 14. n. 20. vers. & licet contrarium. Quæ opinio communis sequenda erit, si filij, qui hæreditatem recusarunt essent armigeri, & non quieti, & ostenderent reduxisse ad eorum animum necem patris; licet forsan dicendum esset si dicti filij non essent tales: quia tunc cessaret ratio per Doct. cõsiderata de timore futuri scandali: Sed Senatus Mediolani solet obseruare, vt pax habeatur ab hęrede sanguinis, & a filio se abstinente ab hęreditate, & ab hęrede bonorũ, vbi de dicto hęrede bonorum appareat, vt refert. Iul. Clar. §. final. q. 58. nu. 31. vers. ego verò Card. Tusch. d. concl. 174. nu. 42. seq. sed vbi non appareret de hærede bonorum tempore pacis, pax habita a filio valebit: Sed Senatus Mediolani solet apponere in approbatione gratię quod si aliquando appareret de hærede bonorum, ab eo etiam sit habenda pax, vel remissio in termino duorum mensium, alias gratia sit nulla; vt testatur idem Iul. Clar. d. §. final. quæst. 58. numero 31. in fine.

5 Quarto amplia vt procedat etiam si filij patrem monachum professum haberent, qui fuisset interfectus, vt ad suos filios spectet facere pacem secundum aliquos. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 24. consuluit Feder. de sen. cons. 174. Boer. decis. 121. numer. 9. vbi firmat hanc opinionem magis communem Petr. a Plach. Epithom. delict. cap. 6. n. 18. & cap. 42. nu. 16. Carauit. rit. 275. circa finem.

6 Alij autem tenuerunt remissionem spectare ad monasterium, & non ad filios, vt de magis communi testatur. Alciat. in l. 4. §. Cato. 175 ff. de verb. oblig. vt refert Iul. Clar. in quæst. 58. numer. 24. & Cardin. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 174. num. 36. sequen.

7 Qui Iul. Clar. in eadem q. 58. num. 24. vers. ego verò, distinguit, Aut constat iniuriam factã fuisse monacho intuitu monasterij, & tunc spectet ad ipsũ monasterium: Aut constat fuisse factam intuitu personæ ipsius monaci, & tunc filij sunt præferendi, Aut sumus in dubio, & tunc spectet ad vtrumq. & subdit quod in omnem casum tutius erit ab vtroq. remissionem habere, & cessabit omnis difficultas, & quod ità in contingentia facti per Parlamentum Burdegalense fuerit resolutum, quam distinctionem Iul. Clar. refert. Cardin. Tusc. in d. concl. 174. nu. 34. & de ead. distinct. Clari mentionem facit. Vulpell. in tract. dę pace, in q. 13. n. 1. & cũ Iul. Clar. distinct. prius transit Carauit. tit. 275. nu. 34. & Farinac. titulo de accusat. quęst. 13. num. 26. sub vers. si verò. Qui Vulpell. tradit aliam distinctionem, quæ est, aut agitur de pœna applicanda hæredibus occisi, & si monasterium sit capax, & tunc monasterium admittatur, aut agitur de pace ab hęredibus obtinenda ob quietem publicam, & tunc indistinctè, nulla habita ratione de Iul. Clar. distinctione semper spectet ius faciendi pacem ad filios, & ibi reddit bonam rationem, cuius opinio mihi multum placet, cum arma monasterij lachrimæ, & orationes esse debeant, & non vindicta, & cum eadem Vulpell. distinct. per transit Farinacc. d. q. 13. num. 26. vers. sed certè.

8 Sed in omnem casum quando monachus occisus non fuisset professus, tunc filij admittuntur ad pacem, & non monasteriũ. Iul. Cla. d. §. fin. q. 58. n. 24. in fine, vbi testatur ità fuisse decisũ ꝑ Senatũ Mediolani, quam decisionẽ refert

 Card.

Card. Tusch. in d. concl. 174. num. 40.

9 Si verò filij facere vellent pacem, & Monasterium denegaret, tunc fauore pacis præferantur filij, & è contra, si Monasterium pacem dare vellet, & filij recusarent, fauore pacis Monasterium præfertur, vt post Bero. in cap. in præsentia n. 474. de probat. firmat Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. d. quęst. 58. num. 38.

10 Sed si Monachus offensus non haberet filios, tunc pax erit habenda ab ipso Monacho, & illius Abbate, nec vnus sine altero pacem facere poterit; quia licet Monachus quoad mundū sit mortuus cap. cum dicatis 12. q. 1. gloss. in cap. Religiosus, vers. non habet de testam. in 6. tamen iure naturali reputatur viuus; ideò simul cū monacho Abbas iniuriam remittere poterit; & eodē modo Monachus solus illam facere nequit, cum non possit pro iniuria sibi illata agere, sed pro eo agat Abbas, post Bal. in rubr. de treug. & pac. n. 1. Io: de Arn. Comment. 190. Carauitt. tit. 175. nu. 27. seqq. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. d. q. 58. nu. 38. in fine.

11 Sed quia etiam per iniuriam factam Monacho, vel Clerico dicitur etiam iniuria facta Monasterio, vel Ecclesiæ; ideò pax erit habenda ab Episcopo, vel Abbate cū consensu Capituli, Bal. in l. preces nu. 11. vers. 7. quæro C. de Transact. Alex. in l. Curatoris circa finem C. de pact. Mars. in Tract. Bannit. in verb. pace num. 42. late Farinacc. q. 13. nu. 26. vbi alios allegat, & testatur de communi Carauit. d. tit. 175. n. 31. seq. vbi subdit quod isto casu sufficeret pax absq. alio consensu Monachi.

12 Ex quibus sequitur, quod pecunia prouenienda ex remissione iniurię illatæ Monacho, applicabitur Monasterio, & non patri eiusdem Monachi, si illum haberet. Roman. singul. 456. Deci. in cap. in pręsenti nu. 57. de probat. Perr. a Plach. Epitom. delict. lib. 7. cap. 6. nu. 18. Carauit. d. tit. 175. n. 33. vbi refert quod licet Boer. in decis. 121. nu. 9. aliter teneat, & asserat suam opinionem esse communem tamen prima opinio sibi magis placet.

13 Si verò iniuria inferatur ante ingressum Religionis, de nece parris Monachi, vel iniuria eidem monacho facta ante dictum ingressum, nec monachus, nec monasterium poterunt facere pacem. Monachus non potest, quia pro mortuo habetur, monasterium non potest, quia isto casu ipsi iniuria illata nō fuit, & ideò tale ius remittendi iniuriam remanebit penes filios offensi, & interfecti, vt bene declarat Boss. in tit. de Pace nu. 24. seq. vbi tamen subdit, quod deficientibus filijs monachi offensi, ius faciendi pacem transfertur in monasterium etiam quod iniuria fuerit illata ante ingressum monasterij, & idem sequitur Farinacc. in d. quæst. 13. nu. 26. vers. vnum tamen.

14 Pro Moniali autem rapta remissio est habenda a Summo Pontifice & a consanguineis monialis, suam, vel suorum iniuriam prosequentibus quando monialis fuisset professa, secus si non fecerit professionem; quia tunc non requiritur remissio Papæ. Boss. in tit. de pace nu. 27. Baiard. d. q. 58. nu. 40. & late dixi supra in q. 9. in 8. limit.

15 Quinto amplia, vt in tantum sit habenda pax a filijs, vt procedat etia m si cum masculis filijs adessent filiæ fœminæ, adhuc ab eis obtinēda erit. Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 65. Petr. a Plac. Epithom. delict. c. 46. nu. 11. cum ius vendicandi irā competat fœminis, sicut masculis l. Sororem C. de his qui bus, vt indign. Boss. in tit. de Pace nu. 8. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 34. vers. sed contrarium, vbi de communi, & quod ibi ita seruatur.

16 Contrariam sententiam tenent, vt sufficiat habere pacem a masculo. Bal. in cap. 1. §. quia num. 14. qui feud. dar. poss. Deci. in cap. in præsentia nu. 63. de probat. cum alijs congestis per Tiraquell. in q. 1. l. connubij. n. 58.

&

& cum alijs allegatis per Vulpell. in Tract. de pace quęst. 14. nu. 12. Marsil. in Tract. Bannit. in verb. pace n. 43. vbi dicit quod ità habuit in facto, & est Gloss. singularis in cap. primo hoc autem de his, qui feud. dar. poss. late post alios, quos allegat Riminal. Iun. cons. 307. nu. 12. lib. 3. vbi subdit quod licet aliqui Doctores contradicant; tamen opinio glossę procedit sine dubio de iure Longobardorum, & sic verificari in Prouincia Lombardię. Decian. resp. 35. nu. 1. vol. 1. vbi de veriori opinione, quod sufficiat habere pacem ab hæredibus, vel filijs masculis, & in statuto requirente pacem non compræhendātur fœminæ; dummodo fœmina non fuerit hęres sola instituta.

17 Vulpell. autem in Tract. de Pace q. 14. nu. 3. transit cum hac distinctione, Si fœmina est hæres instituta cum masculo, vel aliter est consanguinea occisi, & tunc ab ipsa etiā est obtinenda pax: cum licet proprijs manibus fœminæ vindictam facere nequeant, tamen videntes homicidam restitutum ad patriam, sanguinis ardore, atq. ira percitæ alios consanguineos masculos ad vindictam excitare solent, vel mediante pecunia, vel veneno ad vindictam

18 concurrunt teste Plin. Nat. histor. lib. 25. cap. 2. & facile sit ingenium mulierum ad vindictam. Crauett. cons. 99. nu. 6. post. Alex. in cons. 99. nu. 4. vol. 1. Bursatt. cons. 134. n. 36. vol. 2. Mascar. de probat. concl. 85. nu. 12.

19 Aut fœmina, quæ est hæres Instituta cum masculis non est consanguinea interfecti, & tunc sufficiat, vt a masculo solo pax obtineatur, vt per Vulpell. in d. quęst. 14. nu. 3. quę distinctio mihi multum placet, & illam approbare videtur, Baiard. q. 58. nu. 60. licet turbida reddi possit, quando Statutum requirit pacem ab hæredibus, cum ius vindictę tunc efficiatur hęreditarium. Doct. in l. 4. §. cato ff. de verb. obligat. & pręcipue Rip. num. 102. Decian. respon. 38. num. 14. vol. 1.

20 Si verò filia fœmina non esset hæres instituta: sed tantummodo ei fuisset relictum legatum, ab ea non requiritur pax, sed ab hæredibus Testamentarijs, Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 34. in fine, vbi testatur ità fuisse per Senatum decisum quando hęredes testamentarij essent etiā hęredes sanguinis. Car. Tusch. tom. 6. in verb. Pax concl. 175. nu. 30.

21 Ac etiam quando filia fœmina esset exclusa a successione per statutū, quia non requiritur pax ab ea Iul. Clar. §. fin. d. q. 58. nu. 34. vers. bene verum est, vbi testatur bis per Senatum resolutum fuisse, Card. Tusch. d. concl. 175. nu. 30.

22 Baiard. autem in d. q. 58. nu. 62. dicit forsan esse contrarium tenendum, cum iura sanguinis Statuto minime tolli possint. l. Iura sanguinis de regul. Iur. & quia ius faciendi pacem non est hæreditariam, & allegat Bart. in l. damni §. Sabini n. 2. ff. de damn. infect. Bonacoss. comm. opin. crim. par. 1. in verb. stante statuto quod occidatur, & lati us dicam infra in q. 15. de Pace obtinenda a foeminis.

23 Sexto amplia principaliter, vt filij legitimi, & naturales pręferantur in accusando, ac in faciendo pacem pro nece patris quibuscunq. alijs filijs naturalibus, cum duo vincula magis stringant, quam vnum. l. re coniuncti vers. præfertur, & ibi Ias. nu. 17. ff. de leg. 3. Petr. Bell. in Tract. de re milit. in loco relato per Farinacc. in quæst. 13. sub nu. 69. vers. primo, quod, vbi firmat hoc esse verissimum, & idem voluit Vulpel. in tract. de Pac. q. 16. sub num. 4. vers. dum modò legitimi.

24 Septimo amplia, vt filij naturales, qui certum patrem agnoscunt, & sunt nati ex parentibus, inter quos, & tempore conceptionis, & tempore Natiuitatis poterat contrahi matrimoniū, sicut possunt super nece patris, accusare,

sare,& cœteris alijs consanguineis in accusando præferuntur, secundum receptissimam communem opinionem attestatam a Petr.a Plac.lib.7.cap.41. nu.5.seqq.vbi late hanc conclusionem comprobat, prout refert, & sequitur Iul.Clar.§.fin.quæst.14.vers.quæro an filij illegitimi, & antè istos Petr. Bell. in tract.de re milit.fol. 139.nu.64.vbi de cōi.Farin.in d.q.13.n.68. vbi etiā de receptissima opinione; & etiam poterunt super morte patris facere pacem, cum pax, & accusatio in ista materia in Iure æquiparētur Ant.Gomez. tit.de delict.cap.3.nu. 61.seqq.Petr.a Plach.in Epithom.delict.lib.1.cap.39. seqq.Iul.Clar.§.fin.q.58.vers.scias autem Farinacc.d.q. 13.nu.1.in princ.& nu. 69. in princ. & in terminis quod a filijs naturalibus de morte patris Marsil.in tract.Bannit.in verb.pace nu.50. & loquitur etiam a filijs eorum,& suffragetur condemnato etiam in casu,in quo perstatutum disponitur,quod pax habeatur a filijs, & ibi concordantes allegant,& post Fulg.in cons.199.Vulpell. in tract. de Pace quæst. 16. sub nu.4.

Et licet Petr. de re milit. pag. 139. nu. 64. referat quod si filij naturales non sint hæredes, & adsint defuncti consanguinei multum honesti valde dubitat an dictis cōsanguineis faciendo pacē naturales præferantur,sed potius credit,saluo lectoris iudicio,vt naturales filij præferātur cōsanguineis in accusando,nō tamē in faciēdo pacem: ꝙ si verū esset,destrueretur totaliter dicta supra firmata conclusio, cum pax, & accusatio in iure æquiparentur: & ideo sicut præferuntur alijs consanguineis in accusando, vt fatetur ibi idem Petr. pariter etiam sint præferendi in faciendo pacem prout idem sentit Farinacc.in d.quæst.13.sub nu. 69. vers. secundo dicit.

25 Quam ampliationem intellige esse veram non existentibus alijs filijs naturalibus,& legitimis in simul, vt præferantur omnibus alijs consanguineis, sed non dictis filijs legitimis, & naturalibus,vt late Nunc.Tartal. in Comment.Pragm. incip. Nelli anni passati nu.22.seqq.de composit.Baiard.in d. q.58. nu. 24.

26 Octauo amplia, vt sit etiam habenda pax a filijs naturalibus legitimatis, non existentibus alijs filijs legitimis, & naturalibus, vt late per Nunc.Tartal.in loco supra citato nu.22.seqq.Baiard.in d.q.58. nu. 24.

27 Nono amplia principaliter, vt [illegible] filij spurij adulterini incestuosi nati vel ex personis, cum quibus non poterat esse matrimonium, vel nati ex damnato coitu,in omnibus casibus,in quibus nō possunt accusare super morte patris, nec etiam super ea poterunt facere pacem,vt audacter firmat Farinacc. in d.quęst.13. nu. 61. cum plur. sequen. & præcipue sub nu.69. in fine & sub numero 70. cum plurib. seqq. respondet ad contraria, quæ per Doctores contra filios illegitimos adducebantur ad illos excludendum ne ius faciendi pacem eis competeret; vide Nouell. in pract.crim.cap.fin. num. 97.

Cum certa sit conclusio, quod filio spurio,vel illegitimo non detur ius pacem iniendi,Iul.Clar.§.fin.q.58.nu. 25.vbi testatur ità fuisse per Senatum Mediolani resolutum. Plac.Epithom. delict.lib.7.c. 11.fere per tot. & præcipue sub nu.47.seqq.Herculan. de caut.de non offend.cap.32.nu.7. Vulpell.in tract.de Pace q. 16.nu.1.seqq. Baiard. ad Iul.Clar.in d.quęst.58.nu. 142.Iodoch.in Pract. crim. cap. 145. num. 12. in fine Card. Tusch. tom.6. in verb. pax concl. 174.num. 40. Iul. Feret. tit. de ferijs. num. 113. circa finem.

28 Et è contra pater non facit pacem de morte filij spurij, & illegitimi. Iodoch.in d.pract.crim.cap.146.nu. 12.

Mar-

Marsil. in Tract. de Bannit. in verb. Pace nu. 50. vers. attamen. Baiard. in d. q. 58. nu. 42. circa finem, Vulpel. in tract. de Pace q. 17.

Ideò in omnibus casibus, in quibus filij spurij accusare non possunt super morte patris, successiue nec etiam facere possunt pacem filij legitimi, & naturales spuriorum, cum non admittantur ad accusandum super morte Aui, Felin. in cap. nonnulli §. sunt, & alij num. 56. de rescript. Petr. a Plach. d. cap. 41. nu. 27. Farinacc. d. quæst. 13. num. 64. & adducitur viua ratio: quia si filij spurij non admittuntur ad accusandũ super nece eorum patris; quia illum non agnoscunt, nec certũ habent; multo minus debent admitti nepotes, cum ipsi multo minus agnoscere possint eorum Auum.

29 Primo sub amplia istam nonam ampliationem procedere in filio ex damnato coitu nato super morte matris ꝙ possit, & accusare, & pacem facere de iure communi, cũ illa certa semper sit; vt post Petr. Bell. in tract. de re mili. fol. 139. nu. 64. testatur Iul. Clar. in d. q. 58. nu. 25. circa finem, vbi de communi, & eamdem opinionem vti communem, & veriorem sequitur Farinacc. in d. q. 13. nu. 67. Vulpell. in tract. de pace q. 16. nu. 4. vers. sed hoc matre.

30 Quæ communis opinio de consuetudine in aliquibus locis attenditur vt filii illegitimi non admittantur ad pacem nec etiam pro nece matris; vt de obseruantia Mediolani testatur Iul. Clar. in d. §. fin. q. 58. nu. 25. in fi. & de eadem obseruãtia Mediolani mentionem facit Farinacc. in d. q. 13. nu. 74. & de consuetudine Flandriæ testatur Iodoch. in d. pract. crim. cap. 146. num. 13. 14.

31 Secundo subamplia, & intellige, vt filii illegitimi admittantur in casibus, de quibus supra quando nõ adsunt alii filii legitimi; & naturales, secus ipsis existentibus; quia duo vincula vincũt vnum, vt dixi supra de filio naturali in ampliatione 6. & de his spuriis loquitur Vulpell. in Tract. de pac. quæst. 16. per tot. vide Iul. Feret. tit. de ferijs nu. 113.

32 Filii autem illegitimi, & ex damnato coitu nati accusare non possunt de morte patris, quando patrem certum nõ habent, vel si illũ certũ habeant prę infamia nominare non audent, & tunc certum est, quod isti non possunt super nece eorum parentum accusare, cum quos parentes habeant; nesciat; vt late post alios, quos allegat firmat Farinacc. in d. q. 13. n. 61. 62. seqq. vbi testatur de communi, & exemplificat in filio nato ex publica meretrice, qui patrem ignorat, & in filiis adulterinis, vel incestuosis, & ex damnato coitu natis ex parentibus, inter quos non poterat tempore conceptionis, & natiuitatis adesse, vel contrahi matrimonium.

Dummodo isti spurii, & ex damnato coitu nati agnoscant certum patrem; quia tunc ab eis erit habẽda pax, cum possint accusationem proponere de morte eorum parentum, vt de communi testatur Petr. Bell. de re mil. fol. 139. num. 64. & sequitur Iul. Clar. in q. 14. vers. quæro an filii illegitimi in fin. & q. 58. nu. 25. in fine, & eamdem opinionem vti rationabilem, & communem sequitur Farinacc. in d. q. 13. nu. 63. Rimin. Iun. cons. 442. nu. 19. seqq. vol. 4.

33 Decimo amplia in filio exhęredato, vel emancipato, a quo habẽda est pax; cum iura sanguinis per exhęredationem non tollantur. Tex. in l. fin. ff. vnd. legit. Nunc. in loco supra citato sub n. 22. seqq. Baiard. d. q. 58. sub. nu. 24. & nu. 56, Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 98. dicit, quod pax prodest pro statuto, si habeatur a filio non hærede, etiam si statutum dicat quod Pax habeatur ab hærede.

34 Vndecimo amplia, vt pax habenda sit a filiis adoptiuis quando transeunt

seunt in potestatem adoptantis: quod contingit quando arrogatur ab aliquo ex ascendentibus, cum propriè tunc dicatur suus filius, iuxta terminos l. cũ adopt. C. de adopt. & §. sed hodie Inst. eod. tit. secus, quando non transeunt in potestatẽ adoptantis, vt colligitur per ea, quæ late tradit Farinacc. in d. q. 13. nu. 37. seqq. & præcipue sub nu. 46. & expresse etiam tenuit Nunc. Tartal. in d. Pragm. Nelli anni passati nu. 17. & post eum Baiard. in d. q. 58. nu. 24. in princ.

35 Qui Farinacc. in d. quæst. 13. sub n. 46. post Petr. a Plach. cap. 40. num. 10. Epithom. Delict. posuit etiam alium casum, vt filij adoptiui possint accusare de nece patris, quãdo patri ab intestato successissent; & sic videtur per regulam generalem in ista materia supra firmatam, vt eis isto casu etiam competat ius faciendi pacem; vbi tamen Farinac. dicit in d. n. 42. in fine, quod isto casu ius eis competit accusandi, non vti filijs, sed vti hęredibus; & ideò non erunt præferendi alijs consanguineis.

36 Primo limita, & intellige principaliter totam istam quæstionem, vt non procedat in filijs minoribus, qui non possunt sine authoritate eorum Tutoris necem patris vendicare; in terminis ità limitat Farinacc. in d. q. 13. num. 47. nec poterũt per d. regulam generalem pacem facere, de qua limitatione dicam late in sequenti quęstione.

37 Secundo limita principaliter in filio posthumo, pro quo donec in vtero erit eius tutor non poterit pacem facere cum delinquentibus, vt post Ias. in l. pact. curat. C. de pact. late tenet Petr. a Plach. in Epithom. delict. cap. 42. nu. 1. seqq. ea ratione ductus, cum filius dum in vtero est, nec in terra, nec in rerum natura, nec homo, nec animal, nec hæres, nec in patris potestate, nec suus censeatur: merito Tutor eius nomine non poterit neq. accusare, neq. pacem facere, vt late prosequitur Farinacc. in d. q. 13. n. 48. 49. 50. vbi etiã respondet ad contraria. Iul. Feret. tit. de ferijs. nu. 56.

38 Filij autem faciendo pacem pro nece patris fuit dubitatũ si dicantur adire hęreditatem: communis opinio est, vt non dicantur ex hoc se facere hæredes, & velle adire hæreditatem, cum iure sanguinis possint pacem facere etiam si non sint hęredes bonorum, vt per Nell. in Tract. de Bannit. in 3. par. 2. temp. q. 36. qui refert Ant. de Padill. in l. transigere nu. 63. C. de transact. & Iul. Clar. §. fin. q. 58. n. 32. vbi de communi. Marsil. in tract. de Bannit. verb. pacem nu. 58.

Et eadem ratione poterunt filii pacem facere pro morte patris, & aliquid accipere absq. eo quod censeantur se facere hæredes; vt firmat Iul. Clar. d. §. fi. q. 58. sub n. 32. vers. ex quo enim. Qui Iul. Clar. in eadem q. 58. nu. 32. in fine dicit quod ad euitandas disputationes quotidie hęredes sanguinis impetrant dispensationes a Senatu, vt possint remissiones facere citra ius & nomen hæredis, & Senatus illas concedit; quę practica Mediolani est valde bona, & tuta ad liberandum paciscentes, ne se inuoluant in retijs creditorum, & eorum procuratorum.

Quæst. XIIII.

Pax a filijs in minori ætate constitutionis quandò haberi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Maior annis 18. potest per se ipsum facere pacem.*

2 *Minor 18. annis non potest facere pacem etiam cum authoritate tutoris, quando occisor esset certus, secus, si fuisset*

set in certus.

3 *Contrariam opinionem quod* Tutor *faciat pacem etiam si interfector fuisset incertus tenent Doct. ibi.*

4 *Pax facienda est per tutorem quando est vtilis pupillo, quia ipse sit pauper, & interfector potens, secus è contra.*

5 *Cõtrariam opinionem indistincte absq. alia causæ cognitione, tutor pro minore facere possit pacem, & dicatur pupillo semper vtilis tenent Doct.*

6 Tutor, *vel pupillus tenentur facere pacem sub pœna peccati mortalis.*

7 *Quæ contraria opinio magis procedit quando tutor, vel pupillus instituit accusationem contra interfectorem, & iam sequuta fuerit contra eum condemnatio.*

8 *Item magis procedit quando* Tutor *pro tali remissione recipit pecunias in commodum pupilli.*

9 Tutor *de consuetudine etiam indistincte tenetur pacem pro pupillo absq. alia causæ cognitione.*

10 Pax *facta pro minori per tutorem adeo tenet, vt minor aduersus eum non restituatur.*

11 *Quæ opinio magis procedit si in pacis Instrumento interuenerit Iuramentum.*

12 *Secus autem si ageretur quoad damna, & interesse, quia restitueretur in integrum. Declara tamen, vt ibi.*

13 *Minor cum authoritate tutoris pacem facit absq. alio decreto Iudicis.*

14 *Contrariam opinionem tenent Doct.*

15 *Authoris opinio, vt non requiratur decretum Iudicis per rationes per eum ibi allegatas.*

16 Pax *facta a minore cum* Tutoris *auctoritate non requirit alias solemnitates a statuto requisitas in contractibus minorum & maxime si pax esset iurata.*

17 *Limita quando statutum procederet an nullando instrumentum tanquam dolose factum; quia tũc iuramentum non supplet solemnitates statutarias.*

18 *Declara, vt ibi quando iuramentum censeretur dolo extortum.*

19 *Contrariam opinionem tenent Doct.*

20 *Item declara quando statutum vteretur verbis generalibus comprehendentibus contractus vltro, citroq. obligatorius, sed etiam ex vna parte tantum.*

21 *Contrariam opinionem tenent Doct.*

22 *Concordantur istæ contrariæ opiniones, vt ibi.*

23 Tutor *non solum masculus, sed etiam fœmina facit pacem pro pupillo.*

24 Tutrix *pacem pro minori faciens an debeat adhibere consensum propinquorum, stante statuto, quod mulier sine illorum consensu se obligare non possit.*

25 *Infans pacem facere non potest, nec etiam cum interuentu tutoris.*

26 *Maior infante cum auctoritate tutoris, vel Curatoris pacem facere potest, secus sine tali auctoritate.*

27 *Minor non potest alteri consentire, vt pacem faciat sine auctoritate tutoris, vel curatoris.*

28 *Minor pacem faciens medio iuramento sine auctoritate tutoris, vel Curatoris potest se obligare.*

29 *Quæ opinio procedit non solum in pubere, & adulto, sed etiam in impubere.*

30 *Minor etiam cum iuramento sine tutore pacem non facit.*

31 *Contrariam opinionem tenent magis communiter Doct.*

32 *Minor sine tutore cum auctoritate tamen Iudicis pacem facit.*

33 *Declara, vt ibi.*

34 *Authoris opinio circa prædicta.*

35 Tutor *solus pacem facit sine consensu minoris 14. annis.*

36 *Minor tenetur obseruare pacem factam ab ipso, vel eius tutore etiam postquam est effectus maior.*

37 *Nisi pax fuerit nulliter facta.*

38 *Minor rumpens pacem postquam fuerit effectus maior tenetur pœna rupta pacis.*

39 Si vero illam rumpat dum est in minori

nori ętate vt ibi latißime, vbi author refert plures opiniones.

40 *Minor impubes, & doli capax potest facere pacem cum authoritate sui* Tu*toris, mediante eius iuramento.*

41 *Quod procedit etiam stante statuto quod minor sine Iudicis decreto non possit contrahere.*

42 T*utor conficiens Inuentarium non potest facere pacem pro minori.*

43 *Contrariam opinionem tenent Doct.*

44 *Declara, vt ibi.*

45 P*ax, vt valeat facta per minorem sunt adhibenda omnia requisita ibi posita, per quæ tolluntur omnes disputationes.*

1 MINOR 25. annis, si tamen maior fuerit 18. annorum potest facere pacem, & dicitur habere legitimam personam ineundi pacem. l. hac ędita §. 1. in fine de pac. iuram. firman. Afflict. de pace iuram. firman. glo. 1. nu. 9. Luc. de Penn. in l. vnic. C. de public. lætit. vers. exequitur, & dicta ætas ad bellum apta dicitur, vt late in terminis prosequitur Moron. in Tract. de fid. treug. & pac. q. 17. nu. 2. Sim. de Pret. cons. 64. num. 6. Iul. Feret. tit. de ferijs nu. 5. n. 174.

2 Si verò fuerit minor, vt egeat Tutore, & tunc Guido de Suzar. qui primus tractauit hanc quęstionem, tenuit quod si certus erat occisor, tunc non est quęrenda remissio a pupillo, & tutore, cũ illã tutor facere non possit: sed teneatur tueri dignitatem, & honorem pupilli, sed remittere iniuriam sit dedecus pupillo iuxta l. miles § socer. ff. de adulter. Si verò interfector non esset certus, tunc a Tutore est habenda pax, cum illam facere possit, & saltim valeat in vim transactionis: Quam opinionem sequitur Gandin. in Tract. Malefic. rubr. de transact. & pact. num. 22. & refert, & sequitur Decian. in respon. 38. nu. 1. 2. vol. 1. Bonifac. Vitalin. in tract. crim. Rub. de pace num. 13. & 20. & quod pax teneat cum incerto delinquenti est communis opinio, quã attestatur Colleg. Maceraten. cons. 150. num. 6. & 8. tom. 1. crim. Ludou. Alph. cons. 151. num. 18. & 27. vol. 1. & Farinacc. in tit. de accusat. q. 15. nu. 58. tom. 1.

3 Vbi etiam subdit extare magis communem opinionem, vt pax fieri possit, etiam si interfector fuerit certus Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 66. vers. sed his non obstantibus Tob. Hon. cons. 152. num. 4. tom. 1. crim. Iul. Clar. quæst. 58. sub num. 76. vers. sed certe hęc opinio.

4 Ac Iacob. Butr. in l. pactum curatoris C. de pact. tenuit quod si pax, vel remissio fuerit vtilis pupillo, quia pupillus erat vilis, & impotens, interfector autem erat potens, & diues, & tunc sit habenda pax, quam facere tutor potest, si verò pupillus erat diues, & potens, & interfector vilis, & pauper, & tunc tutor non possit remissionem facere, quam distinctionem communiter approbant Bal. Castren. Salicet. Fulgos. Alex. Ias. Iacob. de Sanct. Georg. Lancell. Deci. & Philipp. Dec. in d. l. pactum curatoris, & testatur Decian. in d. resp. 38. sub nu. 2. vbi alios allegat. Iul. Clar. §. fin. quæst. 58. num. 26. vers. alij itaq. dixerunt. Vulpell. in Tract. de pace quæst. 18. nu. 4. vbi reddit rationem bonam. Plach. Epithom. Delict. cap. 45. num. 7. seq. Farinacc. in titulo de accusat. quæst. 15. nu. 63. vbi de magis communi, & alios concordantes allegat. Card. Tuschus tom. 6. in verb. Pax cõcl. 174. nu. 33. vbi de magis communi opinione.

5 Contrariam autem opinionem, vt tutor indistincte absq. alia causę cognitione pacem facere possit, & dicatur pupillo semper vtilis. Plach. Epithom. de lict. capit. 45. num. 6. Ant. Gomez tit. de delict. cap. 3. num. 66. vers. nec isto casu. Colleg. Maceratẽ.

in

in d.conſ. 150.nu. 12. ſeqq.D.Rainal. de Rodulph.Præceptor meus honorandus conſ. 156. num. 2. tom. 1.crimin. Sfort. Odd. in tract. de reſt. in integr. par.2.q.85.nu.46.ſeqq.art.7.Farinac. tit.de accuſat. q.15.num.11. Moron.in tract.de treug.& pac.q.177.nu.5.cum plur.ſeqq.& ſub n.9. dicit quod in foro conſcientiæ etiam minor ſub pœna peccati tenetur facere pacem, & ſub n.11.dicit quod Doct.contrariã opinionẽ tenentes ſubſtinẽt opinionẽ cõtra legẽ Domini,&nutritiuã peccati,&qđ ſub pœna peccati tutor teneater facere pacẽ.Decian.reſpon.78.n.7.in fin.& n.8. vol.1.Claudi.Bertazzol.ad patrẽ conſ. 152.in litera C.vol.1.vbi valde exclamat contra Doctores annuentes eſſe dedecus pupillo facere pacem.

7 Primo amplia, vt magis procedat iſta contraria opinio quando iam pupillus, vel tutor inſtituit accuſationem contra interfectorem, & fuerit iam ſequuta condemnatio,cum tunc dicatur facta vindicta mediante iuſtitia,& parum, vel nihil tutor remiſiſſe dicatur, & non teneatur hęres defuncti proſequi vindictam armis,ſed tantum iudicio,vt late poſt alios,quos allegat docet, & tuetur Decian. in dicto reſpon. 38.nu.3.ſeqq.vol.1.

8 Secundo amplia, vt etiam magis procedat quando tutor pro tali remiſſione recipit pecunias in cõmodũ pupilli,vt tunc valeat remiſſio,vt conſiderauit poſt Albert.Galeott.ſpeculat.in tit. de homicid. verſ.illud autem quęritur n.6.& Decian.d.reſpon.38.nu.2.& 6, vol.1. Boniſ.Vitali.in tract.crim.Rub. de pac.nu.13.verſ.ſed alij dicunt.

9 Tertio amplia,vt etiã de conſuetudine indiſtincte tutor facere poſſit pacẽ pro pupillo abſq. alia cauſę cognitione,ſi pax ſit pupillo vtilis, vel inutilis, vt Mediolani ſeruari dicit Boſſ. in tit. de pace n.14. Iul.Clar.§.fi.q.58.n.26. verſ. in hoc Ducatu. Vulpell. in tract. de pace q.18. ſub nu.4.licet videatur tenere eſſe adhibendam cauſæ cognitionem, nihilominus teſtatur quod ſi fuerit facta remiſſio,valeat; & de eadẽ obſeruantia etiam teſtatur Farinacc.in d.q.15.nu.63.verſ.ſed certe.

10 Quarto amplia,vt in tantum valeat pax facta a minore, cum tutoris, ſeu Curatoris conſenſu, vt aduerſus eam non reſtituatur; Tum quia in pęnalibus minor non reſtituitur iuxta tex.l. auxilium ff.de minor.Tum quia minor faciendo pacem non prętenditur lęſus, & ſine læſione reſtitutio non datur. Ant.Gomez.tit.de delict. cap.3.ſub n. 66.Moron.in tract.de treug. & pac.q. 177.nu. 4. late Sfort. Odd.in tract.de reſt.in integr.par.2.q.85.art.7.nu.41. ſeqq.vbi reſpondet contrariis,& teſtatur de communi Farinacc.in tit.de accuſat.q.15.nu.29. vbi teſtatur de magis communi, & ibi plures alios concordantes allegat, & late poſt Iacob. Nouell.& Nell.de Bannit.in 3. par. 2. tẽpor.q.34.quẽ examinat in q.32. 33. & ſub n.32.& ſeq.circa finẽ. verſ.vltimus articulus ſit.Petr.Cab. in q.crim. caſ.58.n.9.Card.Tuſc.tom.6.in verb. Pax.concl.175.n.35.vbi de communi. Iul.Feret.tit.de Ferijs.nu.181.

11 Quæ opinio magis procedit quãdo in contractu pacis interuenit iuramẽtũ minoris Carauit.tit.275.n.20.ſequen. Sfort.Odd.in d.q.85. art. 7. num. 59. & Farinacc. in d.q.15.num.29.in fine.

12 Limita iſtam 4. ampliationem quoad damna, & intereſſe, aduerſus quæ minor eſſet reſtituendus, vt per Farin. in d. q.15.n.30.& prius Franc.Craſſ.in Comment.ſuper decret.Gratioſ.poſit. nou. Conſt. ſtat. Mediol. in gloſſ. in verb.remiſſionem,& pacẽ circa fi. Affl. in c.iniuria n.127.de pace iur.firman. Moron.de treug.& pac.q.177.nu.8.in fine.Iul.Feret.tit.de ferijs.numer.182. Et idem Farinacc.in d.quæſt. 15. numer. 30. dicit quod ſi minor in pace damna, & intereſſe non remittit, non indigeat reſtitutione in integrum,

aduersus illa, cum per pacem non censeantur remissa. Moron. in d.q.177.n.8. vbi subdit. Ideo cautela est, vt in contractu pacis remittatur omne damnũ, & interesse in iudicio, vel extra, & poterit illa petere absq. aliqua restitutione: si vero damna, & interesse remiserit, non erit restituendus; cum læsus dici nequeat, vt late idem Farin. prosequitur in eadem q.15. sub nu.26. & late sub nu. 55.

13 Quinto amplia, vt in tantum tutor cum iuteruentu minoris pacem facere possit, vt non requiratur aliud Iudicis decretum, sed sufficiat sola authoritas ipsius tutoris. Ant. Gomez. in tit. de homicid num. 66. Colleg. Maceraten. cons. 150. nu. 6. seqq. vbi concordantes allegat, & testatur de communi tom. 1. criminal. Abb. cons. 108. nu. 3. lib. 2. vbi de magis communi, & indubitata opinione. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 26. vbi indistincte tenet, quod pupillus cum authoritate tutoris pacem facere possit, & testatur de cõmuni. Stephan. Lambert. in tract. de contractib. gloss. 1. nu. 347. vbi etiam de magis communi. Farinacc. in tit. de accusat. q. 15. nu. 5. vbi etiam de magis communi, & concord. allegat in d. nu. 9. seqq. vbi respondet contrarijs, referendo opiniones, & fundamenta pro vtraq. parte.

14 Contrariam opinionem quod requiratur Iudicis decretum, & non sufficiat sola authoritas tutoris. Tob. Non. cons. 108. nu. 4. Plac. in epithom. delict. cap. 45. nu. 7. Carauit. rit. 275. num. 19. vers. ego vero Iodoch. in Pupillorũ patrocinio tit. de tutoris. & curat. munere cap. 10. nu. 75. vbi hanc opinionem tanquam tutissimam sequitur Simoncell. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 16. num. 137. dicit quod quicquid circa hoc intricate Doct. loquantur, contraria hæc opinio verior, & rationabilior est, vt late etiam prosequitur referẽdo Doct. tenentes istam contrariam opinionem, eamdem opinionem sequitur Decian. resp. 38. numer. 9. vol. primo. & Baiard. in quæst. 58. num. 56. in fine ad Iul. Clar. in. §. fin.

15 Ego autem libenter adhæreo opinioni negatiuę, vt non requiratur decretum Iudicis, cum ex necessitate pro salute animæ minor teneatur facere pacem, & nõ excusatur a peccato, cum diligẽdo inimicum, & pacem faciendo obtemperet legi Euangelię, quæ necessitas salutis nos ad id astringit, & pacem mandat omnino facere, quã Deus post sacratissimam Resurrectionem nobis commendauit, & iussit, & pro transgressoribus exorauit: & Doctores tenentes pacem non posse fieri sine decreto Iudicis, & alijs solẽnitatibus intricant pacẽ, & affectant occasionẽ impediendi pacem, & eorum opinio est contra præceptum Euangelicum, vt late prosequitur Moron. in tract. de fid. treug. & pace q.177. per totam, & præcipue sub nu. 9. seqq. & late Farinacc. in d.q.15. nu. 9. seqq. & quia etiam pax semper dicitur vtilis pupillo Stephan. Lambertin. in d. tract. de contract. gl. 1. n. 348. nec vnquam per pacẽ minor dici possit læsus, vel deceptus, vt ex pluribus comprobat Sfort. Odd. in tract. de rest. in integr. par. 2. q. 85. art. 7. nu. 46. seqq. Ideo cessare debet solemnitas, vel interpositio Iudicis decreti, quæ non adhibetur, nisi ad obuiandum ne quis decipiatur Nact. cons. 174. n. vol. 1. Bertrand. cons. 337. n. 10. vol. 3. cum alijs adductis per Simonc. in tract. de decret. in pręfat. n. 25. seqq.

Ac etiam quia magis expedit Reipublicæ subditos habere pacificos; & quia per pacem minor nil aliud aduersario condonat, nisi ius vindictæ, & actionem iniuriarum: & quoad ius vindictę nihil minor condonat, cum de iure vindicta fieri non debeat: quia hodie de generali consuetudine iudex in oĩbus delictis procedere valeat ex officio, & de his publicã vindictã faciat, vt late

late proſequitur idem Farinacc. in d. q. 25. nu. 9. 10. & cum plur. ſeqq. & ibi concordantes allegat.

Nec præiudicium infertur pupillo remittendo actionem iniuriarum quoad damna, & intereſſe, quæ conſequi poſſet, ſi remiſſionem non faceret; quia ex ſola pace, non remittuntur damna, & intereſſe, quæ nec ex neceſſitate ſalutis remittere tenetur, vt late proſequitur Moron. de fid. treug. & pace q. 175. n. 7. ſeqq. Boſſ. in tit. de pace n. 11. Ant. Gomez. de delict. titulo de iniur. nu. 13. Iul. Clar. d. S. fin. q. 58. n. 38. Farinacc. d. q. 15. num. 13. in fin. vbi de communi.

16 Sexto amplia, vt nec minus interuenire debeant ſolemnitates requiſitę a ſtatuto in contractibus minorum, & in ipſo contractu pacis, vt de communi teſtatur Abb. in conſ. 108. lib. 2. per totũ. Colleg. Maceratẽſe d. conſ. 150. & pręcipue ſub. n. 9. Sfort. Odd. in d. tract. de reſtit. in integr. p. 2. q. 85. art. 7. nu. 46. Lambertin. in tract. de contract. gloſſ. 1. n. 341. & 346. Farinacc. in d. q. 15. n. 15. vbi de communi.

Quę ampliatio ſine difficultate procedit ſi pax eſſet iurata. Abb. in d. conſ. 198. verſ. 1. ratione iuramenti Colleg. Macerateñ. d. conſ. 150. n. 22. Lambertin. d. gloſſ. 1. nu. 343. Farinacc. d. q. 15. nu. 16. ſeqq. & n. 31. ſeq. vbi concordãtes allegat, & teſtatur de magis cõi: cũ regula ſit, quod iuramentum ſolemnitates requiſitas a ſtatutis in contractibus minorum, & mulierum ſuppleat, & eorum innalidas promiſſiones confirmet, & validet Ant. Gabr. in tit. de minor. concl. 5. nu. 9. Hier. Gabr. conſ. 127. nu. 16. vol. 1. Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. n. 156. Lambert. de cõtract. cor. in fin. q. 2. 9. ſeqq.

17 Primo limita non procedere iſtam 6. ampliationem quando ſtatutum annullans contractus, minorum, ſeu mulierum ſine certa ſolemnitate cœlebratos vlterius ꝓcederet, illos præſumẽdo doloſos, & fraudolentos; quia tunc iuramentum non ſupplet ſtatutarias ſolemnitates. Tob. Nõn. in terminis noſtris conſ. 108. n. 9. quod eſt repetitum in conſ. crim. diuerſ. 152. tom. 1. Sim. a Monte Santo inter eadem conſ. crim. 154. n. 2. Ludou. Senſ. conſ. 155. nu. 8. eod. tom. 1. crim. Simoncell. d. lib. 3. tit. 8. Inſpect. 10. nu. 165. ſeq. Lamberteng. in d. tract. de contract. cor. gloſſ. 8. num. 93. Farin. in d. q. 25. n. 19. vbi de cõi, & in fine de magis communi, vbi quam plures alios allegat: late Seraphin. in tract. de priuil. Iuram. priuil. 83. num. 79. vbi concordantes allegat, & teſtatur de communi.

18 Quę limitatio intelligitur vera, quãdo ſtatutum expreſſam mentionem facit de Iuramento volens eo non obſtãte, vt d. Iuramentum vel inſtrumentum, in quo eſt interpoſitum pręſumatur doloſum, & fraudolentum, ſecus vbi nulla mentio habetur de iuramento; quia adhuc contractum nullum ob non adhibitas ſolemnitates ſtatutarias iuramentum confirmaret; vt diſtinguendo tradit Simoncell. in d. lib. 3. tit. 8. 18. inſpect. nu. 167. motus ratione quia diſpoſitio ſimpliciter loquens non intelligitur diſponere in materia iurata, niſi de iuramento fiat expreſſa mentio Ant. Gabr. conel. 5. tit. de iur. iuran. & concluſ. 11. nu. 4. tit. de ſtat. Farinacc. d. q. 15. nu. 20. declarando, & intelligendo tamen, vt ibi per eum ſub num. 21. iſtam limitationem.

19 Contrariam opinionem contra ſupra firmatam communem ſententiam plurimum vrget, cum ſtatutum procedat præſumptiue in habendo contractus minorum pro ſimulatis, vel per dolum, & metum geſtis, & in foro conſcientiæ præſumptiones locum non habeant, ſed ipſa veritas. Dec. in cap. nouit ante nu. 11. de Iudic. Curt. Iun. conſ. 104. n. 6. & poſſet contingere quod vere, & legitime cõtraxerit, & tamen contra propriũ iuramentum auctoritate iſtius ſtatuti

gloss. 3. q. 12 num. 17. seqq. vbi videtur tandem concludere solemnitates statutarias requiri, cum licet mulier tutorio nomine contrahendo se obliget ei, cum quo contrahit, ex tali tamen contractu pupillo tenetur de dolo, & culpa lata quatenus non benè, & vtiliter contrahat, vt refert post alios, quos allegat Farinacc. d. q. 15. n. 27. & sub nu. 28. distinguendo dicit: Aut pupilli ex se facere pacem non possunt sine statutarijs solemnitatibus; quia ità expressè per statutum disponitur, & tunc nec etiam tutrix eorum nomine sine talibus solemnitatibus pacem facere poterit: Si vero pupillis liceat sine dictis solemnitatibus pacem contrahere, licebit etiam tutrici, & tutori sine eiusdem solemnitatibus pacem facere.

25 Primo limita generaliter, vt infans pacem facere non possit, neque ipse solus, neque cũ interuentu tutoris, Crot. in l. 4. §. Cato. in 1. repet. n. 167. ff. de verb. oblig. Carauir. ritu 275. nu. 19. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 26. vbi subdit hoc esse in iure expeditum. Simoncel. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. nu. 135. Farinac. tit. de accusat. to. 1. q. 15. n. 1. vbi de communi, & testatur hanc propositionem indistinctè, & absque vlla restrictione procedere, cũ infantis nullus sit consensus, l. in negocijs, ff. de regul. iur. l. 1. & ibi not. ff. de nouat. & facere pacem consensum requirat. Nell. in tract. Bannit. in 3. p. 2. temp. nu. 34. vers. primus articulus, vbi de communi. Idemq. est in posthumo pro quo tutor non potest facere pacem. Iul. Fere. tit. de ferijs nu. 56.

26 Secundo limita, & intellige, vt maior infante cum auctoritate sui tutoris vel curatoris pacem faciat, secus sine tali authoritate, Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. nu. 66. Petr. à Plac. in Epithom. delict. cap. 45. num. 6. Stephan. Lambertengh. in tract. de contrac. eor. gloss. 1. num. 374. Iul. Clar. in d. quæst. 58. sub num. 26. Tob. Non. consil. 108. num. 4. & 11. vbi de magis communi, Colleg. Maceratẽ. consil. 150. nu. 6. seqq. tom. 1. crim. diuers. Farinacc. d. q. 25. nu. 2. vbi etiam de magis communi, Cardin. Tusch. conclus. 174. num. 32. vbi de communi tom. 6. in verbo pax.

27 Imò sicut minor sine authoritate sui Tutoris pacem facere nequit; ità etiam sine eadem auctoritate alteri pro eo pacem facienti consentire nequit. Simoncell. in d. tract. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 16. num. 141. seqq. vbi hoc rationibus comprobat: vt late refert, & alios concordantes adducit, & sequitur Farinacc. in dict. q. q. 15. num. 3. 4.

28 Sublimita hanc primam limitationem quando maior infante sine tutoris, aut curatoris authoritate pacem facit mediante eius iuramento, cum iuramentum faciat minorem haberi pro maiori, gloss. in authen. sacram. pubet. C. si aduers. vendit. Carauit. rit. 275. n. 21. vers. prædictam opinionem intelligo, & n. 22. Herculan. in tract. de caution. de non offendend. cap. 38. n. 6. Colleg. Maceraten. in d. consil. 150. num. 18. seqq. Ludou. de Alfer. consil. 151. num. 27. Tob. Non. cons. 152. nu. 4. & num. 9. omnes in tom. 1. crimin. Diuers. Simoncell. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 16. nu. 140. Farinac. dicta quæstione 15. num. 31. 32. 33. vbi alios congerit, & testatur de communi, Sfort. Odd. in tract. de rest. in integr. par. 2. quæst. 85. art. 7. num. 59. Iul. Ferret. in tit. de ferijs, nu. 51

29 Quæ sublimitatio procedit, non solùm in impubere, & adulto, verumetiã in impubere doli tamen capace, nempe pubertati proximo, vt iuramentum conualidet contractum, defectu non interuenientis authoritatis tutoris, seu aliàs inualidum Abb. in terminis de contractu pacis in consil. 108. ante finem vers. & hac consideratione

lib.2.Ant.Gomez de contract.cap.14. tit.de restitut.minor.nu.18. vbi firmat hanc esse magis communem opinionē legistarum,& Canonistarum,& ab ea, tàm in consulendo, quàm in iudicando non esse recedendum Farinacc. dicto titulo de accusat.q.13.nu. 34. vbi multos alios adducit, & testatur de magis communi,etiam Canonistarum, & legitimarum. Carauit. d. ritu 275. nu.20.in fine Cardi.Tusch.tom.6.tit. de pace concl.175.nu.1.

30 Contrariam opinionem,quod iuramentum impubetis non firmet, pacis, vel alium contractum propter defectum interuentus Tutoris,seu alia de causa inualidum. Paris. in cap. in præsentia nu.30.extra de probat. Ant. Gomez.de contract. d. cap.14.nu.18. vbi dicit,quod licet sit magis communis opinio supra firmata, in punto tamen Iuris est falsa, iuribus,& rationibus per eum ibi allegat. Alciat. in cap.cum contingat nu.91. seq. de Iur. iuran. vbi testatur de magis communi opinione. Et pro ista contraria opinione valde stringit tex. in cap. 1. in princ. de pac. iuram. firman. ex cuius authoritate concluditur maiorem in pace iuramento non obligari, nisi fuerit maior 18. annis: ideò multo minus ipse impubes obligabitur.

31 Sed a prima opinione firmata in limitatione non esse recedendum testatur Stephan.Lambertengh.in tract.de contract.eor.in fine q.9.num.38.seqq. qui eam dicit veriorem,& magis communem, & illam amplectitur, cum recitat is in proposito quatuor Doct. opinionibus,eamdemq. vti communem sequitur, & a contrarijs defendit. Simoncell.in d.tract.de decret.lib.3. tit. 8. inspect.18.nu. 139. quam etiam sequitur Farinacc.in d.quæst.15.nu.35. vers.his nō obstātibus,vbi refert quod Lambertengh. respondet ad cap. 1. in princ.de pac.iuram. firman.vt illud loquatur in minori ætate,qui iuraret Imperatori de obseruanda ei generali pace, & propterea non habeat locum in iuramento pacis specialis cum inimico eiusdem minoris facta.

32 Secundo principaliter limita minorem non posse facere pacem sine authoritate Tutoris, vel nisi loco authoritatis tutoris interueniat Iudicis decretum, quod in ipsa pace minoris supplet tutoris auctoritatem,vt in terminis respondit Petrin. Bell. in tract. de re milit.par. 10.tit.2.nu.56.in fine; quam opinionem sequitur Farinacc. in d.q.15.nu.36.cum pluribus sequentibus per illam rationem;quia in Instrumento pacis minoris non requiritur Iudicis decretum, vt supra late diximus: ideo si decretum Iudicis interueniat supplet defectum tutoris, & Curatoris,secus tamen in contractibus,vbi requireretur Iudicis decretum; quia illud non suppleret supradictum defectum tutoris,vel Curatoris.

33 Sed idem Farinacc.sub. d.q.15.nu. 41.restringit hanc limitationem,quando decretum interponeretur non simpliciter, sed de dicti tutoris, vel curatoris non interuentu, facta mentione, secundum practicam Bar. & aliorum Doctorum, quos ipse allegat,scilicet, quod expresse notarius mentionem, faciat in actis qualiter Iudex sciens,& cognoscens eum esse minorē,& prædicta sine tutoris authoritate facere non posse;ideo ad illius auctoritatē,& præsentiam supplendā suum interponit decretum.Quæ Farinac.restrictio credo,

34 vt inseruiat ad abundantiorem cautelam, sed non quod talis expressio fuerit necessaria; quia authoritas Iudicis nullum alium defectum supplere valeat,quam defectum authoritatis ipsius tutoris; ideò ex ipsa lege met exprimitur ipsam interpositionem decreti fieri ad tollendum dictum defectum tutoris;ideo non erit necessaria talis expressio ad essentiam pacis.

35 Tertio principaliter limita,& intelli

ge,

ge, quod licet minor infans non possit facere pacem, vt supra diximus, & minor maior infante possit cum authoritate tutoris pacem facere, vt etiam supra diximus; tamen solus tutor in istis casibus pro impubere pacem inire poterit, cum in eis possit accusare, & ius accusandi, & faciendi pacem a pari procedant. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. sub num. 66. Plach. Epitom. cap. 45. nu. 6. Carauit. d. ritu 275. nu. 19. vers. primo casu, & vers. 2. casu, vbi de communi Farinacc. in d. q. 15. num. 42. vbi alios allegat, & testatur de cõmuni, vbi respondet Iul. Clar. in quęst. 58. sub nu. 26. vers. bene quando S. fin. qui vult, quod Senatus non admittat pacem factam a tutore pro maiori infante, nisi interueniat consensus eiusdem infantis, vt illa opinio Clar. sit localis in statu Mediolani, & quod aliunde non erit necessaria, sed vtilis ista obseruantia, vt interueniat etiam consensus pupilli, & quod solus tutor possit facere pacem pro infante, quando ei est vtilis Iul. Clar. S. fin. q. 58. nu. 26. Abb. cons. 108. nu. 3. lib. 2. Card. Tusc. d. tom. 6. in verb. pax. concl. 124. nu. 32. vbi de communi.

36 Quæ tertia principalis limitatio adeo est vera, vt minor teneatur seruare pacem legitimè ab eo, vel eius tutore factam, & si illam non seruet, & illam frangat puniri debeat pœna pacis rupte, vt consulit Colleg. Maceratẽ. cons. 150. per totum, & præcipuè sub num. 41. & 42. tom. 1. crim. vbi respondet Castr. & Marsil. in contrarium allegatis in eodem consil. 150 nu. 2. & firmat fore minorem pacis violatorem pœna Constitutionum Marchiæ puniendum per rationem allegatam per Farinacc. in d. quæst. 15. nu. 43. Card. Tusch. d. concl. 174. nu. 35. dicit quod si effectus esset maior tenetur dictam pacem factam à tutore seruare, nec poterit obtinere restitutionem in integrum, & allegat Odd. de restit. in integr. q. 85. art. 7. num. 45. par. 2. vbi de communi.

37 Quarto limita & intellige principaliter, vt minor non teneatur seruare pacem ab eo, vel ab eius tutore legitimè factam, si nulliter facta fuerit, quia illam non seruans pęna pacis ruptę nõ tenetur, vt consuluerunt Tob. Non. cons. 152. Philipp. de Vbald. cons. 153. Ludou. Sens. cons. 155. Raynal. Rodulf. præceptor meus cons. 156. omnes in tom. 1. Diuers. crimi. cum pax nulla, pacis nomen non mereatur, & quod nullum est, rumpi non valeat, vt prosequitur Farinacc. in dict. quęstione 15. num. 44.

38 Quinto limita, & intellige, vt procedat in minore rumpente pacem postquã fuerit effectus maior, vt tunc rumpens pacem legitimam ab eo, vel ab eius tutore ipsius nomine factam puniatur minor vti pacis fractor, vt consuluit Colleg. Maceratẽ. in d. cons. 150. vt firmat Farinac. in d. q. 15. num. 48. Card. Tusch. d. concl. 174. nu. 35. dicit teneri seruare pacem a tutore factam postquam minor fuerit effectus maior, nec poterit petere restitutionem in integrum, vt dixi supra in 3. principali limit.

39 Si verò minor adhuc in minori ętate constitutus pacem rumpat, tunc an vti pacis violator puniatur distinguendum est.

Aut loquimur, quoad pœnam conuentionalem in contractu pacis stipulatam, & tunc videtur quod ipsa pax rupta a minori non teneat, nec pœna præfata possit exigi tanquam damnosa ipsi pupillo Corsett. in Tract. de priuil. pacis priuil. 88. Petr. Bella. de remil. par. 50. tit. 2. n. 56. Lambertengh. de contract. eor. gloss. 1. num. 344. seq. Tob. Hon. cons. 152. n. 11. Ludou. Senso cons. 155. nu. 9. tom. 1. Crim. diuers. Farin. d. q. 15. nu. 13. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 7. inspect. 16. nu. 136. late eamdem opinionem tuetur Sim. de Pret.

est effectus maior, secus vero si fuisset facta dum erat in minori ætate; quia tunc tanquam exorbitantia ista statuta, bannimenta, & Constitutiones non possunt compræhendere quoad illorũ pœnã minores violatores pacis, & eamdem opinionem tuetur Sim. de Pret. in cons. 64. fere per totum, vt minor 18. annis non incurrat in pœnas corporales, & infamiæ per bannimenta irrogatas, & pręcipue sub n. 2. & 3. vbi testatur quod aliqua lege non reperitur determinatum, vt minor teneatur ex dictis pœnis ignominiosis, & corporalibus inflictis per bannimenta, & decreta Ducalia, & late prosequitur sub nu. 4. 5. 11. 12. seqq.

Quę opinio magis procedit quando minor fecit pacem sine iuramento post Gloss. in d.c. 3. in princ. de pac. tenen. Sim. de Pret. in d. cons. 64. nu. 6.

Ac etiã magis procedit quando extaret statutum in loco, vt minores sine cõsensu duorum propinquorum, & decreto Iudicis non possint obligationem personalem, & omnem aliam obligationem facere; quia huiusmodi generalis prohibitio continet omnem obligationem minoris ex pacto, pace, & ex quocunq. contractu, prout in statuto Pisauri lib. 2. rubr. 85. consuluit Sim. de Pret. in d. cons. 64. nu. 6. vers. rursus non tenere.

Et si per statutum requireretur copulatiue consensus consanguineorum, ac authoritas tutoris, vel curatoris, si vnus ex consanguineis fuerit curator, vel tutor non poterit in instrumento pacis substinere vices duarum personarum, nempe consanguinei, & Curatoris, vt post Paris. in cons. 98. num. 7. lib. 1. tradit Tob. Non. cons. 152. n. 15. sub vers. nec dicatur tom. 1. crim. Diuers.

Aut loquimur, quoad pœnam legalem, & Farinac. in d. q. 15. nu. 49. credit quod minor in illam incidat, cũ aliquali tamen temperamento, & minoratione per regulam generalem, cum in delictis minor non excusetur, nec restituatur, mitius tamen puniatur per tex. cum sua materia in l. auxilium §. in delictis ff. de minorib.

40 Sexto limita, vt impubes doli capax possit facere pacem cum authoritate sui tutoris, mediante ipsius minoris iuramento. Abb. in cons. 108. fere per totum, & pręcipue in fine, vbi de communi. Card. Tusch. tom. 6. in verb. Pax concl. 175. nu. 7.

41 Primo amplia, quod etiam stante statuto, quod minor sine Iudicis decreto non possit contrahere, quia licet non interueniat decretum Iudicis, sed authoritas tutoris cum iuramento ipsius minoris, valebit pax facta ab ipso impubere, cum pax non sit contractus; sed remissio rancoris Abb. d. cons. 108. fere per totum. Card. Tusc. d. concl. 175. nu. 2.

42 Septimo limita principaliter in pace facta a tutore, qui non confecit inuentariũ, vel non accepit administratione cum decreto Iudicis, cum omnia gesta per eum sint nulla, & inualida ipso iure Text. in l. tutor, qui repert. ff. de admin. tutor. & in terminis de pace a tutore, qui Inuentarium non confecit minime valere consuluerunt Tob. Non. cons. 152. n. 10. Ludou. Sens. cons. 155. nu. 6. tom. 1. crim. diuers. nec dissentit Iul. Clar. in d. q. 58. nu. 26. In fine, vbi testatur, quod licet in Senatu Mediolani aliquando paces, vel remissiones factæ per speciales tutores ad istum actũ datos fuerint in Senatu habitę pro legitimis; tamen deinde fuit semper contrarium obseruatum, vt nõ admittantur remissiones, nisi per Tutores generales factæ, qui confecerint inuentarium, & satisdederint, & cætera alia fecerint, quæ de iure requiruntur.

43 Contrariam opinionem, quod paces, & remissiones factę per tutorem, qui non confecit inuentarium teneant

late

late tuetur Collegium Macerat. in d. conſ.150.nu.62.ſeqq. & Ludo.de Alfer.conſ.151.nu.39.ſeqq. tom.1.crim. diuerſ.& late Farinacc. in d. q. 15.nu. 60. vbi dicit hanc opinionem veriorem, & ibi reſpondet ad contraria, quam opinionem bene iuribus, & rationibus comprobat Carauit.rit.275. nu. 23.ſeqq. cum qua etiam opinione tranſit Io:Bapt. Baiard.ad Iul.Clar. in §.fin.q.58.nu.47.

44 Sed etiam Farinacc.in d.q.15.nu. 61.contra obſeruantiam Mediolani atteſtatam per Iul.Clar.in d.q.58. n.26. in fine tenet,vt etiam per ſpeciales tutores, vel curatores datos ad illum actum pacis,teneat remiſſio, & pax,ea potiſſimum ratione, cum pax facta a minore, ſine tutoris, vel curatoris interuentu valida reputetur,quando Iudicis decretum interuenit,quia tale decretum ſupplet tutoris authoritatē, vt ſupra diximus;ſed pax facta per minorem cum auctoritate ſpecialis curatoris dicitur facta cum Iudicis decreto,quia non poteſt ad illum actum deputari curator, niſi cum decreto Iudicis l.3.ff.de author.ttutor.l.2.C.quād. mul.tutel.offit.l. fin.C.de arbitr. Nec refert quod decretum interpoſitum in deputatione ſpecialis curatoris ad pacem re vera non dicatur interpoſitum in ipſa pace; quia paria ſunt quod Iudex interponat decretum in aliquo actu,vel in deputatione curatoris ad illum actum per tex. in l. ſiue generalis verſ.ſed,vt expediatur quæſtio ff.de iur. dot. & late proſequitur Farinacc. in eadem q.15.nu.61.& Boſſ.in tit. de pace ſub nu.14.teſtatur quod tempore ſuo ſeruatum ſemper vidit paces factas per dictos curatores ſpeciales ad hunc actum, valere.

Mihi autem non diſplicet in hac materia,vt non detur tam ampla facultas tutori contrahendi pacem pro minore, & totaliter conſideretur fauor pacis, vt deinde vere lædi minor poſſit, vel ex nimia facilitate tutoris, vel ex eius calliditate, vt minime reſtitui poſſit aduerſus dictam pacem per tutorem quando interuenerit decretum Iudicis, & fuerit facta cauſa cognita alias ſecus:vt iudicio meo bene conſiderat Carauit.in rit.275.ſub nu.26.verſ.intellige tamen.

45 Ad tollendas autem omnes,&quaſcunq. dubitationes,quæ poſſent oriri, & conſiderari in pace facta per minores,Decian.in reſponſ.38.nu.6. vol.1. docet eſſe omnes infraſcriptas ſolemnitates adhibendas.

Primo quod ipſe met pupillus interueniat, & tutor interponat ſuam authoritatem.

Secundo quod interueniant aliqui etiam ex conſanguineis pupilli,qui aſſerant talem pacem illius commodo, vtilitati cedere.

Tertio quod interueniat Iudicis ordinarij decretum. Quæ omnia colliguntur per ea, quæ in terminis late ſcribit Nell. in tract. de Bannit. in 3. par. 2. temp. qnæſt. 32. cum dnab.ſequen.

Quarto, quod ad maiorem validitatem interueniat iuramentum ipſius pupilli de obſeruanda pace, vt etiam in terminis conſuluil Abb.n conſ.108. vol.2.

Quinto, quod in pacis Inſtrumento non apponatur pœna pupillo frangenti pacem;quia,vt ſupra vidimus Doct. dubitant an poſſit pupillus ſe obligare ad pœnam etiam cum authoritate tutoris.

Et ſcias,quod ſufficiat, vt habeatur pax a maiori parte filiorum, & non requiratur, vt habeatur ab omnibus, ſecundum communem opinionem atteſtatam per Decian.reſponſ.38. nu. 13. vol.1.qui proprie loquitu rin pluribus filijs, de cuius veritate dicam infra in q.17.& 18.

Quæſt.

Quæst. XV.

Pax an sit habenda a fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Pax non est habenda a fœminis, cum non sint habiles ad vindictam.*
2 *Amplia etiam si fœmina successerit interfecto.*
3 *Amplia de iure Longobardorum.*
4 *Contrariam opinionem quod etiam a fœminis sit habenda pax tenet Doctores ibi.*
5 *Pax est habenda ab vxore mariti interfecti.*
6 *Vxor prefertur in pace alijs hæredibus, vel consanguineis interfecti.*
7 *Imo secundum aliquos præfertur etiam filijs interfecti.*
8 *Vxor in Regno Neapolitano vna cum hæredibus, vel consanguineis facit remissionem pro nece viri.*
9 *Declara si vxor fuerit vidua.*
10 *Soror interfecti facit etiam pacem.*
11 *Quid si pax fuerit habita a filijs interfecti, an etiam sit habenda a sorore, quæ accasauit homicidam vna cum filijs.*
12 *Declara, & distingue vt ibi.*
13 *Pax est habenda etiam a filiabus quando adsunt vna cum filijs masculis.*
14 *Limita quando filiæ fœmina fuissent exclusæ a successione per statutum.*
15 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi.*
16 *Limita quando filia fœmina non fuit hæres instituta, sed tantum aliquid ei fuit relictum ratione legati.*
17 *Declara, & intellige, vt ibi per authorem.*
18 *Fœmina non facit numerum in pace ab hæredibus vigore statuti obtinenda.*
19 *Fœmina non comprahenditur in pace ab ea habenda quando instrumentum pacis dicit quod partes promiserunt non offendere alium, seu alios, vel tantum habetur mentio de patre; fratribus, & similibus.*
20 *Fœmina habens in pari gradu consanguinitatis masculos, & fœminas, & inter eos sit discordia circa pacem contrabendam, masculus prefertur fœminis, licet fuerint plures.*
21 *Declara, vt ibi per authorem, vt resideat in arbitrio Iudicis.*

1 PAX a fœminis non est habenda, cum non sint habiles ad vindictam, & faidam leuare non possint, nempe inimicitias gl. singularis in cap. 1. §. hoc autem de his, qui feud. dar. poss. Veron. in l. prima. q. 7. ff. de verb. sign. late Rim. Iun. cons. 307. nu. primo seqq. & nu. 8. vol. 3. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 35. in princ. Deci. in c. in præsentia n. 63. de probat. cum alijs allegatis per Tiraq. q. 1. leg. Connub. nu. 58. & per Vulpell. in tract. de pace q. 14. nu. 1. & 2.

2 Primo amplia, vt procedat etiam si fœmina successerit interfecto, quod adhuc ab ea non sit habenda pax, vt sit locus statuto, vt tenuit Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace nu. 43. vbi dicit habuisse in facto Iul. Clar. d. q. 58. nu. 34.

3 Secundo amplia: vt opinio d. glossę procedat sine difficultate, de iure Longobardorum, prout ipsa loquitur, & sic in Prouincia Lombardię, vt declarat ibi Bal. & admittit Rim. Iun. cons. 307. nu. 2. vol. 3. Decian. respon. 38. nu. 11. vol. 1.

4 Contrariam opinionem, vt etiam a fœminis sit habenda pax Ant. Gomez. tit. de delict. c. 3. nu. 65. Petr. a Plach. Epithom. delict. cap. 49. nu. 11. reprobantes 2. gloss. in d. §. & quia. cum ius vendicandi ita fœminis sicut masculis com-

competat l.sororem C.de his, quib. vt indign.Boss.in tit.de pac. num. 8. cum alijs allegatis per Vulpell. in tract. de pace q. 14.nu.2.vers. in diuersam sententiam, vbi late ostendit fœminas esse promptiones ad vindictam, quam sint ipsi masculi,& q.33.per totam, & sequitur Farinacc.q.107.art.29.num. 381.in fine par.2.Iul.Clar.§.fin.q.58. n.34. vers.sed contrariam, vbi de communi, & quod ita Mediolani indistincte obseruatur,& quod Senatus expresse reiecit gratiam cuiusdam, quia non obtinuerat remissionem a filiabus interfecti, & quod fœminæ proximiores possint facere pacem, ac transigere super nece defuncti Farinacc.q.14.n.25. vbi alios concordantes adducit, & testatur de communi latissime Iul.Feret. tit.de ferijs.nu.172.vbi declarat quid obseruetur de iure Longobardorum,& de Iure Romanorum.

5 Tenendo istam contrariam opinionem vti veram Primo amplia, vt pax sit habenda ab vxore mariti interfecti, cum fuerit vna caro cũ marito, & propter magnum amorem, quo ad inuicẽ se prosequũtur,vt per Vulpell.in tract. de pace q.25.vbi refert Proper.lib.20. omnis amor magnus, sed aperte in coniuge maior.

6 Imo si concurreret vxor cum hæredibus,vel consanguineis interfecti,illis præfertur,quia in ea maior coniunctio, & affectio concurrit,secundũ Ant.Gomez.tit.de delict.cap.3.nu.61.in fine, quem sequitur Baiard.quęst.58.nu.61. vers.Item adde Petr.a Plach.Epithom. delict.lib.1.cap.45.nu.1.seq.Farinacc. q.13.nu.15.

7 Sed in tantum vxor pręfertur omnibus,vt præferatur etiam proprijs filijs, vt dicit Petr.a Plach.d.cap.45. nu.1. & 2.sed Vulpell.in tract.de pace q.24. tenet esse habendam ab vxore, patre, & filijs insimul, propter vnitatem personarum,& offensæ, cum omnibus pariter illa censetur, si vero non extarent alij marito coniunctis,tunc sufficeret habere pacẽ ab vxore pro nece viri ac pro omni iniuria ei illata. Feret.de ferijs.num.199.

8 In Regno Neapolitano vxor cum hæredibus,vel consanguineis admittitur ad quærelandum; & ideo ab ea etiam requiritur remissio, secundum Nunc.Tartal.super pragm.8.de compos.nu.30.vt refert,&sequitur Baiard. d.q.58.nu.61.circa finem.

9 Quod intellige si vxor fuerit vidua, cum dicatur esse in matrimonio primi viri,vt post Nunc.Tartal. in loco allegato firmat Baiard.d.q.58.nu. 61. vbi subdit hoc etiam procedere in sponsa, secus si transiuerit ad secunda vota; & idem erit in marito transeunte ad secunda vota.Farinacc.q.13.n.16.Declara tamen, vt ibi per eum nu.17.

10 Secundo amplia, vt etiam pax sit habenda a sorore interfecti per tex. in l.sororem C.de his,quib.vt indign.vbi disponit quod sorori liceat vindicare necem defuncti, & in l.fœmina C. ad Turpell.

11 Sed difficultas est, si pax fuerit habita a filijs interfecti,an haberi debeat etiam a sorore, quæ accusauit homicidam vna cum filijs ipsius interfecti, quam difficultatem tangit Decian. in respons.38.n.10.cum plurib.sequentib. vbi sub.nu.11.vol.1.allegat Doctorum opinionem pro sorore tenentium,& testatur quod ita omnes scribentes tenent in l.4.§.cato ff.de verb.obligat.& in specie Rom.& Alex.in l.pro hærede §.fi.ff.de acq.hæred.Rom.in l.4.§.prohibuisse ff.ad syllan.

12 Qui Decian.in eodem respons.38.n.13.seqq. in casu suo dicit contrarium esse tenendum; quamuis ipsa soror accusasset delinquentem, & eumdem Decian.allegat,& sequitur Baiard.in d. q.58.nu.61.

Qui Decian.in d.respons.38.nu.14. vers.quarto, & istud,& n.15.seq.respondet ad d.l.sororem,vt illa procedat,vt

soror

foror possit delinquentem accusare de morte fratris, sed non vt habeat ius faciendi pacem, extantibus filijs occisi, & sub nu. 16. testatur, quòd ita in specie declarat Imol. in l. 4. §. Cato. in fin. ff. de verb. obligat. & Florian. in l. per fundum, ff. de ser uit. Rust. pręd. & in l. fin. ff. de comm. pręd.

13 Tertio amplia, vt pax habenda à filijs, adeo si inter filios adsint filiæ fœminæ adhuc ab eis etiam erit obtinenda, vt dixi latè supra in q. 12. in 3. principali ampliatione, declarando tamen, vt ibi.

14 Primo limita, & intellige, vt si filia fœmina fuerit exclusa à successione per statutum, quia fuerit dotata, vel alio modo exclusa, ab ea non requiritur pax. Iul. Clar. §. final. quæstione 58. num. 34. ver. bene verum est, vbi testatur ità fuisse per Senatum in contingentia facti obseruatum, sequitur Card. Tusch. to. 6. in verb. pax. con clus. 174. nu. 30.

15 Sed ab huiusmodi opinione Senatus, Baiard. in addition. ad Iul. Clar. in dict. quæstione 58. nu. 62. dicit posse forsan recedi, cum iura sanguinis minimè per statutum tolli possint l. iura sanguinis, ff. de regul. iur. & quia ius faciendi pacem non sit hæreditarium, & ante Baiard. in eamdem dubitationem incidit Farinacc. dict. q. 14 nu. 26. vers. verum.

16 Secundo limita quando filia non fuerit instituta hæres, sed tantummodo aliquid relictum fuerit ratione legati, vt pax ab ea habenda non sit; sed ab hæredibus Testamentarijs, Iul. Clar. §. finali, quæstione 58. numero 34. in fine, vbi testatur etiam fuisse per Senatum obseruatum, quando hæredes testamentarij essent etiam hæredes sanguinis, ego valde du-

17 bito, quòd non sufficeret habere pacem ab ipsis, & non à filia: imò arbitror, quod omnino esset obtinenda etiam à filia; cum huiusmodi ius faciendi pacem, non sit hæreditarium. Bar. in l. damni, §. Sabini, num. 2. ff. de Damn. infect. Bonacoss. comm. opin. Crim. p. 1. in verb. stante Statuto, quod occidens occidatur. Iul. Clar. §. fin. q. 58. sub nu. 31. vers. nam reuera, & ne ipsa filia videns hæredem facere pacem de nece patris se induceret ad vindictam, & maxime si de recenti homicidium esset sequutum per ea, quę late dixi supra in q. 13. & in eadem sententia inueni esse Farinacc. in d. q. 14. nu. 26. vers. verùm.

18 Tertio limita, vt foemina non faciat numerum in pace habenda ab hæredibus, vt post Angel. in l. 4. §. Cato, de verb. obligat, firmat Riminal. Iun. consl. 307. num. 6. vol. 3. vbi dicit quod si statutum dictaret, quod occidens decapitetur, nisi habeat pacem ab hæredibus offensi, in maiori parte hæredum, quæ requiritur, mulier computari non debet & sic illud verbum [*hæredibus*] ad masculos restringatur.

19 Quarto limita, vt si in instrumento pacis habeantur illa verba: non offendere alium, seu alios, vel habeatur tantũ mentio de patre, fratribus, & similibus, foemina non comprehenditur. Bero. consil. 206. colum. 1. volum. 3. Alex. cõsil. 113. vers. hoc etiam confirmatur, volum. 2. Riminal. Iun. dict. consil 307. num. 9. de quo tamen latè dicam inferiùs in quęst. 66. an foeminę comprehendantur in pace.

20 Quinto limita, quod licet foemina interfecto proximiore possit pacẽ inire super illius nece; si tamẽ in eodem gradu consanguinitatis adsint masculi, & foeminæ, & inter eos controuersia oriatur in pace cõcedenda, voluntas masculorũ erit præferenda voluntati foeminarum, etiam si foeminæ essent plures, quàm masculi, Petr. à Plac. lib. .c. 46. n. 8. sequen. Deci. in cap. in præsentia nu. 63. deprobat. Iaf. in l. cum filio famil. num. 100. ff. de leg. 2. cum alijs congestis per Tiraquell. in l. prima,

Connub. nu. 58. & per Steph. Lambertin. de contract. eot. gloss. 1. nu. 340. Farinac. in d. q. 14. n. 27. vbi etiam alios cordantes allegat, & ibi subdit, vt procedat non solum in concessione pacis, vt masculi præferantur fœminis, sed etiam in deneganda pace.

21 A qua limitatione facillimè recedi potest, cum vt superiùs pluries dictum fuit, fœminis etiam sicut masculis competat ius faciendi pacem: ideò in concursu masculi sint fœminis præferendi cum ratione sanguinis tantùmodo fæmina admittatur ad pacem sicut masculus, inter quos nulla datur differentia, & vindicta iudicialis fęminis sicut masculis competat, cum possint ipsę accusare, sicut masculi, vt post alios, quos congerit Steph. Lambert. d. gloss. 1. n. 338. & quoad vindictam extraiudicialem etiam fæminę, si non armis, alio modo sunt promptæ, vt valdè exagerat, Vulpell. in d. tract. de pace, q. 14. & Farinacc. in d. q. 14. nu. 27. vers. verum sicut. Ideò arbitror, quòd ista limitatio non sit ità simpliciter intelligenda, sed totum resideat in pectore, & religione iudicis videre, & diligenter perspicere, an fęminæ sint adeò viriles, & sagaces, vt possint, vel veneno, vel alias sollicitare ad necem bannitialias libenter ego concurrerem, vt omninò masculi præferantur fęminis, cum regulariter fæminę non sint aptæ ad vindictam neque ad scandala Reipublicæ, licet aliquæ fęminę reperiantur, quæ possent & Rempublicam offendere, ac vindictam sumere, & Iura adaptentur ad ea, quę generaliter, & non specialiter contingunt per iura vulgaria.

Quæst. XVI.

Pax an sit habenda à consanguineis & hæredibus extraneis.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei in pace contrahenda præferuntur hæredibus extraneis.*
2 *Contrariam opinionem tenent Doct. per rationes adductas ibi.*
3 *Sed bonum erit ab hæredibus extraneis, & consanguineis obtinere pacem ad tollendas disputationes.*

1 Consanguinei interfecti in transactione, vel remissione pręferuntur hęredibus extraneis interfecti, cum ius faciendi pacem non sit hęreditarium, nec ratione hęreditatis, sed tantum ratione sanguinis cõpetat l. pro hęred. §. fi. ff. de acq. hęred. Petr. à Plach. Epithom. delict. lib. 7. c. 45. num. 2. in fin. Ruin. in l. 4. §. Cato num. 102. ff. de verb. oblig. Iul. Clar. §. fina. q. 58. vers. quęro nũc sub nu. 31. Et quia proximiores consanguinei pręferuntur hęredibus extraneis in iure accusandi, secundum magis communem opinionem attestatam per Petr. à Plach. Epith. delict. lib. 6. c. 39. nu. 4. & relatam per Farinacc. in tit. de accusat. q. 13. nu. 8. sub vers. meritò, ità etiam pręferri debět in iure faciendi pacem.

2 Contra hanc opinionem post Rip. in l. 4. §. Cato, colum. antepenult. de verbor. obligat. tenet Ant. Gomez tit. de delict. cap. 3. nu. 64. inquiens. Quia in hæredibus concurrit duplex ratio, vna est, quia hæredes repræsentant personam defuncti in omnibus, & per omnia, l. 2. §. fin. vbi gloss. & cõmuniter Doct. ff. de Præt. stipulat. Altera est, quia de necessitate tenentur accusare, & vindicare illius necem, l. 1. & per totam C. de his quibus, vt indign. & secundum opinionem Rip. & Gomez. Iul. Clar. in §. fin. q. 58. vers. Quæro nunc, sub nu. 31. testatur in illo Ducatu Mediolani non esse solitum admitti remissionem ab hęrede sanguinis, nisi etiam esset pax habita

bita ab hęrede bonorum, & ibi ſubdit hoc ſemper bonum eſſe ab vtroque hæ rede pacem habere.

3 Sed Farinacc. in d. quæſt. 14. ſub 23. non diſſentit ab opinione Ripæ, & Ant. Gomez; & ad illas duas rationes reſpondit ſubdens ſub nu: 24. quòd authoritas Iul. Clar. in d. q. 58. in d. verſ. Quæro nunc pone: quod bonum erit etiam ab hęrede bonorum pacem habere, & quòd hoc erit tutius ad effugiendas diſputationes; ſed non credit eſſe neceſſarium, niſi fortè in caſu, in quo ſtatutum minuens pœnam propter pacem expręſſè diſponeret eamdem pacē habendam eſſe ab hęredibus, licet ſubdat, quòd in hoc etiam caſu contrarium videtur ſentire Vulpell. in tract. de pace in quęſt. 11. Et idcò concludit, quòd circumſcripta expreſſa diſpoſitio ne ſtatuti, & etiam circumſcripta obſer uantia loci, remanebit concluſio vera, vt conſanguinei, & hæredes ſanguinis pręferantur hæredibus bonorum.

Quid autem dicendum, ſit ſi filius, vel pater reſpectiuè vnus alteri non fuerit hæres, an adhuc pax ſit habenda à patre, vel à filio reſpectiuè, vide quæ dixi ſupra in quęſtione 13.

Quæſt. XVII.

Pax à pluribus conſanguineis quomodo ſit habenda.

SVMMARIVM.

1 *Pax eſt obtinenda à maiori parte conſanguineorum, vel proximiorum interfecti.*

2 *Contrariam ſententiam tenent Doctores, vt ſit habenda ab omnibus conſanguineis.*

3 *Sed contra iſtam opinionem contrariam tenent Doct. ibi.*

4 *Authoris opinio circa prædicta.*

5 *Pax quòd ſit habenda ab omnibus conſanguineis magis procedit quando ſtatutum diſponeret, quod habita pace homicida penitus pœnam euaderet.*

6 *Pax à maiori parte conſanguineorum habita ſufficeret, dummodo omnes conſanguinei inſimul in aliquo loco ad pacem faciendam congregati fuerint, ſecus ſi ſeparatim.*

7 *Sed ſufficeret, quòd omnes conſanguinei fuerint requiſiti, vel citati, quia deinde maior pars congregata ſufficeret.*

8 *Item declara quando commodum ex pace proueniens eſſet omnibus æqualiter diſtribuendum, ſecus ſi conſanguineis tantummodo exiſtentibus.*

9 *Pax habita à principali, vel ab alijs, ad quos ſpectat operatur, vt non poſſit amplius de eadem cauſa tractari.*

1 IAm in quæſtione duodecima in principio vidimus, quod pax eſt obtinenda à conſanguineis proximioribus defuncto, nunc videndum eſt an ſufficiat illam obtinere à maiori parte conſanguineorum, vel ab omnibus obtinenda ſit, & videtur, quòd ſufficiat pacem habere à maiori parte conſanguineorum, vel proximiorum interfecti ſecundum Petr. à Plach. in Epithom. delict. cap. 46. numero primo ſequen. libro ſexto, vbi poſt alios, quos allegat latè hanc opinionem comprobat, & ad illam ſic tenendam ſe fundat in illa generali concluſione, vt ea, quæ fiunt à maiori parte, ab omnibus facta cenſeantur cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte, l. reſcript. vbi Doct. ff. de pact. & ſicut maior pars creditorum poteſt minori parte pręiudicare in remittendo partem debiti per tex. in l. maiorem, ff. de pact.

& l. suum hæredem §. hodie tamen, ff. eod. ità etiam in faciendo pacem, & peream remittendo partem pœnę delinquenti, maior proximiorum pars debeat sufficere, & minori pręualere.

2 Contrariam sententiam quod pax sit habenda ab omnibus proximioribus consanguineis, & non sufficiat consensus maioris partis tenet Nell. de Bannit. 3.par.2.temp.q.39.& magis in terminis, Ant. Gomez.tit.de delict.c.5.n. 35.sub vers.item etiam intellige,& c.3 sub nu.61.

3 Sed Farinac.in d.q.14.n.5.dicit sibi magis placere primam opinionem vti veriorem, & ęquiorem, & ibi respondet ad rationes adductas per Nell. & Ant.Gomez.in locis supra adductis, & Decian.in respons.38.n.13.vol.1.etiam firmat hanc opinionem esse ęquiorem, tutiorem,& humaniorem.

4 Quę opinio Farinacc.& Decian.nullo modo mihi placet,sed vt omnes consanguinei debeant remittere iniuriam, vt in omnibus dicatur sublatus rancor, & odium inter homicidam, & ipsos consanguineos, vt penitus tollantur scandala, & propterea quilibet consanguineus repręsentet pro sua parte personam interfecti,sicque ad hoc,vt dicatur concessa remissio debent omnes in ea interuenire,vt etiam videtur sentire in pluribus hęredibus Iul. Clar.§. fi.q. 58.nu.33. vers.hæc opinio, & Vulpell. in tract.de pace,q.19.seqq.

5 Quę opinio, vt ab omnibus consanguineis habenda pax sit,magis procederet,quando statutum mādaret,quod pace habita, homicida penitus pœnam euaderet; quia sicut isto casu maior pars creditorum non potest minori pręiudicare in remittendo totum debitū. Roman. sing.99.& Strac.in tract. de Mercat.tit.de decoctorib.6.par.nu. 13. ità maior pars consanguineorum non suffragabitur homicidę in remittendo totam pœnam, vt ità argumentando tenet Petr. à Plach.in d.cap.46. nu.1.prope finem,& Farin. in d. q.14. n.6.testatur quòd hoc non possit induci, vt homicida puniri valeat pœna pecuniaria,Plor.cons.133.nu.7.tom.1. Crim. Diuers. Iul.Clar.in Pract.Crimi. §. homicidium, vers. sed numquid valet statutum. Battand. reg. crim. 87. Ergò multo minus poterit maior pars omnem pœnam remittere: & sic erit prima limitatio si quis vellet inhęrere opinioni, Farinacc. & Decian.

6 Secundo limita, & intellige, vt tunc demum valeat pax habita a maiori parte consanguineorum in eodem gradu existentium, dummodò omnes insimul ad pacem ineundam in aliquo loco fuerint conuocati, & congregari; secus si separatim, & particulariter pax data fuerit, quia non valebit etiam si fuerit habita à maiori parte, vt videtur tenere Villapan. in l. 22. 2.par. §. 53. num. 1. quem sequitur Petr. a Plac. in dict.cap.46.nu. 14.seqq.Farinac.in d.q.14.n.8.ea potissimum ratione, quia in actibus tangentibus plures vt singulos, & non vt vniuersos, vt in isto casu vt maior pars alijs pręiudicet, debent in vnum congregari, cum facilè contingere valeat, quòd minor pars in suam sententiam maiorem trahat.

7 Sed ad tollendam huiusmodi obiectionē satis est,quòd omnes consanguinei fuerint requisiti,& citati;qui si deinde recusent venire, maior pars insimul congregata poterit pacem inire,& suffragabitur delinquenti;ità declarando tenet Petr.à Plach. in d.cap.46.nu. 14. seqq. quem sequitur Farinacę. in dict.quęst.14.num.9. in fin.& Bonifat. Vitalin. in Tract.Crimin.rubr. de pace nu.22.dicit in proposito quòd Vniuersitas ad pacem ineundam debet deputare sindicū, vel omnes Consiliarij consentire debent, & debent etiam vocari sono tubę, vel campanę, vel saltem duę partes omnium consiliariorū

debent eſſe præſentes, & maior eorum pars debet conſentire, & ſubdit, quod debeat etiam accedere conſenſus, & authoritas ſuperioris.

8 Tertio limita, & intellige dummodò commodum, & lucrum ex pace proueniens ſit æqualirer commune omnibus conſanguineis proximioribus, vt quando pecunia ex pace habenda æquali portione inter omnes conſanguineos diſtribuenda eſſet. Itẽ quando concederetur pax vt pro defuncti anima expẽſis homicidę miſſæ celebrentur, vel filiæ interfecti certa quantitas pecuniæ conſtituatur, vt nuptui ſe tradere poſſit, & in alijs ſimilibus caſibus; vt pax inita per maiorem partem conſanguineorum teneat. Secus autem vbi dictum lucrum, vel commodum ſibi conſanguinei conſentientes applicaſſent, excluſis alijs, vel alijs etiam detuliſſent, ſed inæqualiter, & tunc maior pars cõſanguineorum non poteſt in præiudicium minoris partis pacem inire, ſecundum Petr. à Plac. in d. c. 46. n. 1. in fi & n. 16. ver. his ſanè præmiſſis, quem ſequitur Farinac. in d. q. 14. nu. 10.

9 Sed benè verum eſt, quod pax habita a principali, vel ab alijs, ad quos ius quærelandi ſpectat, non poſſunt amplius, neque ex eodem, neque ex nouo proceſſu tractare de dicta cauſa. Carauit. rit. 272. n. 26. Baiar. in §. fi. q. 58. n. 60. vbi teſtatur, quod hoc eſt benè notandum; quia ità ſeruatur in practica.

Quæſt. XVIII.

Pax eſt habenda a pluribus hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Pax aliqui tenent, vt ſufficiat ſi habeatur ab vno hærede tantum.*

2 *Quæ opinio communiter reprobatur.*

3 *Pax ſufficit, vt habeatur à maiori parte hęredum, ſecundum magis communem opinionem.*

4 *Pax ſecundum alios Doct. eſt habenda ab omnibus hæredibus.*

5 *Author ſequitur hanc opinionem per rationes per eum adductas.*

6 *Quę Authoris opinio eſt tenenda etiam quod ſtatutum loquatur in numero ſingulari, vt eſſet habenda ab hęrede, quod ab omnibus haberi debeat.*

7 *Diſtinctio Bal. circa iſtam opinionem.*

8 *Pax eſt habenda ab omnibus hæredibus, ſi ſtatutum diceret, quod vnanimiter, ſeu concorditer pax ab hæredibus habenda ſit.*

9 *Pax de conſuetudine eſt habenda ab omnibus hæredibus.*

10 *Maior pars hæredum non intelligitur reſpectu perſonarum, ſed reſpectu quotæ hæreditatis, in qua ſuccedunt.*

1 SVcceſſiuè eſt videndum an pax ſit habenda ab omnibus hæredibus, vel ſufficiat illam habere ab vno hærede, vel à maiori parte hæredum, in qua quæſtione tres fuerunt opiniones; & prima fuit, vt ſufficiat illam habere ab vno hærede tantum, vt per Oldr. in l. ſi plures ff. de leg. 3. cuius opinio tribus corroboratur coloratis rationibus, quas reaſſumendo referunt Ant. Gomez. in tit. de delict. cap. 3. num. 63. & Petr. a Plach. d. cap. 46. num. 4.

2 Quę prima opinio communiter reprobatur, vt teſtatur Alciat. in l. 4. §. Cato. n. 168. & ibi Crot. n. 81. ff. de verb. obli. vt etiam refert, & teſtatur Iul. Cla. in §. fi. q. 58. n. 39. & Farinac. in tit. de accuſ. q. 14. n. 12. in fi. & nu. 15. in princ.

2 Secunda aliorum fuit opinio, vt ſufficiat pacem habere à maiori parte hęredum. Bar. in d. l. 4. §. Cato nu. 33. quem ſequuntur Doct. adducti per Ant. Gomez c. 3. n. 63. Boſſ. in tit. de Pace n. 21. Io. de Amic. conſ. 88. n. 6. vbi de magis

communi,& æquiori opinione,& illam esse in iudicando tenendam, vt refert Iul.Clar.S.fin.d.q. 58.sub nu. 33. vbi alios concordantes allegat, & eosdem Doctores retulit Farinacc. in d.q. 14. nu. 13. & eamdem opinionem æquiorem, & humaniorem, ac tutiorem, & magis cōmunem dicit Decian.respons. 38.num.13.vol.1. And.Fachin. in controuer.iur.lib.10. cap. 58. tuetur hanc Bart. opinionem, & illam dicit iuri, & & æquitati esse magis consonam Bonifac.Vitalin.in tract.crim.Rub. de pace num. 15. in fin. vbi testatur hanc opinionem esse veriorem Iul. Feret. in tit. de ferijs.nu.134.

4 Tertia fuit opinio contra Bar.quod non sufficiat maior pars hæredum, sed consensus omniū requiratur. Ant. Gomez.in d.cap. 3. sub nu. 63. qui alios concordantes allegat,&illam quinque validissimis rationibus comprobat, & aliam rationem affert Petr. à Plach.in d.cap.46.nu.7.vers.& præter alios,Io: de Arn.Dialog.14.vbi de commūni,& magis communē testatur Couarr. var. resolut.lib.1.cap. 13.nu.8.vers.4.hinc Vulpell.in tract.de pace q.19.num. 3. vbi testatur de crebriori sententia, & alios concordantes allegat Farinacc. d.quæst.14.nu.14. vbi alios congerit, & testatur etiam de magis communi. Iul.Clar.S.fin.in d.quæst.58.sub n.33. vers.multi autē,vbi alios allegat. And. Fachin. in dd. suis controuers. Iur.lib. 10.cap.58.sub. vers.negant autem, allegat alios Doct.tenentes contra Bart. & post Fœlyn.testatur opinionem Bar. communiter reprobari, cum qua ego etiam libenter pertranseo ad euitanda

5 scandala,ne minor pars videns†homicidam ad patriam restitutum contra, cum insidiaretur, & quies publica deturbaretur, & quilibet hæres suam satisfactionem habere debeat,vt cōsiderauit Iul.Clar.in loco proxime citato, & quia etiam in iuribus singulorum l. quod maior ff. ad municipal. non procedit,vt etiam tenet,& considerat Vulpell.in d.q.19.nu. 3.

6 Primo tenendo istam opinionem contrariam, illam amplia, vt procedat quod pax sit habenda ab omnibus hæredibus, etiam quod statutum loquatur in numero singulari,vt scandali occasio auferatur,vt tenet idem Vulpell. in q.20.& testatur de veriori opinione:cū illa magis inhæreat menti statuentiū,vt sit habēda pax ab omnibus hæredibus,vt scandali occasio adimatur,quæ(hęredū parte tantū vna assentiēte)magis cresceret,&eādem opinionem sequitur vti veriorem Baiard. ad Iul.Clar.in S:fin.q.58.nu 5.7. reiecta opinione Boer.in decis.121.n.3.Marsil. in tract.de Bannit. in verb. pace n.49. vbi concordantes allegat.

7 Sed Bal.in l.1.nu.6.ff.de pact.distinguit. Aut tractatur de beneficio pacis quantum ad commodum statuti,quod non respicit iniuriam reliquorum cohæredum,sed aliquam relaxationem pœnæ Fiscalis, & tunc vnus hęres possit dare pacem, quando statutum vtitur numero singulari, Aut agitur de aliquo præiudicio cohæredū, & tūc vnus in alterius pręiudiciū pacē facere nequeat, vt si per talem pacem perderet aliquod commodum debitum hęredibus occisi ex forma statuti.

8 Secundo amplia, vt eadem opinio, quod ab omnibus hęredibus pax habenda sit, magis procedat,quando statutum requireret quod pax haberetur concorditer, siue vnanimiter ab hæredibus; quia eo casu sine dubio requireretur,quod omnes consentirent, nemine discrepante, secundum communem Doctorum sententiam attestatam per Claud.in l.4.S. Cato nu. 43. ff. de verb.oblig. & relatam per Iul.Clar.in d.S. fin.quæst.58.nu.33.in fine, vel si vteretur numero plurali; quia diceret ab hęredibus.Bal.in l.1.nu.5.in fine.ff. de pact.

9 Tertio amplia,vt eadem opinio procedat

cedat de consuetudine, vt ab omnibus pax habenda sit; vt de consuetudine Mediolani testatur Iul. Clar. in d. q. 58. sub. nu. 33. circa finem in vers. & in hoc dicatur, ac etiam idem obseruatur in Regno Neapolitano per Reg. Prag. 8. sub tit. de compos. vt remissio, seu pax sit ab omnibus habenda, quibus successio defertur.

Opinio autem Bar. & sequacium, vt sufficiat pacem obtinere a maiori parte hæredum tuetur Farinac. vti magis communem, æquiorem, & magis rationabilem, & alteram opinionem contra Bart. esse nimis duram, & rigidam affirmat in d. quæst. 14. nu. 15.

10 Primo, limita, & intellige, vt maior pars hæredum non intelligatur respectu personarum, sed respectu quoque hæreditatis in qua succedunt: & ideo si duo hęredes succedant in duabus tertijs partibus hæreditatis, quinq. alij vero hæredes succedant in alia tertia parte eiusdem hæreditatis, pax habita ab illis duobus hæredibus dicetur habita a maiori parte; numerus autem personarum ad maiorem partem constituendam tunc attenditur, quando hęreditariæ portiones, in quibus hæredes succedunt, sunt æquales, alias secus. Quam declarationem post antiquiores Doctores, quos allegat in specie tradit Ant. Gomez. in d. tit. de delict. cap. 3. sub nu. 63. eamdemq. sequutus fuit Petr. a Plac. in d. capit. 46. nu. 7. & Farinacc. in d. q. 14. nu. 17. & 18.

Item limita eamdem Bar. opinionem eisdem modis, quibus fuit limitata quęstio antecedens de pace habita a maiori parte consanguineorum, cum omnes applicentur huic etiam opinioni Bar. & aliorum, vt testatur Farinac. in d. quęst. 14. nu. 16.

Quæst. XIX.

Pax quomodo sit habenda quando non datur aliquis hæres.

SVMMARIVM.

1 *Gratia obtenta cum clausula de obtinenda remissione a parte substinetur, si nullus hæres remanserit post mortem interfecti.*

2 *Statutum imponens pœnam non habenti pacem ab offenso intelligitur quando offensus adest, secus si non adesset.*

3 *Blasphematur potest extrahi in honorem Natiuitatis Domini Nostri etiã si adesset clausula habita pace; quia intelligitur dummodo adsit certa persona offensa.*

4 *Gratia in aliquibus locis cum illa conditione habita pace solet approbari, licet non adsit offensus, vel eius hæres, dummodo infra aliquod tempus pacem obtineat.*

5 *Vel si offensus fuisset ignotus solet approbari gratia quod si dictus offensus comparuerit in loco, offendens debeat habere remissionem in termino duorum mensium; alias gratia sit nulla.*

6 *In Regno Neapolitano quid seruetur quando persona offensa est incognita, vide ibi.*

7 *Iudex non potest in statu Ecclesiastico adstringere reum absolutnm ab cautionem præsentando etiam ad instantiam Fisci.*

1 SI nullus adsit hæredes, a quo pax haberi possit; quia forsan fuit commissum delictum in personam alicuius hominis incogniti, & tunc remissio delicti obtineri non possit, gratia remissionis substinetur; quia

quia clausula de obtinenda remissione partis inserta in gratia intelligitur quando pars est certa, nõ quando ignoratur a quo sit petẽda. Batt. in cons. 167 quod minister fratrum, quem refert, & sequitur Apostill. ad Ang. de Malefic. in verb. & ad quærelam nu. 12. in littera A; vt refert etiam Carauit. in rit. 272. nu. 28. seq. vbi dicit; quia clausula generalis refertur ad ea, ad quę commode referri potest l. 1. §. cœterum iuxtà gloss. in vers. ex superioribus ff. de postul. & clausula non debeat obligare ad impossibile iuxta l. impossibiliam cũ similib. de reg. iur. & Mars. in tract. Bannit. in verb. pace nu. 23. dicit quod si statutum imponat pœnam non habenti pacẽ ab offenso, intelligitur quãdo offensus adest, secus si non adesset a quo haberi non posset.

3 Hinc infertur quod si aliquis habeat priuilegium extrahendi carceratos in honorem Natiuitatis Domini nostri, dummodo carcerati habuerint pacem ab offenso, blasphemator carceratus poterit extrahi, cum illa clausula, quod habeat pacem, intelligatur quando persona est certa, vt post Bart. in. d. cons. 177. tenet Apostill. in d. litera A, ad Angel. de Malefic. in loco supra citato: Quod est notandum hic in Curia Romana, cum multæ confraternitates, & alia loca pia habeant a summo Pontifice similia priuilegia cum clausula præfata.

4 Et in statu Mediolani solent approbari literæ gratię, quando nullus adsit hæres, a quo pax haberi valeat, apposita conditione, vt si aliquis hęres apparuerit teneatur gratiatus infra aliquod certum tempus, puta vnius mensis habere pacem ab ipso hærede, alias gratia sit nulla, vt testatur Iul. Clar. in d. q. 58. nu. 35. in princip. §. fin. & idem dicit seruari quando offensus fuerit forensis, & absens adeo quod ignoretur vbi commoretur, vt soleat approbari gratia.

5 Quod si comparuerit offensus in Dominio Mediolani, teneatur offendens in termino duorum mensium habere pacem ab eo, alias sit nulla ad quam obseruantiam Mediolani etiam se refert Iul. Clar. in d. q. 56. nu. 25. Carauit. in d. rit. 272. in fin. vers. Quid autem seruetur. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 174. nu. 48.

Qui Iul. Clar. in eadem q. 58. subit n. 35. testatur idem fuisse seruatum vigore Decreti gratiosi, licet deinde fuerit per Senatum conclusum, vt amplius delinquentes non admittantur ad gratiam sine remissione partis, sed debeat impetrare gratiam particularem, quã resolutionem tutiorem putat, cum tempore decreti gratiosi declarationes fiant per Iudices inferiores, qui non ad omnia diligenter aduertunt, prout facit Senatus, coram quo gratiæ particulares præsentantur.

6 In Regno Neapolitano seruatur vbi hæres est incertus, vel persona offensa incognita, vt recipiatur cautio de stando iuri cum parte quandocunq. superuenerit, antequam ad compositionem, vel gratiam reus admittatur; vt testatur Carauit. in d. ritu 272. n. 29. in fin. & quod ita vidit fieri multoties, sequitur etiam Baiard. ad Iuli. Clar. in d. §. fin. q. 58. nu. 62. in fine.

Sed idem Carauit. in d. rit. 272. nu. 29. sub vers. vnum tamen, hoc non simpliciter admittit, sed solum, quando multa cõcurrerent, propter quæ Iudex posset inquisitum componere, & esset quasi certus, quod nunquam superuenirer, & consulit Iudicibus, vt talem compositionem nõ faciant absq. licentia Proregis, quem putat nunquam talem licentiam esse concessurum etiam in casu per eum proposito.

Imò sub eodem nu. 29. in d. rit. 272. dicit quod Iudex non debet componere, cum pars læsa non sit concordata, prout ille ritus requirit; sed debet hoc modo se habere quod aut Iudex est in pro-

probatis adeò quoad ad ſententiam pœnæ ordinariæ, vel extraordinariæ etiã pæcuniariç deuenire valeat; tunc debet reum condemnare; Aut non, & tũc debet abſoluere, vel liberare cum cautione de ſe repræſentando quoties fuerit requiſitus, iuxta practicã gloſſç, Bal, & Salycet. in l. ſi qui n. 6. C. de Adult. Quæ Carauit. ſententia mihi multũ placet, quia iſto modo erit me-
7 lius ſatisfactũ Iuſtitiæ; ſed in ſtatu Eccleſiaſtico Iudex animaduertat inquiſitum non abſoluere, ſed illum dimittere cum dicta cautione, abſq. abſolutione; cum vigore Bullæ Pij Quarti Conſt. 64. ſuper reformat. Trib. Vrb. verſ. Nec. ad eius. inſtantiam, Iudex reũ abſolutũ non põt amplius nec ad inſtantiam Fiſci cogere ad cautionem prçſtandam de ſe repræſentando; & ego recordor quod alias ex iſto capite obtinui in Tribunali Auditoris Cameræ quemdam abſolutum cum iſta conditione quod teneretur prçſtare dictam cautionem de ſe reprçſentando ex capite iniuſtitiç contra expreſſam diſpoſitionem d. Bullç ſententiam præfatam reuocari.

Quæſt. XX.

Pax an ſit habenda ab amicis defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Amico competit ius accuſandi ſuper nece amici.*

2 *Amicus poteſt pacem facere pro ſuo amico.*

3 *Amicus continetur appellatione ſuorum.*

4 *Amicitia operatur, quod ſi concurrant plures conſanginei in eodem gradu, amicus omnibus alijs præferatur in faciendo pacem.*

5 *Limita, & intellige in amico maxima amicitia coniuncto.*

6 *Amico competit ius accuſandi, & facien di pacem, alijs conſanguineis non exiſtentibus.*

7 *Item intellige ſi querelam inſtituerit ſuper nece amici, vt ab eo ſit habenda pax, alius ſecus.*

1 AMICITIA operatur, vt amicis defuncti cõpetat ius accuſandi ſup nece amici, vt in ſpecie tradit Bal. in l. 1. n. 49. verſ. quid de ſingulari amico C. qui accuſ. non poſſ. cuius opinionem pluribus au thoritatibus Legiſtarum, Canoniſtarũ & Theologorum Doctorum comprobat Petr. a Plach. in Epithom. delict. cap. 43. per tot. vbi ex hoc infert ami-
2 cum poſſe tranſigere, & pacem facere ſuper nece defuncti amici, cum regulariter amicitia, & coniunctio a Iure çquiparentur, vt plura excẽpla ibi Petr. a Plac. refert; imo plus efficaciæ habere amicitiam, quam coniunctionem affirmauit poſt alios, quos alleg. Tiraq. in tract. de retract. in præfat. nu. 24. &
3 ob id ſuorum appellatione, & amicos contineri dixit gloſſ. in l. latæ culpç S. Amicos ff. de verb. ſignifi. & late proſequitur Farin. in tit. de accuſ. q. 13. n. 31. 32. 33.
4 Primo amplia, quod ſi in accuſando ſuper nece defuncti cõcurrant plures conſanguinei in eodem gradu exiſtẽtes, ſi vnus eorum eſſet maiori amicitia defuncto adſtrictus, ille erit ante ponendus, cum in ea conſideretur vinculum conſanguinitatis, & amicitiç. Item quia præſumitur quod ille maiori dolore afficiatur, quam alij conſanguinei etiam quod ſint in eodem gradu, & quia diligentiorem ſe habebit in vindicando mortem defuncti, quam cæteri conſanguinei, vt declarat Pet. a Plach. Epithom. delict. c. 47. nu. 4. & ſequitur Farinac. in quçſt. 13. nu. 30.

tit.

tit.de accusat. Et ideo per regulam generalē pluries desuper adductam, magis requiratur pax a cōsanguineo, vel hærede amico defuncti, quam ab alijs consanguineis, vel hęredibus non ita amicitia defuncto adstrictis, vt magis reddatur placatus animus dicti consanguinei, vel hæredis amici, & scandala euitentur.

5 Primo limita, & intellige supra firmatam conclusionem procedere, non in simplici, & de recenti amico, sed in amico maxima, & singulari amicitia adstricto, vel cōiuncto, quæ difficilius tollitur, quam beneuolentia ex propinquitate resultans; vt bene declarat Petr. a Plach. in d. c. 43. sub. n. 2. & sub nu. 7. vers. quod ipse intelligendum opinor, & sequitur Farinacc. in d. q. 13. sub n. 33. vers. limitando primo, & nu. 34.

6 Secundo limita, & intellige, vt sicut singularis amicus, & maxima amicitia adstrictus pręfertur hæredi scripto & non alijs consanguineis; ita tale ius accusandi competat amico in defectū consanguineorum, & nō alias, vt post Plach. in d. c. 43. n. 7. in fi. & c. 45. n. 3. tradit Farin. in d. q. 13. n. 35. sicq; etiā ex generali conclusione allegata est dicendum, quod amicus in faciendo pacem hæredi scripto, & non consanguineis pręferri valeat,

7 Tertio limita, & intellige, vt tunc sit habenda pax ab amico, quando ipse pro nece defuncti amici prosequutus fuit contra delinquentem, quia instituit quærelam contra eum, sicut facere potest, vt superius dixi per Doct. Bal. in d. l. 1. n. 47. C. qui accus. nō poss. secus si iam voluntatē suam non osten derit contra delinquentem de morte amici; quia tunc omnino arbitror quod non sit habenda pax ab amico.

Quæst. XXI.

Episcopus & Abbas an possint pacem facere pro Ecclesia & Monasterio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus & Abbas non possunt remittere iniuriam factam Ecclesiæ, & Monasterio.*

2 *Nisi accedente consensu Capituli.*

3 *Priores siue Antiani Ciuitatis non possunt remittere iniuriam factam Ciuitati sine consensu Consilij.*

1 Episcopus non potest remittere iniuriam factam suæ Eccles. glos. in c. 1. in verb. punire de penis lib. 6. Boe. decis. 120. n. 5. vbi de commun. vt post Petr. a Plac. testatur Iul. Clar. q. 59. n. 22. S. fin.

2 Nisi accedente consensu Capituli, quia tunc, tam Episcopus quā Abbas possunt iniuriā Monasterio & Ecclesię factam remittere gl. 1. in c. contingit vbi Feli. n. 8. testatur de communi de sent. excom. prout etiā refert Folle. in pract. crim. Canoc. fol. 52. n. 58. & Iul. Cla. in d. q. 58. nu. 22. vers. hoc tamen intellige Nic. Mor. in tract. de treu. & pac. q. 137. n. 4. Mars. In tract bann. In verb. pac. n. 42. Et quando possit pacē facere de iniuria illata Clerico vel Monacho dixi supra in q. 13. sub 4. ampliatione.

3 Nec priores seu Antiani Ciuitatis possunt remittere iniuriā factā Ciuitatis sine cōsēsu Cōsilij Bal. in c. 1. S. iniuria punitur n. 6. de pac. iuramen. firm. quem sequitur Baiar. ad Iul. Cla. S. fi. q. 58. n. 35. Hercu. de caut. de non offend. c. 38. n. 15. post Iul. Fer. in tract. de re mil. tit. de fer. n. 18.

Quæſt. XXII.

An in blaſphæmia, vel alijs delictis in quibus offenditur ſolum Maieſtas Diuina requiratur conſenſus Superioris.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphæmator debet habere remiſſionem ab Epiſcopo de iure.*

2 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct.*

3 *De conſuetudine autem non requiritur remiſſio Epiſcopi, ſed ſufficit ſola ſacramentalis confeſsio.*

4 *Remiſsio, vel pax in omnibus caſibus, in quibus ſolus Princeps offenditur, ab ipſo met Principe eſt obtinenda.*

5 *Niſi Princeps locaſſet vectigal, vel gabellam alteri, in quibus fuiſſet commiſſum delictum, quia tunc requiritur remiſsio Publicani.*

6 *Statutum diſponens quod habita pace ab offenſo reus liberetur a pœna, blaſphæmatori, qui peccata ſua confeſſus fuerit non prodeſt.*

7 *Contrariam opinionem tenent Doct. vt debeat gaudere beneficio ſtatuti.*

8 *Decian. & Author ſequuntur hanc vltimam opinionem per rationes per eos ibi allegatas.*

1 IN blaſphęmia, per quam Diuina Maieſtas offenditur, de iure ad Epiſcopum ſpectat facere remiſſionē, vt teſtatur Iul. Cla. in §. fi. q.58.n.23. in princ.

2 Sed quod de iure nec etiam Epiſcopus poſſit pro blaſphęmia pacem facere poſt Bal. Bar. & Alex. teſtatur Marſil. in tract. Bannit. in verb. pace num. 48. & ibi expræſſe firmat quod nō poteſt fieri pax de delicto, in quo Deus offenditur.

3 Sed quicquid ſit de iure de conſuetudine non ſeruatur, vt requiratur remiſſio Epiſcopi, cum ſolus Deus ſit offenſus: ideo per ſacramentum confeſſionis pęnitenti ipſe Deus remittit. Iul. Feret. tit. de ferijs. n.46. Iul. Clar. in d. §. fi. q.58.n.23. vbi teſtatur ita ſeruari Mediolani, & quod alias Senatus Iudici Papię ita reſcripſit. & ego nunquam vidi, nec audiui hic in Curia Romana aliter obſeruari.

4 Quæ conſuetudo ampliatur procedere in omnibus caſibus, in quibus ſolus Princeps offenditur, vt ipſe ſolus indulgeat, & non ſit requirenda remiſſio alterius. Iul. Cla. in d. §. fin. q.58.n. 23. verſ. idem etiam, & ponit exemplū in aſportatione bladorum, ac in deferentibus ſal in dominio; dūmodo Prin-

5 ceps alteri vectigal ſalis non locaſſet; quia tunc requiritur conſenſus ipſius vectigalis, de cuius intereſſe agitur, & quod ita ibi Iul. Clar. teſtatur In contingentia facti fuiſſe per Senatum concluſum in gratia cuiuſdam Petrini Banchi Sfrolatoris ſalis. Card. Tuſc. tom.6. in verb. Pax concl. 174. n.45. ſeq.

6 Sed limita, quod ſi ſtatutum dictaret quod quicunq. habuerit pacem ab offenſo liberetur a pœna ordinaria, ſi baſphæmans cōfeſſus fuerit pecatum Sacerdoti, & abſolutionem habuerit, & ſic pacem fecerit cum Deo, nō gaudebit beneficio d. ſtatuti Catald. in tract. de ſindicat. num. 131. Ponzin. in tract. de Lamiſ. nu.86. Afflict. in Conſtit. Regni. Blaſphæmantes num.2. & ibi Gramm. n.7. Gerard. ſing.83. Couarr. var. reſol. lib.2. c.10. n.3. Deci. in tract. crim. tom.2. lib.6. c.5. n.16. verſ. ſed in hoc, vbi de veriori opinione. Baia. in d. q.58. n.36. qui teſtatur de magis communi.

7 Contrariam opinionem, quod gaudere debeat beneficio ſtatuti tenuit Bar. in quodam conſ. incipiente Quod Miniſter Fratrum, & eſt n.167. quem ſequi-

quitur Bertacc. in suo repert. in verb. blasphæmia n.6. vbi etiam testatur ita in facto obtinuisse, & Bar. etiã sequitur Io. de Anan. in c. vlt. col. 6. vers. vltimo dicit de maledic. Feli. in c. de his. n. 5. vers. 3. fallit de accus. Deci. cons. 127. n. 3. & Ferrat. cautel. 15. & alij adducti per Vulp. de pac. q. 26. n. 1. vbi videtur firmare hanc esse magis communem opinionem. Nou. in pract. cri., c. fi. n. 25. Boss. in tit. de pac. n. 28.

8 Sed Decia. in d. c. 5. sub n. 16. lib. 6. testatur opinionem contra Bar. esse veriorem, & tenendam, cui toto pectore assentitur, prout ego etiam assentior; quia statuentes cogitarunt pacem Ciuitatis suæ, & hominum in eo habitantium, vt concordes beneficio Ciuitatis inuigilarent; & non considerarunt pacem Ciuitatis Dei, de qua nullam habebant authoritatem.

Item quia statuta non recipiunt fictionem l. 3. ff. de negoc. gest. sed qui confitetur Sacerdoti videtur ficte habere pacem a Deo cum dicatur remissio & non proprie pax, assumendo pacem prout in hoc foro exteriori. Item quia alias semper fieret elusoriũ statutum, cũ quilibet accusatus vel timens accusari, vel statim ꝙ blasphemasset, posset confiteri peccata, & petere absolutionẽ. Itẽ quia absolutio Sacerdotis remittit pęnam spiritualem, & non temporalem, vt late prosequitur idem Decia. in d. c. 5. sub n. 16. & Baia. in d. q. 58 n. 36. eamdem opinionem tuetur late Vulpe in d. q. 19. n. 2. seqq. & quod in practica, cõtraria opinio Bar. minime substineri valeat; sed opinionem, contra Bar. esse veriorem, & ibi. concord. tenentes contra Bar. allegat.

Et quod dictum est supra de Blasphemia procedere possunt in simplici blasphemia, secus in hæreticali, cum ad solos Episcopos & inquisitores hęreticę prauitatis eius iudicium pertineat Direct. Inquisit. part. 2. q. 41. n. 2. Iacob. Simanc. de Catolic. Instit. tit. 8. de Blasphę. n. 6. Io. de Rogias tract. de Heretic. part. 2. assert. 12. nu. 179. seq. vers. Merito inquisitores Ignat. lo poz ad pract. crim. Can. Diaz. c. 110. De Blasph. vers. Quandoq; tamen.

Quæst. XXIII.

Pax cum quibus sit, vel non sit habenda.

SVMMARIVM.

1 *Pax quantum possibile est, cum omnibus habenda est.*

2 *Pax non est habenda cum vitijs.*

3 *Pax non est habenda cum hominibus iniquis neque cum improbis, proditoribus, transfugijs, & publicis hostibus, nec cum sacrilegis, aut Hæreticis.*

4 *Pax non est habenda cum exercentibus incestuosum coytum, neque cum Scismaticis, excommunicatis, neq. cum illis, qui per superbiam alijs iniuriam inferunt.*

5 *Pax non est habenda cum Tiranno.*

6 *Pax an sit habenda cum Principibus infidelibus pro defensione suorum bonorum remissiuè, & An cum eisdem possit haberi pax consulto Pontifice etiam remissiuè.*

7 *Pax non est habenda cum Maleficio, nec cum illis, qui Maiestatem Principis lęserunt, aut Patriam oppugnarunt, & cum illis, cum quibus Deus, aut veritas offenditur.*

8 *Bannitus cum publicatione bonorũ qui potest impune offendi, nec rumpitur pax vel promissio de non offendendo.*

9 *Pax non rumpitur ex quacunq. causa facta Bannito.*

10 *Bannitus offendens illam cum quo pacem fecit, tenetur pœna pacis ruptæ, & idem est in cautione de non*

non offendendo.

11 *Bannitus in cautione de non offendendo non comprehenditur nisi expresse dicatur.*

12 *Bannitus offensus ab eo, qui pacem fecit cum illo antequam esset Bannitus non operatur vt pax rupta dicatur.*

13 *Pax non rumpitur per offensionem factam Bannito per alium Bannitum.*

14 *Bannitum offendens non est tutus in foro honoris.*

15 *Bannitum offendens, quando peccet mortaliter.*

16 *Bannitum offendens, vt gaudere valeat beneficio statuti, debet probare illum esse bannitum, & quomodo probetur.*

1 PAX quantum possibile est, cum omnibus haben da est iuxta illud Apostoli ad Rom. 12. si fieri potest quantum in vobis est cum omnibus hominibus pacem habẽtes, & transumptiue 11. q. 3. inter verba & 3. q. 6. hæc quidpe, in fi. & Luc. de Penn. in l. vnic. nu. 11. in princ. C. de public. lætit. lib. 12. vbi tamen subdit, quod etiam cum pluribus non est habenda, & generaliter cum vitijs, cum quibus bellum potius est agendum Senec. lib. de morib. cum etiam Deus

2 vitijs irascatur, de pænis distinct. 1. quamobrẽ, & odio sint habenda peccata, & nõ homines 86. dist. c. 2. Auth. de mandat. Princ. §. non permittas.

3 Item non est habenda cum hominibus iniquis Esai. 49. Non est pax impijs, tales enim potius odio sunt habendi Psal. 100. facientes præuaricationes odiui. Item non cum proditoribus, transfugijs, aut publicis hostibus l. proditores ff. de re milit. l. 3. §. fin. ff. de Sicarijs. Nec cum Barbaris, aut hostibus Populi Romani cum quibus est comercium interdictum l. 1. & 2. ff. quę res exportari non possint; Nec cum sacrilegis, aut Hęreticis l. quemadmodum §. illud ff. de iuriurand.

4 Nec etiam pax est habenda, cum exercentibus incęstuosum coitum, qui nec salutandi, nec osculandi sunt 35. q. 8. Incestuosi, Item nec cum Schismaticis, nec cum excomunicatis, 24. q. 3. Clericus, & c. seq. Imo separari debemus ab istis, ne simul in peccatis eorum pereamus 24. q. 1. cap. dicimus Vitandaq. est eorum communio; nec etiam cum illis, qui per Superbiam alijs inferre, iniuriam sunt parati, nam istis est pugna potius resistendum, quam pace communicandum, & sic in malo fauendum Luc. de Penn. d. l. vnic. sub num. 11.

5 Minusq. cum Tyranno pax est tenenda, quem iustius est depellere, & occidere, quam sibi parere, & Tyrannus talis est, vt de pœna eius magis quam de amicitia cogitãdum sit Tit. Liu. de Bello Macedonio lib. 8. Inuita Tyrannorum nulla fides, nulla pietas nulla spes, nulla charitas, nullus, beneuolentię locus, omnia sibi suspecta, atq. sollicita sunt. Quis enim eum diligat, quem metuit, aut eum a quo se metui putat? Tyrannus vir est deceptionis, illudens detractionis Artifex, figulus falsitatis, qui dolum, virumq. nephas semper sub pectore habet, vt late exclamat Cicero lib. de Amicitia 8 Qualis ergo pax esse poterit cum Arcatantę inquisitais prout, etiam late prosequitur Lu. de Pen. in d. l. vni. n. 14

6 An cum principibus infidelibus habenda sit pax pro tuitione, & defensione suorum bonorum, remitto curiosum lectorem ad eos, qui de hac materia scripserunt, quos nõ ignoro licet omittam hic illos recensere, & an. consulto Pontifice cum illis pax possit haberi, videatur Masquard. in tract. de Iudæis part. 1. cap. 6. per totum.

7 Minusq. pax est habenda, cum Auspice, vel malefico, Hi enim sũt potius a nostræ domus limine depellendi seu prohibendi l. 3. C. de malefic. Mateematic. Item nec cum illis, qui læserunt Maiestatem principis, aut Patriã oppugnarunt l. fin. in fin. C. de abilit. 9

G Nec

Nec cum illis contra quos iustum bellum agi potest, nec cum illis, cum quibus si quis amicitiam contraheret speciem aut notam proditionis incurreret; & vbicunq. ex pace Deus, aut veritas, aut Iustitia offenditur, vt bene reasumit Luc. de Pen. in d. l. vnic. n. 13. Quia propter amicitias, Deus non est offendendus 17. q. 2. miror. neque veritas quam prę honorare Sanctum est, vt dicitur prima Ethicorum, Neq. iustitia, cui derogandum non est propter acceptionem aliquam personarum 3. q. 9. cap. necesse extra de Iudic. cnouit: Pessima enim pax est rebellare Deo, aut veritati, vel iustitię propter amicum; talis dilectio terrena est animalis, & diabolica, ęque nocens dilecto, & diligenti, & vnde experientia docuit, cum propter amicum, aut Deus contemnitur, aut veritas offenditur, aut Iustitia negligitur, is postea digno Dei Iudicio inimicus efficitur, vt late per Luc. de Penn. in d. l. vnic. n. 14. vbi plus subdit, quod cum impijs non est pax a viris iustis habenda, sed nec inter eos concordia est reformanda, sed discordia seminanda, cũ periculũ sit bonorum; concordia reproborũ.

8 Hinc etiam resultat, quod licitum est sine pęna violatæ pacis Bannitum sub publicatione bonorum, & qui vigore statuti impune occidi poterit, Trucidare, nec etiam quælibet alia promissio de non offendendo frangatur Doct. in l. qui seruum de verborum obligat. Alberic. late in 4. parte statutorum q. 28. per totam Nell. de Bann. in 3. 2 temporis q. 52. Dec. in cap. dilecti nu. 40. de exceptionibus, Marsil. in pract. crim. §. aggredior n. 84. Grat. cons. 44. nu. 22. lib. 2. Farinacc. q. 103. n. 46. vbi de commu. & crebriori Doct. sententia Iul. Clar. in §. homicidium n. 50. Nic. Mor. in tract. de treu. & pac. q. 107. nu. 2. Hercul. de caut. c. 23. nu. 5. seqq. & c. 33. n. 1. seqq. Baiard. ad Iul. Clar. in d. §. homicidium n. 231.

9 Et licet Iul. Clar. in d. §. homicidium vers. Quero aliquis, dixerit non procedere quando Bannum sequutum post pacem prouenit ex eadem causa pro qua fuit facta pax, & ob id si Bannitus offendatur pax vel cautio rupta dicatur, tamen talis Iul. Clar. declaratio non placet Carauite in pragmat. Regn. de Exulibus la prima n. 132. & Farin. in d. q. 103. n. 48. vbi subdit verius esse, quod ex quocunq. causa occidatur Bannitus post pacem & cautionem pręstitam, occidens non puniatur, neque de pace violata neq. de cautione fracta.

10 Bene verum est, quod licet per bannum superueniens possit impune offendi absque incursu pœnæ pacis vel cautionis ruptę, Bannitus, non tamen ipse actiue poterit eum, cum quo ante bannum fecit pacem, & promisit nõ offendere, & si offendat, censetur rupta, & pax, & cautio, quia per subsequens bãnum hęc obligatio non tollitur secundum magis communem opinionem de qua testatur Marant. in l. potest n. 124. ff. de acquirend. hęred. quam refert & sequitur Hercul. de caut. c. 23. nu. 1. & seqq. vbi ad contraria etiam respondet prout idem facit Nic. Mor. in trac. de treug. & pace q. 109. n. 9. Baiar. ad Iul. Clar. §. homicidium nu. 234. Nisi Bannitus si se defendendo alium offenderit, quia tunc cautionem non rumperet secundum Hercul. de caut. c. 23. n. 4. Baiar. in d. §. homicidium n. 235. de cuius veritate tamen late dixi in hac 1. parte de pace q. 62. & in 2. part. §. 3. de caut. q. 56. quæ hic reasumere volui pro clariori intelligentia, postq. omnia cõtenta in ista q. descripsi in locũ alterius quęstionis iam impresse & modo delete, & suppræsse.

11 Sed in cautione sine altercatione Bannitus non comprehenditur, nisi expresse dicatur, & ideo promittẽs pro se & suis consanguineis, etiam quod nõ offendet Sempronium nõ intelligitur promisisse pro Cõsanguineis Bannitis Tob. Non. cons. 112. per totum Rim. Iu.

cōs.299.n.27.lib.3.& Fari.q.103.n.54.
12 Si verò tempore promissionis de non offendendo vel inite pacis non esset Bannitus, sed bannū superuenerit, & tunc si ille offendatur, qui bannitus deinde effectus fuit pax vel promissio de non offendendo rupta dicatur, Bero. qui late hanc opinionem comprobat, & contrarijs respondet in c. quę in Ecclesiarum n.113.seqq. extr. de constit. vbi ampliat etiam, quod non adesset iuramentum, & affirmat hoc esse seruandum, tam in foro seculari, quam Ecclesiastico, ratione peccati, quamuis de iure ciuili contrari um dicat posse sustineri, & eandem opinionē latissime cōprobat Fortun.Garz. in repet. conuentionū n.3.& n.10.seqq. ff de pact. Marf.conf.9.n.22.seqq. & n. 38. seqq. qui tamen loquitur in treuga facta cum Bannitis, cum præsentia, & authoritate superioris Gratt.consil.57. lib.2.Carau.in pragmat.Regni de exul. n.36.seqq.vbi refert Iul.Cla.in §. homicidium vers.an licebit, dicentem, quod si ipse Iudex esset faceret decapitare amicum Banniti, qui sub expræssa fide de non offendendo ipsum interficeret. Menoch.de arbitrarijs lib.1.q.90.n.49. in fin.Nic.Mor.de treug.& pac.q.107. n.1.seqq.vbi hanc opinionem admittit, quo ad pœnam parti applicandam Baiard. in §.homicidium n.236.in fin. qui loquitur in fide data Bannito de nō offend.prout etiam ibi loquitur Iul.Clar.
13 Quę opinio maxime procederet, quando vnus Bannitus pacem faceret cum alio Bannito, quia tunc offendens bannitū pœna fractę pacis tenebitur, vt late cōprobat, & contrarijs respondet Nic. Mor.in tr.de treu.& pac.q.108.per tot.

Contrariam antem opinionem alij Doct. sustinent, vt non valeat pactum cum Bannito factum de ipsum non offendendo ob publicam vtilitatem. Nell.de Bannitis in 3.part 2.temporis q.51.vbi ampliat, etiam interueniente iuramento, & q.52.in fin.vbi testatur ita seruari Gozadin.cons.61.n.6.7.13.& 15. vers, nec obstat.Viu.opin.770.n.7.vbi reprobato, Bero.hanc contrariam opinionem tanquam comun. esse sequendam affirmat, Hercul.de caut.c.23.n.6. Farinac. in q.103.n.57.vbi alios allegat, & testatur de veriori, & crebriori sententia post Vulp.in tract.de pac.q.37.licet credant in foro honoris contrarium esse seruandum Bursat.conf.134.n.12.lib.2. Tob. Non.conf.112.n.23.seq.vbi relatis, & reprobatis contrarijs ita quotidie in Curia Perusina seruari testatur Simoni de Præt. conf. 78. per totum.Baiar.ad.Iul. Clar.in §.homicidium n.231.

Quæ opinio contraria magis procedit, quando statutum non solum permittit impune offendi Bannitum; sed etiam mandat expræsse ipsum interfeci, vt pax vel cautio per illius offensionem non rumpatur, ex traditis per Fortun.Garz. in d.repet.in l.cōuentionum n.10.seqq. quod est notandum in statu Ecclesiastico pro constitutione Sixti V. in ordine 6.per quam vnusquisq; tenetur pulsata campanę Bannitos persequi, & profligare. Idemq.erit quando statutum permitteret Bannitum occidi quocunq. modo vel omni meliori modo, vt per Carau.in pragmat.Regn.de Exul.la prima.n.37. Et quod in statuto permittente occidi impune Bannitos compræhendatur etiā quando vnus Bannitus occidit alium bannitum Deci.in c. quę in Ecclesiarum nu.67. extra de constit. vbi Aldobrandin.in Add.in litt.F.Marf. in pract.cri.§. aggredior.n.53.seqq.vbi testatur de veriori opinione.Brun.a sol.in q. legal. q. 26.n.59.seqq.Farin.q.103.nu. 119.vbi etiam testatur de communi; Et hoc in statu Ecclesiastico nouissime fuit concessum per bannimenta generalia Illustrissimi & Reuerendiss. D. Cardinalis Burghesij de ordine S. D. N. Pauli V. emanata de anno 1608. die 26. mensis Iunij, Imo vigore. dd. bannimentorum conceditur etiam præmium seu talea quicquid de Iure dubitari possit per ea quæ scribit Marf.in d.§. aggredior. nu. 54. num.60.Brun.a sol.in d.q.27.n.17. seqq.Farin.in d.q. 103.n.120. seq.

Sed quomodo autem caſus contingere poſsit, quod hodie in ſtatu Eccleſiaſtico fiat pax cum bannitis, cum vigore dictæ conſtitutionis Sixti V. ſit prohibita cũ illis omnis conuerſatio, & vnuſquiſq. eoſdem perſequi, & profligare teneatur, & ideo quomodo aliquis fideiuſſor poſsit pro eis accedere eum Bulla prçfata prohibeat in ſpecie conuerſationem etiã ad bonũ finem, & occaſione contrahende pacis, quam difficultatem poſt Carauit. in tit. de Exul. ſub n. 217. ſeqq. excitat Farinac. in d. q. 103. n. 60.

Quç dubitatio poterit omnino tolli, & caſus contingere etiam poterit, ſi permittente ſuperiore pax, treuga, vel cautio de non offendendo fuerit facta, vel præſtita vt dixit Marſil. in allegato conſ. 9. de treuga, & ego late dixi in 2. parte in 3. §. de cautione de non offen.

14 Bene verum eſt, quod occidens bannitum licet non incidat in pçnam fractæ pacis, tamen pænes graues Viros eiuſdem çſtimatio valde læditur, vltra Doct. alias adductos etiam firmat Hyer. Magon. in deciſ. Lucenſ. 40. nu. 13. Imo reputatur infamis Fel. in c. quæ in Eccleſiarum n. 14. ſeq. extr. de conſtit. vbi infert, quod ſtante ſtatuto, quod homicida non poſſit extrahi de Prioribus, ſi aliquibus occidat bannitum, non officij neceſſitate, ſed ex priuata inimicitia, nõ poterit eſſe de numero priorum; quia eſt infamis infamia facti, cum licet iſto caſu homicdium ſit tollerabile, tamen non eſt laudabile Boſs. tit. de Bannit. quid amittit. ſub n. 5. Viui. opin. 770. nu. 5. vbi refert, quod talis occidens in facto graui non poteſt eſſe teſtis Farin. q. 103. n. 351. vbi tamen allegat Io. de Andr. ſeng. 71. contrarium tenentem, & tandem ſub n. 353. declarat, quod ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, quod poſſit impune occidi homicida ſit infamis, ſecus ſi dicat quod poſſit offendi impune, & licite, vel ſi concedat licentiam interficiendi Bannitum ſine incurſu alicuius pænç, & ibi concordantes allegat.

15 Ac etiam, licet lege permittente occidatur, non tamen occidens eſt immunis a peccato mortali gloſ. in Can. inter hçc 32. q. 2. Fores Garzia. de Vlti. fin. in 11. illatione, Sot. de Inſt. & Iur. in q. 1. lib. 5. art. 2. & 3. Hyer. Magon. deciſ. Lucen. q. 2. n. 14. Burſatt. conſ. 134. n. 2. vol. 2. licet Felyn. in c. in Eccleſiarum n. 13. de conſtit. contrarium, teneat, vt occidens Bannitum lege vel ſtatuto promittente non teneatur in foro conſcientiæ prout refert Add. ad Magon. in d. deciſ. 41. in litt. B. Tandem Doctores concludunt in iſto articulo, quod ſi quis propria vindicta occidat Bannitum peccet mortaliter, & non Zelo Iuſtitiç, ſecus ſi Zelo Iuſtitiç, vt late relatis contrarijs, & illis reprobatis firmat Carau. ſuper pragm. Regn. de Exulib. n. 85. ſeqq. & ibi teſtatur de communi, vbi tamen ſubdit, ſe credere paucos occidentes Bannitos nõ peccare in foro conſcientiç, cum pauci ſint, qui ſolum Zelo Reipub. illos occidant; ſed bene aut propter vindictam, aut propter conſequendum præmium, aut, vt ſe eximant a proprijs delictis, vt late etiam refert Farin. q. 103. nu. 348. vbi alios allegat.

16 Et iſte occidens volens impunitatem homicidij, & fractionis pacis, debet probare occiſum fuiſſe Bannitum, & illum, qui in banno deſcriptus eſt Bar. in l. 1. nu. 3. ff. ſi vnus ex pluribus appell. Menoch. de prçſump. lib. 6. præſumpt. 15. n. 36. Maſc. de prob. lib. 1. conc. 162. n. 16.

Identitas perſonæ in quolibet particulari quomodo ꝓbetur late tradit Menoch. d. præſump. 15. n. 44. ſeqq. de præſumpt. & in ſeq. & quomodo probetur, quẽ eſſe Bannitũ Maſca. de prob. concl. 162. vol. 1. ponit plures modos; & in ſpecie, primo probetur per libros, in quibus deſcribũtur Bãniti. Maſc. d. conc. 162. n. 1. vbi alios alleg. Fari. q. 103. n. 355. qui refert eoſdẽ Doct. allegatos per Maſc.

Secundo probatur etiam ex ſcriptura non publica reperta tamen, in Archiuio publico Vniuerſitatis vel commu-

nis Maſc. de prob. d. cōc. 10. qui plures concor. alleg. & Farin. d. q. 103. n. 355.

Tertio probatur per ſumptum, adeo vt ſi regiſtrum fuerit conſumptum, vel conbuſtum, ſi fuerit ſumptum cum ſuis ſolemnitatibus, probatur Bannitus, vt poſt Nell. in tract. de Bannit. part. 2. n. 9. tenet Maſcard. d. concl. 162. nu. 12.

Quarto amplia, quando bannitus ſoluerit condemnationem ſed non eſſet delectus de banno, quia adhuc occidens gaudebit impunitate de quo vide late Maſc. in d. conc. 162. n. 13. ſeqq.

Quinto probatur quando Iudex examinat ipſum bannitum, & facit eum fateri ſe eſſe illum met, qui eſt deſcriptus in ſententia condemnatoria vel in banno, vt per Bart. in l. maior ſtipulante S. 1. n. 13. de verb. oblig. Menoch. de preſump. part. 2. lib. 6. preſump. 15. n. 38. Iul. Clar. §. fin. q. 96. n. 3. Rim. Iun. conſ. 647. n. 1. vol. 6. Petr. Caball. in q. crim. caſ. 120 in. 5. Flam. Cart. in tract. de execut. ſent. c. 2. n. 15. cum pluribus ſeqq. & Tirones poſſunt videre quamdam practicam illius Tranq. Ambroſinij lib. 6. cap. 1. per totum, & ita paſſim obſeruatur in practica prout ego ſemper obſeruaui.

Vel ſi neget, eſſe illum, qui in banno deſcriptus eſt, prout ſolent aliquando facere banniti ad differendam exequutionem ſententiæ, & tunc, aut debet torqueri, vt confiteatur ſe eſſe per perſonā deſcriptam in banno, Iul. Clar. q. 96. n. 3. ver. & add. vel ad eius faciē aliquos teſtes ſuper illius recognitione Iudices examinant Folle. in pract. crim. in verb. Captis foriudicatis recognoſcātur n. 1.

Sed talis recognitio non eſt facienda ad oculum, vt tollatur materia fabricandi falſum, ſed Reus conſtituitur inter duos vel tres, ſibi ſimiles, & teſtibus exhibetur, & interrogantur quis eorum ſit N. Foller. in d. pract. in loco citato n. 1. Cartar. in d. pract. de exequut. ſent. c. 2. n. 34. & Tirones habeant recurſum ad eundem Tranq. Ambroſ. in d. pract. lib. 6. c. 7. per totum.

Quæſt. XXIV.

Pax facta ſuper delicto prodeſt etiā ſuper qualitatibus in ea omiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta ſuper delicto ſine expreſſione qualitatū delictum aggrauantiū prodeſt inquiſito ad obtinendū beneficium diminutionis pœnæ ob pacem obtentā.*

2 *Pacem facientes ſuper delicto dicuntur certificati de illius qualitatibus.*

3 *Maxime ſi paciſcentes ſe referant ad proceſſum deſuper fabricatum.*

4 *Pax facta ſuper delicto certa die commiſſo includit delictum factum de nocte, cum appellatione diei veniat nox.*

1 PAx, vel remiſſio ſimpliciter facta de delicto in genere ſine expreſſione qualitatis delictum, vel eius pœnam aggrauantis prodeſt inquiſito ad obtinendum beneficium diminutionis pœnæ, ob pacem obtentam, cum qualitas ſit acceſſoria, & ſublato principali, acceſſorium etiam dicitur ſublatum; licet de ipſo acceſſorio, vel de qualitate aliquid nō fuerit dictum, late Tiraq. in tract. de conſtitut. poſſeſ. in 3. par. limit. 7. nu. 40. verſ. confirmatur. Bal. conſ. 768. lib. 4. quem ſequitur Petrin. Bell. in trac. de Bello par. 10. tit. 2. n. 110. in fi. verſ. Queritur ſi ſtatutum, quod conſilium de verbo ad verbum repetit Roman. in conſ. 449. Baia. in S. fi. q. 58. nu. 7. & latius proſequitur Petr. Cab. in qq. crimin. caſ. 175. fere per tot. Nic. Mor. in trac. de treu. & pac. q. 147. n. 11. & ſeq. vbi dicit; quia volē-
2 tes pacem facere dicuntur de qualitatibus certificati. Maſca. de prob. conc. 1268. num. 31. vol. 2.

3 Quę cōcluſio magis verificatur, quādo in Inſtrumento pacis paciſcentes ſe referunt ad proceſſum ſuper offenſione fabricatum, cum per relationem ad illum qualitas certa dicatur, vt Bald. &

Rom in dictis consilijs tenet,& refert,& prosequitur idem Petr. Caba. in d. cas. 175. nu. 2.

5 Hinc etiam substinetur, pax loquens de delicto commisso certa die, vt includat delictum commissum de nocte, cum appellatione diei veniat nox, & intelligatur pax de die 24. horarū, in quibus includitur, tam dies, quam nox, nō autē intelligitur de die artificiali de mane ad vesperas, qui lucem tantum comprehendit l. more Rom. ff. de fer. vbi Doc. & presertim Ias. in princ. sub n. 1. licet nonnulli alij contrarium tenuerint, vt per Cott. in suis Memorial. in verb. diē ante finem vers. & in his, quę superius retuli, sed Petr. Cab. in d. cas. 175. sub n. 5. & 6. inquit ad saluandam opinionem contra Cott. satis est, quod in commemoratione factorum de die simpliciter possint facta de nocte comprehendi, vt bene colligitur per eumdem Cort. in loco citato.

Quæst. XXV.

An neganti maleficium prosit pax ad diminutionem pęnæ a statuto concessam habenti pacem.

SVMMARIVM.

1 *Reus negans delictū sibi non suffragatur ad beneficium statuti minuentis pęnā.*

2 *Contrariam opinionem, vt etiā neganti delictum prosit pax, tenent ibi Doct.*

3 *Producens instrumentum pacis non dicitur fateri delictum.*

1 Reus negans maleficium, si postea producat pacis instrumentū, pax illa an prosit ei ad effectum reportandi commodū statuti diminuentis pœnam propter pacem, Primo aspectu videbatur dicendum quod huiusmodi pax sibi non suffragetur in pœnam mendacij, & quod per ipsam pacis productionem non possit confiteri delictum, sed tanquam allegans contraria non audiatur l. 1. C. De furt. & ita in proposito arguit Bal. in l. 1. sub n. 7. post vers. Item quæro an quod primo negatur C. de confess.

2 Contrarium tamen verius firmat idē Bal. in loco proxime citato, vt pax ad cautelam fieri possit, etiam neganti, sicut absolutio ab excōmunicatione præcisa obtineri potest, Item ad redimendam vexationem, & sic non est necesse veritatem maleficij præcedere veritatem instrumenti partis, & ad allegata in contrarium idem Bar. respondet, vt possent procedere si per instrumentum pacis probaretur delictum, sed quod differt negatio a productione pacis, quia si cōcordia nō prodest nisi in parte pænę, quæ remittitur per statutum, negatio tamen prodest in totum, si maleficiū non probetur; quia sequitur absolutio; quam Bal. opinionem tenet Cacal. de Bon. compag. in tract. de sindic. q. 187. sub nu. 124. ver. adde an instrumentū pacis prosit neganti; & eamdē opinionem tuetur Pet. Cab. in q. crim. cas. 74. n. 2. seqq. & eamdē Bal. opinionē sequitur Decia. resp. 56. n. 15. vol. 1.

3 Cum certissima, ac quotidie practicata conclusio, sit, vt producens instrumentū pacis nō dicatur fateri delictū, vt firmat Caral. in loc. citato sub n. 126. Blanc. in trac. de indic. n. 306. ver. pax, seu transactio Marsi. in pract. crim. §. diligenter n. 178. & seq. Iul. Cla. q. 21. n. 38. §. fi. & late Pet. Cab. in d. cas. 74. n. 30. de qua concl. dicam inf. q. 27.

Nec obstat, quod Nell. in tract. de Bannit. in 3. par. 2. tempor. q. 32. & sequen. nu 22. sequen. dicat tunc prodesse instrumentum pacis ad beneficium statuti obtinendum, quando pax non fuit simpliciter facta tāquam cum delinquente, sed tanquam cum simpliciter imputato de delicto cum requiratur

tur pax de contentis in imputatione, iri qua continetur, quod quis deliquit: Vnde non videatur satisfactum statuto per verba pacis, quæ non sunt affirmatiua, sed dubitatiua: quia ista opinio Nell. est contra Bal. a quo Petr. Caball. in d. cas. 73. nu. 10. in fine dicit nō esse recedēdum, cum rationes per eum allegatæ meliores videantur, & sufficere etiam debeat ad statuti beneficium consequendum, quod pars offensa remissionem iniuriç faciat imputato, etiā quod non fateatur se iniuriam intulisse, cum in vtroque casu resultet effectus quietis, & tranquillitatis, super quo finis a statuto est consideratus.

Quæst. XXVI.

Pax ab vno ex conrixantibus producta an prosit alijs, qui sunt contumaces ad obtinendum beneficium statuti.

SVMMARIVM.

1 *Pacis instrumentum productum ab vno ex conrixantibus prodest etiam alijs contumacibus.*

2 *Contrariam opinionem quod non prosit contumacibus tenent ibi Doct.*

3 *Socius in Criminalibus non gaudet priuilegio socij.*

4 *Declara, & intellige, prout ibi.*

1 QVANDO lex municipalis pacem habenti pęnam minuit, si pax ab vno ex conrixantibus producatur, alteri contumaci prosit, secundum Catald. in tract. de sindic. quæst. 187. n. 127. per tex. in l. 1. & 2. C. si vnus ex plur. appell. & ita de æquitate aliqui admittunt, vt per socium criminis beneficium sit alteri socio acquisitum vbi est eadem causa defensionis, & idemtitatis, vt per Gād. in tract. malefic. in rubr. de transact. & pact. in malefic. sub num. 17. vt etiam refert Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 75. nu. 7.

2 Contrariam opinionem tenuit Vulpell. in tract. de pace quæst. 65. vbi inquit quod non potest assentire Cataldino, cum statutum minuens pœnam propter pacem sit contra ius commune secundum Bald. in l. Diuus ff. ad syllan. quod etiam fatetur Cataldin. in d. quæst. 187. post num. 124. Vulpell. in tract. de pace q. 65. Et ideo est proprie intelligendum in producente, & statuti beneficium implorante; quam Vulpell. opinionem sequitur, & tuetur late Petr. Caball. in quæstion. crim. cas. 75. per totum, & sub n. 5. testatur quod semper fuit solitus in contingentia facti sequi istam Vulpell. opinionem per rationes ab eo allegatas, & per tex. in l. si quis vxori ff. de furt. vbi quod in 3 criminibus socius non gaudet † priuilegio socii, & per ea, quæ in puncto tradit Gand. in tract. de malef. rub. de Transact. & pact. in malefic. sub nu. 17. post vers. sed quid si dicam, & allegat etiam Ang. de Malefic. in verb. deducta quarta parte, numero septimo, versic. Quid autem si statuto debeat deduci, vbi decidit, quod qui vult ex pace consequi beneficium statuti in diminutionem pœnæ delicti debeat illam coram Iudice producere.

4 Ad ea, quæ in contrarium adducuntur, respondetur, vt illa procedant in his, quę inhærent facto ab initio, & ab eo separari nō possunt, in quibus quod per vnum fit, alijs etiam cōtumacibus, vel non facientibus prodest, secus autem in his, quæ postea superueniunt extra ipsum factum, & eo iam sequuto, in quibus quod vni cōuenit, nō omnibus conuenire dicitur, sed factū vniuscuiusq. inspicitur, & secundum illud quisq. iudicatur, & hoc siue agatur de dimi-

turam, concurrente aliquo alio adminiculo; & ibi testatur quod ita pluries obtinuit in facto, & seruatum fuisse vidit.

12 Alij autem Doctores conciliando istas opiniones cõtrarias distinguunt; Aut pax fit gratis, & amore Dei, Aut aliquo accepto, vel mediante pecunia, In primo casu per pacem quis non fateatur delictum, in secundo casu mediante pecunia resultet confessio delicti. Catald. Boncompag. in tract. de Sindicat. nu. 126. Brun. in Tract. de Indit. q. 3. par. 1. nu. 27. Marsil. in Pract. crim. §. diligenter n. 178. in princ. & in fin. & in Tract. Bannit. in verb. pace num. 29. Vulpell. resp. crim. 4. nu. 9. vbi de communi, Veronen. cautela 158. vers. sed si quis velit euitare Mascard. d. conclus. 500. nu. 4. vbi alios allegat, & testatur de communi Vulpell. in Tract. de pace q. 27. nu. 1. 2. 3. & 4. vbi etiam alios allegat. Farinacc. d. q. 5. nu. 20. titulo de Inquisit. Herculan. in Tract. de caut. de non offenden. cap. 36. n. 25. dicit quod pax simpliciter facta sine aliqua pecunia, tantum abest, quod non probet delictum, vt habeat vim exculpationis in fauorem imputati de iniuria illata in aliquem.

13 Contrariam opinionem, vt etiam si mediante pecunia pax habeatur non inducatur confessio delicti, tenet Bald. in l. furti §. pactus, circa medium, vers. extra quæro ff. de his, qui not. infam. vbi expræsse tradit, quod licet melius sit habere pacem gratis, quam per pecuniam, tamen neutro casu eam producens dicitur fateri crimen, quoad cõdemnationem, cum producatur ad cõdemnationem excludendam, & non debet contrarium effectum operari, & respondet ad l. quoniam ff. eod. titulo, quæ videtur probare quod transigens aliquo dato super delicto videatur illud fateri, vt loquatur respectu infamię, & non condemnationis Fiscalis, & quod fictio illius legis sit suis terminis contenta; quia fictiones sunt restringẽdæ, vt nõ operentur nisi in illo effectu, ad quem sunt ordinatæ, & Bald. post alios, quos allegat sequitur late Petr. Caball. in dicto casu 74. nu. 3. in fine, & nu. 4. & 5.

14. Ideo ex his forsan non erit vera opinio, vel distinctio facta a Farinacc. in d. q. 5. num. 19. vers. sublimita secundo, quod si producatur a Fisco instrumentum pacis, & pax super casu illicito, vel non permisso inducatur indicium ad torturam: Si vero a parte tunc in eodem casu non transigibili inducatur confessio delicti, cum oriatur duplex tacita confessio, vna ex instrumento pacis, altera ex ipsa productione, cũ producens instrumentum censeatur omnia in eo contenta fateri.

15 Imo si precio non fuerit facta pax, sed gratis, nec etiam oriatur indicium ad torturam contra paciscentem super delicto super quo fuerit inita, sed tantummodo ex ea resultet indiciũ quando per pecuniã facta fuerit, tenet Plot. in repet. l. si quando §. 51. nu. 16. C. vnde vi, & post alios, quos allegat ita expræsse tenet Baiard. in quæst. 21. num. 145. §. finali.

Etiam quod simus in casu non transigibili pax gratuita non facit indiciũ ad torturam Ant. Gabr. lib. 7. tit. de Crimin. concl. 23. num. 10. Cassan. cons. 58. nu. 22. Mascard. de probat. conclus. 500. nu. 4. sequen. vbi de communi vol. 1. Farinacc. d. q. 5. nu. 20. vbi alios allegat, vbi post Mascard. ampliat hoc dictum, etiam quod quis dederit, vel promiserit aliquid ei, in quem delicti culpa conferebatur, vt eum a culpa, ob quam in discrimen vocabatur, liberaret.

16. Idemq. erit si fuerit pax facta per patrem pro filio mediante pecunia, vt ex ea non oriatur indicium ad torturam contra filium, si ipse filius non cõsenserit Afflict. in constitut. post citationem in fine, vbi testatur habuisse

in

turam, concurrente aliquo alio adminiculo,& ibi testatur quod ita pluries obtinuit in facto,& seruatum fuisse vidit.

12 Alij autem Doctores conciliando istas opiniones cõtrarias distinguunt; Aut pax fit gratis, & amore Dei, Aut aliquo accepto,vel mediante pecunia. In primo casu per pacem quis non fateatur delictum, in secundo casu mediante pecunia resultet confessio delicti.Catald.Boncompag.in tract.de Sindicat.nu.126.Brun.in Tract. de Indit. q.3.par.1.nu.27.Marsil.in Pract.crim. §.diligenter n.178.in princ.& in fin.& in Tract.Bannit.in verb.pace num.29. Vulpell.resp.crim.4.nu.9.vbi de communi,Veronen.cautela 158. vers. sed si quis velit euitare Mascard.d. conclus. 500.nu.4.vbi alios allegat,& testatur de communi Vulpell.in Tract.de pace q.27.nu.1.2.3.& 4.vbi etiam alios allegat.Farinacc.d. q.5.nu. 20. titulo de Inquisit.Herculan.in Tract.de caut,de non offenden.cap.36.n.25. dicit quod pax simpliciter facta sine aliqua pecunia,tantum abest,quod non probet delictum, vt habeat vim exculpationis in fauorem imputati de iniuria illata in aliquem.

13 Contrariam opinionem, vt etiam si mediante pecunia pax habeatur non inducatur confessio delicti,tenet Bald. in l.furti §.pactus,circa medium, vers. extra quæro ff. de his, qui not. infam. vbi expræsse tradit, quod licet melius sit habere pacem gratis,quam per pecuniam, tamen neutro casu eam producens dicitur fateri crimen,quoad cõdemnationem,cum producatur ad cõdemnationem excludendam,& non debet contrarium effectum operari, & respondet ad l.quoniam ff.eod.titulo, quæ videtur probare quod transigens aliquo dato super delicto videatur illud fateri, vt loquatur respectu infamię,& non condemnationis Fiscalis, & quod fictio illius legis sit suis terminis contenta;quia fictiones sunt restringẽdæ,vt nõ operentur nisi in illo effectu, ad quem sunt ordinatæ, & Bald. post alios, quos allegat sequitur late Petr. Caball.in dicto casu 74.nu.3.in fine,& nu.4.& 5.

14. Ideo ex his forsan non erit vera opinio,vel distinctio facta a Farinacc.in d.q.5.num.19.vers.sublimita secundo, quod si producatur a Fisco instrumentum pacis, & pax super casu illicito, vel non permisso inducatur indicium ad torturam: Si vero a parte tunc in eodem casu non transigibili inducatur confessio delicti,cum oriatur duplex tacita confessio, vna ex instrumento pacis,altera ex ipsa productione, cũ producens instrumentum censeatur omnia in eo contenta fateri.

15 Imo si precio non fuerit facta pax, sed gratis, nec etiam oriatur indicium ad torturam contra paciscentem super delicto super quo fuerit inita, sed tantummodo ex ea resultet indiciũ quando per pecuniã facta fuerit,tenet Plor. in repet.l.si quando §.51.nu.16.C.vnde vi,& post alios,quos allegat ita expræsse tenet Baiard.in quæst.21. num. 145.§.finali.

1 Etiam quod simus in casu non transigibili pax gratuita non facit indiciũ ad torturam Ant.Gabr.lib. 7.tit. de Crimin.concl.23.num.10.Cassan.cons. 58.nu.22.Mascard.de probat,conclus. 500.nu.4.sequen.vbi de communi vol. 1.Farinacc.d.q.5.nu.20.vbi alios allegat,vbi post Mascard. ampliat hoc dictum,etiam quod quis dederit,vel promiserit aliquid ei,in quem delicti culpa conferebatur, vt eum a culpa, ob quam in discrimen vocabatur, liberaret.

16. Idemq. erit si fuerit pax facta per patrem pro filio mediante pecunia, vt ex ea non oriatur indicium ad torturam contra filium,si ipse filius non cõsenserit Afflict. in constitut. post citationem in fine,vbi testatur habuisse in

in facto, quem sequitur Io: Andr. de Nigr. in capit. 220. Ad consultationem n. 24. quos refert, & sequitur Baiard. in d. quæst. 21. num. 146. & etiam si consenserit adhuc non oriatur indicium ad torturam, si pax non fuerit conclusa, vt dixi supra in hac eadem quæst. numero.

17 Sed bene instrumentum pacis facit indicium contra paciscentem ad inquirendum, vt testatur Iul. Clar. in d. q. 21. nu. 26.

Si vero non constaret de corpore delicti, tunc nec ad condemnandum, nec ad torquendum, nec ad inquirendum sufficeret, cum etiam ex iuditiali confessione ne proprio emanata, nisi constet de corpore delicti nulla resultat probatio: ideo esset absurdum, vt plus operaretur tacita confessio resultans ex pace, quam ipsa expressa confessio, vt latet per Farinacc. in. d. q. 5. nu. 12.

18 Et remittens iniuriam per pecuniã efficitur infamis: tex. in d. l. quoniam ff. de his, qui not. infam. Marsil. in pract. Crim. §. diligenter nu. 176. & dicam in seq. quæst.

19 Si vero volumus sequi opinionem illorum, qui tenent posse sequi condem nationem ex pace inita in casu illicito, & a iure non permisso, seu mediante pecunia, vel aliquo accepto, ego non inueni huc vsque aliquem Doctorem, qui determinet pœnam sed est concludendum non posse irrogari pœnam ordinariam delicti, sed aliam extraordinariam: cum ex instrumento pacis non oriatur vera, sed ficta, & tacita confessio, vt habemus in d. l. quoniam; & tradunt Catald. de Sindic. num. 126. Brun. de indit. q. 3. prima par. num. 27. Ias. in l. transigere num. 20. in princ. C. de Transact. Petr. Caball. d. cas. 74. nu. 45.

20 Et vt possit irrogari pœna ordinaria, delicti confessio debet esse clara, certa, lucida, expressa, & explicita, & non tacita, neq. ficta, neq. in consequentiam, Marian. in cap. qualiter, & quando il. 2. num. 113. de accusat. Roman. cons. 455. n. 2. seq. Foller. in Pract. crim. in verb. & si confitebuntur par. 1. num. 65. in fine. Boss. in titulo de Confessis nu. 83. seq. & in tit. de confessis per torturam post nu. 12. & quam plures alij congesti per addentes ad Farinacc. in cons. 19. in litera I.

Sed ad effugiendum omnes supradictas difficultates, & disputationes, multæ in proposito a Doctoribus dantur cautela, vt ex pace præiudicium paciscenti non fiat, neq. oriatur.

21 Prima erit cautela, vt in instrumento pacis exprimatur, vt fiat causa se redimendi a vexatione, & vt euitentur sumptus litis, & non quod commiserit crimen, de quo pacẽ facit, vt post Tancred. de Corneto in sua compendiosa rubr. vltima q. 13. docet Ias. in l. transigere n. 20. in principio C. de Transact. Brun. de Indicijs q. 3. prima par. n. 28. Marsil. in Pract. Crim. §. diligenter nu. 168. Veronen. cautela 158. vers. secunda est, Baiard. §. fin q. 58. nu. 148. Mascard. de probat. concl. 500. nu. 3. vol. 1. Farinacc. titulo de Inquisit. q. 5. nu. 21. tom. 1. Petr. Caball. in quæst. Crim. cas. 74. n. 6. vbi subdit quod hodiernis temporibus in omnibus instrumentis pacis, talia verba apponi soleant.

22 Secunda erit cautela, vt partes pacẽ faciant, & Notarius dicat quod pacem fecerunt de omnibus iniurijs, vulneribus, & offensis, quæ dicuntur inuicem paciscẽtes fecisse, & intulisse: ex quibus verbis non inducitur confessio delicti, secus si notarius diceret fecerunt pacẽ de vulneribus, iniurijs, & offensis simpliciter, vt docet Bonifac. Vitalin. in Tract. Crim. rubr. de pace nu. 12. vers. vnde ad cautelam Brun. de indicijs q. 3. 1. par. nu. 2. vers. alij dicunt. Marsil. in Pract. Crim. nu. 178. §. diligenter. Petr. Caball. dicto Cas. 74. sub n. 5. vers. vel generalius. Iul. Feret. de ferijs nu. 216. vers.

vers. Cautela; vbi dicit quod fiat per verbum de quibusdam.

23 Tertia erit cautela, vt fiat per aliquem, tertium nomine omnium, quorum interest, non nominando ipsum reum; quia talis pax prodest cuicunq. Ias. post Alberic. in d. l. trāsigere sub n. 20. vbi firmat hanc esse cœteris alijs cautelis meliorem. Iul. Clar. in quæst. 21. sub num. 26. & ibi Hier. Giach. in litera G. Plot. de in lit. iur. §. 54. nu. 16. Farinacc. tit. de Inquis. q. 5. nu. 24. vers. idem, & multo Petr. Caball. in quæst. Crim. cas. 74. n. 8 Baiar q. 58. n. 148. in fine, dicit quod quando notarius stipulatur nomine quorum interest, debeat apponere illam clausulam non animo confitendi delictum.

Imo si ille tertius in specie faceret pacē nomine ipsius rei, adhuc sibi pax non noceret, prout in contingentia facti Curia Neapolitana iudicauit, vt refert Grammat. vot. 40. circa finem, & Iul. Clar. in d. q. 21 nu. 26. in fine, licet ipse dicat forte ipsi reo non noceret, Plot. de in lit. iur. §. 54. nu. 16.

Sed Farin. in d. q. 5. nu. 24 vers. sublimitādo, ipse credit, vt procederet quādo Fiscus produceret instrumentum pacis, secus si ipse reus: quia per productionē videretur ratificasse omnia contenta in eo, & per consequens induceretur confessio; circa quod vide quę dixi supra in hac eadem quęstione.

24 Quarta etiam desumitur cautela, vt Notarius scribat, vt is, qui iniuriam recepit remittat omnem iniuriam, & omne damnū, quod constaret, vel constare posset sibi ab aliquo illatum ex quacunq. causa, vel remittat iniuriam, quam constat, vel constare possit, illum iniuriantem sibi intulisse: quia ex hoc nihil videtur fateri. Brun q 3. in prima par nu. 28 de Indicijs. Marsil in Pract. Crimin. §. diligenter sub numer. 178. Petr. Cabal. d. cas. 74 nu. 6 vers. vel qui recepit.

25 Quinta erit cautela, vt notarius dicat, quod pacē faciant de his læsionibus, & iniurijs tantū, quibus alter alterum impetierat, siue quatū gratia alter de altero dolere, aut conqueri posset, sine nullius criminis nominatione, secus si scripsisset, quod partes pacē fecerūt de istis, aut illis læsionibus, vel offensis, rem ipsam nominando, quia tunc induceretur confessio, vt ponit Iodoch. in Pract. crim. c. 145. nu. 9.

26 Sexta deducitur cautela, vt fiat pax iussu Iudicis. Veronen. caut. 240. Ias. in d. l. transigere num. 20. in fin. Baiard. § fin. q. 58 nu. 148. vbi tandem tres ponit cautelas post alios, quos allegat; prima, vt fiat iussu Iudicis, secunda, vt fiat gratis per pactum gratuitum. Tertia, vt expresse reus crimen neget cōmisisse, & dicat non animo confitendi delictum, sed ad euitanda dispendia litis.

Quæst. XXVIII.

An pax fieri possit per pecuniam, & locus sit statuto minuenti pœnam, & an repeti posset per dantem.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta mediante pecunia an valeat.*

2 *Aliqui distinguunt an fiat ante condemnationem, vel post.*

3 *Pecuniā quis dare non potest ante condemnationem, sed recipere iure actionis, damnorum, & interesse in casibus, in quibus licita est transactio.*

4 *Pecuniā nō licet recipere respectu rācoris, nec in foro* Poli, *neq. in foro honoris.*

5 *Pecunia in recipiente irrogat infamiam facti, in dante infamiam Iuris.*

6 *Licet aliqui teneant quod in quibuscūq. casibus, etiā prohibitis propter publicā vtilitatem, quę resultat ex pace permittatur, vt pecunia detur ad effectum,*

H vt

ut quis potiri valeat beneficio statuti minuentis pœnam propter pacem.

7 *Pecunia data pro pace obtinenda potest repeti per dantem, & nihilominus firma remanebit pax.*

8 *Pecunia promissa pro pace, ea non sequuta, promittens non tenetur pecuniam tradere.*

9 *Hæres potest recipere pecuniam pro pace, nec dicitur adire hæreditatem.*

1 QVAESTIO est an pax (pecunia interueniẽte) facta valeat, & habeat locũ Statutum, Bar. in l. Athletas §. fin. ff. de infam. dixit si fiat ante condemnationem, non valere, secus si postea, quam opinionẽ Bar. sequitur Catal. de Boncõp. in trac. de sindic. n. 126. in fi. & Vulpel. in tract. de pace q. 28. nu. 1. in princ. Nouel. in pract. Crim. cap. finali nu. 86. & Bald. in l. furti §. pactus, & in l. 2. C. de arbitr. etiam firmat quod valeat pax, & concordia per pecuniam facta, cum agatur de propria iniuria, & non de aliena in casibus, in quibus licità est transactio de iure communi, siue municipali, vt refert, & sequitur Catald. sub d. num. 126. vers. item an pax. Nouell. in pract. Crimin. cap. fin. nu. 108. & Vulpell. in d. quęst. 28. nu. 1. post Bald. in l. fin. ff. ob turpem caus. dicit licere pecuniam recipere pro emendatione contumelię, sed non pro remissione rancoris, & quod Paul. de Castr. in d. §. pactus, sentire videatur huiusmodi pacem quoad minuendam statuti pœnam prodesse, & vide Doct. allegatos per Marsil. in tract. Banni. in verb. pace nu. 10.

3 Qui Vulpel. in d. q. 28. fore distinguẽdũ arbitratur. Aut quętimus an liceat dare pecuniã ante cõdemnationem, & nõ licere. Iul. Feret. tit. de ferijs. n. 110. Aut liceat recipere pecuniã respectu actionis iniuriarũ, damnorum, & interesse, & contumelię remittẽdorum, & licere dicit in casibus, in quibus transactio permittitur. Aut respectu rãcoris, & passio-
4 nis † animę, & non licere, neque in foro poli; quia habemus in sacro Euangelio Matth. 6. Dimitte, & dimittetur vobis, quæ remissio gratis, & amore Dei est fieda, qui gratis quotidie nobis peccata omnia cõdonat, neq. in foro honoris, quia vendere eius sanguinẽ penes graues, & honorificos viros turpe est, &
5 infamiã † irrogat, vt post Catal. tradit Mars. in pract. crim. §. diligẽter n. 179. imo offensor soluens erit infamis infamia Iuris, & offensus recipiens infamia facti, vt post Luc. de Penn. in l. vni. n. 26. C. de public. letit. lib. 12. tradit. Baiard. in §. fin. q. 58. nu. 66.

6 Qui Vulpell. in eadem q. 28. in fine tandem concludit, quod in omnibus casibus respectu obseruantiæ, & beneficij statuti pęnã ob pacẽ minuentis valere; quod tacite permittere videtur in quibuscunq. casibus etiam alias prohibitis, propter publicam vtilitatem, & ad inimicitias tollendas sequitur Baiard. quæst. 58. num. 66. §. fin. ad Iul. Clar. in pract. Crimin. & in omnibus istis casibus resultat effectus quietis, & tranquillitatis, super quo intentio finalis statuti est totaliter fundata, vt cõsiderauit in simili Petr. Caball. in q. crim. cas. 74. nu. 10. in fine.

7 Bene verum est, quod ille, qui dedit pecuniam pro pace obtinenda, causa redimendæ vexationis, poterit repetere dictam pecuniam, & pax nihilominus remanebit, vt dicit Catald. de Boncompag. in tract. de sindic. n. 126. circa finem. vers. tamen ille, qui dedit pecuniam, & si pax non fuerit sequuta, sine dubio nõ tenetur promittens promissum dare Felin. in c. quoniã in Ecclesiarum n. 29. in fi. de constit. Tiraq. in tract. cess. caus. 1. par. n. 192. Bertazz. cons. 358. nu. 74.

9 Sed si fiat pax ab hærede occisi recepta pecunia, videtur tũc hæres adire hæreditatem vide *Bar.* in l. pro hærede §. final. ff. de acqu. hæred. & l. pennit. ff.

ff. de sepulchr. violat, vt dicit Marsil. in tract. Bann. in verb. pace n. 10. in fi. Nouell. in pract. crim. c. fi. n. 87. dixi supra in q. 13. nu. 38.

Quæst. XXIX.

Pax pro absente quando fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Absenti pax fieri non potest, sed requiritur vel nuncius, vel epistola, vel Notarius, vel alia publica persona, quæ recipiat pacem nomine absentis.*

2 *Remissio iniuriæ potest fieri absenti coram sacerdote etiã in articulo mortis.*

3 *Absens in proposito dicitur qui non est in loco stipulationis.*

4 *Pax in testamento facta, reconualescente testatore, Bannito non opitulatur.*

5 *Pax in testamento fieri potest, & si pars fuerit præsens sibi suffragatur.*

6 *Extraneus recipiens stipulationem pro absente, nisi absentis ratificatio sequatur, reintegra stipulationem non validabit.*

7 *Pax pro absente facta, iuramentũ, non obligat absentem, nisi pacem ratificet.*

8 *Ratificatio quoad pœnam incurrendam pacis ruptæ requiritur.*

9 *Pax facta nõ requiritur quod ratificetur ad effectum vt reus per pacem mitius puniatur, vel gratiam obtineat.*

10 *Pax solet recipi in practica, notario stipulante, nomine omnium, quorum interest, & prodest cuicunq. eius beneficio vti volenti.*

11 *Remissio solemnis non requiritur quoad forum iudiciale; quia sufficit, vt fiat sacerdoti.*

12 *Remissio facta sacerdoti in articulo mortis confitendo peccata sua suffragatur offendenti etiam in foro iudiciali.*

1 PAX absenti fieri non potest l. qui absenti ff. de acquir. possess. Boss. in tit. de pace num. 20. in princ. Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace, nu. 8. sed requiritur, vt nuncius, epistola, notarius, vel alia publica persona interueniat, quæ absentis nomine stipuletur. Boss. tit. de pace num. 20. Nell. de Bannit. 3. par. 2. temp. q. 43. Catald. in tract. de sindicat. nu. 90. quęst. 152. Alexand. cons. 131. num. 9. lib. 4. vbi de magis communi. Iul. Cla. §. fin. q. 58. nu. 36. vbi etiam de magis communi. Vulpell. in tract. de pace q. 7. nu. 1. vbi de communi, & quod est satis vulgata conclus. Corsett. in trac. de priuileg. pac. n. 27. Rimin. Iun. cons. 470. nu. 21. sequen. lib. 4. Nouell. in pract. cap. fin. nu. 77. vbi de communi, 2 & num. 85. vbi subdit † quod bene potest fieri absenti remissio iniuriæ. Bonifac. Vitalin. in tract. Crimin. Rub. de pace num. 14. loquitur in sacerdote, qui præsente Iudice recepit pacem pro absenre, vt illam recipere possit, & Nouell. in dicto cap. fin. num. 113. dicit quod presbyter in articulo mortis potest recipere pacem a vulnerato pro absente, & nomine vulnerantis. Car. Tus. tom 6. in verb. pax concl. 171. n. 12. & 27. vbi de cõi, Iul. Feret. tit. de fer. n. 47. & n. 106. dicit quod in foro fori nõ tenet, nisi aliquis recipiat pacẽ pro absente, secus in foro conscientiæ.

3 In remissione vero fienda ab vna parte tantum, sufficit simplex remissio iniuriæ facta a passo iniuriã, cum pax, vel concordia solemnis requiratur, quãdo fit remissio iniurię ab vtraq. parte Catald. de sindic. nu. 90. sub q. 152.

Et absens dicitur, qui in loco stipulationis nõ est, l. absentẽ de verb. sign. vbi Alciar. Bertazz. cõs. 30. n. 20. vol. 1.

4 Primo hinc infertur, q licet testamẽto pax fieri possit. Moron. de treug. & Pac. q. 102. nu. 20. tamen nuda pax in testamẽto facta, testatore recõualescẽ-

te, bannito non opitulatur. Vulpell. in 8 tract. de pac. q. 6. & q. 7. n. 2. vbi subdit: quicquid dicat. gl. in § fin. Inst. de iniur. quę non in pace, sed in remissione iniuriæ loquitur, quæ bene pōt fieri in testamento, cum ex sola dissimulatione aboleatur, & ideo male sētit Boss. in tit. de pac. sub n. 20. vt etiā bene notat Nouel. in pract. crim. d. c. fi. n. 77. & 85. Hercu. de caut. de nō offen. c. 36. n. 23. in fi.

5 Nisi tñ interuenerit in testamento ipsa pars; quia per eius pręsentiā, pax in testamento facta sibi suffragabitur, vt tandē concludit Boss. in tit. de pace sub n. 20. vers. difficultas pendet. Petr. Caba. q. crim. cas. 149. n. 8. Card. Tusc. d. conclus. 161. nu. 28.

6 Item infertur, quod si extraneus pro absente stipuletur, nisi ratificatio, te adhuc integra sequuta fuerit, non valebit stipulatio. Alex. & Moder. addentes cōs. 13. n. 12. in princ. lib. 1. Dec. in l. quo tutela in fi. ff. de reg. iur. Vulpel. in trac. de pac. q. 7. n. 1. Rim. Iun. cons. 470 n. 22. lib. 4. vbi dicit, ꝙ si in acquirendo absentibus ratificatio requiratur, multo magis in eis obligādis, & onerādis ad soluēdā pœnā pacis ruptę sequi debeat ratificatio, cū non sit par ratio lucrum sentire, & damnum pati l. fin. C. de Codicill. l. fi. §. licentia C. de iur. delib. de cuius veritate in hac eadē q; inferius dicam.

7 Item infertur, quod licet quis pro absente pacē faciat mediante iuramento, tñ virtus iuramēti nō operatur, vt obliget absentē, nisi absens pacē ratificet, cū habeat tacitā conditionē iuramētū ex natura actus, si absens acceptet, vt per Alciat. cons. 28 & cons. 30. n. 19. lib. 9. & lex certos modos præbeat, quibus tertio ius acquiratur. puta per præsentiā partis, vel per notarii stipulationē: ideo nisi modi illi obseruentur, virtus iuramēti nō sufficit, & iuris publici defectū non supplet l. ius publicum ff. de pact. & ita late declarat post alios, quos allegat Vulpell. in d. q. 7 num. 4. 5. 6.

8 Sed limita, & intellige quoad pęnā pacis ruptę incurrendā ꝙ requiratur ratificatio per ipsū absentē, cuius nomine fuit recepta pax, secūdū magis com. opinionē attestatā per Marc. Brun. ab Anguill. Bertaz. & Ludou. Siluestr. cōs. 94. 95. & 96. inter consilia criminalia Diuers. tom. 2. vbi etiā loquūtur, quādo nis fuerit dicta pax recepta per notariū nomine absentis corā Iudice, & ibi etiā testatur, per Ant. Cocapa. Iudicē fuisse pronunciatū. Magon. decis. Lucen. 100. n. 26. Far. in tract. de var. criminib. q. 107. par. 1. art. 21. n. 274. Mor. in tract. de pac. q. 132. per totā. Bertaz. cons. 342. nu. 1. seqq vol. 2. vbi loquitur quando fuit facta coram Iudice sine notatio; de quo latius dicam inferius.

9 Quę opinio non procedit, vt requiratur ratificatio, quādo agitur, vt reus per pacem mitius puniatur, vel gratiā obtineat; quia non est opus aliqua ratificatione, cum ea vtendo satis ratificata dicatur, vt notat Baiard. in §. final. q. 58. nu. 63. in fine.

10 In practica autē seruatur, quod huiusmodi paces, & remissiones fiant notario stipulante, nomine omnium quorum interest, & sic valeat pax ita contracta, & prosit cuicunq. eius beneficio vti volenti perinde ac si esset in ipso contractu specialiter nominatus; & ita tolluntur omnes difficultates, vt testatur Iul. Clar. §. final. q. 58. nu. 36. vers. cœterum in practica, & dixi in pręcedenti quęst.

11 Ac etiam pręfata conclusio procedit in pace, seu remissione solemni, quæ fit ad effectū; vt prosit etiam in foro iudiciali, secus autē de ea, quæ fit in foro pœnitētiali; quia illa pōt fieri sacerdoti, & etiā alteri cuilibet tertio, etiāsi nemo sit, qui pro absente recipiat, secūdū oēs, vt testatur Iul. Clar. §. fi. d. q. 58. n. 36. in fin. Nouel in pract. crim. c. fi. nu. 77. post Bal. in l. si manumissus nu. 4. C. de liber.

Imo

12 Imò remissio iniuriæ facta per vulneratum mortiferè in articulo mortis Sacerdoti, cum peccata sua confitebatur recipienti nomine vulnerantis est admittenda, etiam in foro iudiciali ad cōmodū offensoris: quia sacerdos est persona publica, l. 1. §. publicum ius, ff. de iust. & iur. & per personam publicam alteri ius acquiritur Gulielm. de Cun. cons. 8 tom. 1. Crim. parua impress. quē sequuntur Gand. in tract. crim. Rub. de transact. & pact. sub nu. 20. vers. Item pone. Bal. in l. 2. sub num. 1. vers. quærit hic Cyn. ff. ad Syllan. & in c. 1. §. iniuria. nu. 7. vers. quæro vtrum Petr. Garz. à Tolet. in deci. extrauag. decis. 24. late Petr. Caball. in q. crim. cas. 141. per totum, vbi testatur post Boss. in tit. de pace nu. 20. vers. pax non est; de veriori, & magis cōmuni & sub num. 5. in fine, & nu. 6. in princ. respondit Roman. in l. 2. n. 6. ff. ad Syllan. qui impugnat d. opinionem; Mascard. de probat. concl. 1161. num. 25. volum. 2. & sub nu. 26. seqq. dicit esse verum quoad remissionem rancoris, & odij, secus quoad remissionem dānorum, & interesse, quia tunc requiritur, quod fiat remissio in foro iudiciali ipso presbytero stipulanti pro absente, vel quod dicat remitto, vel facio plenissimam remissionem, late vide ibi per eum plene hanc materiam declarantē.

Quæst. XXX.

Mandatum speciale an requiratur in pace, & spiret morte mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur ad pacem contrahendam.*

2 *Nec sufficit mandatum cum libera administratione.*

3 *Pax in Regno Neapolitano an fieri possit per mandatum speciale, & remissiones quomodo fieri debeant.*

4 *Pax fieri potest per mandatum quando in eo conceduntur procuratori aliqui casus eiusdem naturæ, & paci similes.*

5 *Procurator ad pacem faciendam constitutus potest in ea pœnam apponere, licet in mandato non esset apposita.*

6 *Mandatum fauore pacis non spirat morte mandantis.*

7 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi.*

8 *Procurator constitutus ad pacem non potest in ea ponere prohibitiones, quòd offendens non possit morari in ciuitate, vel transire ante domum offensi.*

1 Mandatum generale non sufficit ad pacem contrahendam, sed requiritur speciale mandatum. Roman. sing. 466. numquid, vbi addit. concord. allegat Nell. in tract. de Bannit. in 3. par. 2. temp. q. 37 Speculat. in rubr. de treug. & pac. §. 1. num. 4. Iul. Clar. §. final. q. 58. num. 27. Moron. in tract. de treuga & pace, q. 137. num. 1. 2. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 4. num. 1, Mart. Lauden. in tract. de confed. princip. quæst. 1. Marsil. in tract. Bannit. in verbo pace, n. 47. Iul. Fer. tit. de fer. n. 113. ver. dic quod.

2 Quę conclusio procedit etiā si mandatum esset cum libera administratione, vt per Villapan. in repet. l. 22. c. 66 Vulpel. in d. q. 4. n. 1. in fi. & n. seq. dicit, quòd libera administratio ad bona & nō ad honorem refertur, & post Iul. Clar. in §. fi. q. 58. n. 68. Card. Tusc. to. 6. in verb. pax, concl. 174. nu. 49.

3 Item in Regno Neapolitano non sufficit, nec etiam speciale mandatum & quomodo sint faciendæ remissiones secundum Regiam pragmaticam, latè habetur per Luc. Fol. in Comment. super pragmat. de composit. nu. 26. seq. in lib. Comment. diuers. vt refert Baiard. in d. q. 58. num. 50.

4 Limita quando in mandato conceduntur ſpecificè aliqui caſus paci ſimiles, & eiuſdem naturæ promiſcuæ cum clauſula generali, ad pacem extēditur. Vulpell. in d. tract. de pace, q. 4. nu. 3. verſ. quod ſi, quem ſequitur Baiard. in d. q. 58. nu. 48.

5 Et procurator ſimpliciter conſtitutus ad pacem faciendam poteſt in ea pœnam apponere, licet non ſit appoſita in mandato. Alex. in l. ſolutum, §. fi. ff. de pign. act. Marſil. in tract. Banni. in verb. pace, nu. 14. Abb. in ca. 2. deprecar. Laderch. conſ. 90. nu. 2.

6 Ac fauore pacis mandatum non ſpirat morte mādantis, ſed etiam mortuo mandante re integra poterit procurator pacem facere, cum duret mandatum propter naturam ipſius actus, & fauore pacis, ita ſingulariter dixit Bald. in addit. ad ſpeculat. in tit. de homicid. in fine, & refert, ac ſequitur, & perpetuo menti tenendum eſſe dicit Marſil. in Tract. Bannit. in verb. pace nu. 15. ſeqq. Nouel. in Pract. Crimi. cap. fin. nu. 110. Marſil. ſing. 44. verſ. ſecundo modo. Moron. in tract. de treug. & pace, q. 133. nu. 17. Corſet. in tract. de priuileg. pac. verſ. 93. nu. 28. Card. Tuſc. tom. 6. in verb. pax concl. 173. nu. 3. Feret. de fer. nu. 14.

7 Licet Vulpell. in tract. de pace q. 1. nu. 1. verſ. ego à regula, teneat non eſſe recedendum à regula generali, quę ſe habet, vt per mortem mandantis ſpiret mandatum, & conatur reſpondere ad Bald. in alleg. addit. ad Speculat. negans eſſe additionem Bald. & Ioan. Andr. & nititur etiam tueri quod opinio ſupra firmata, neque legibus, neque rationibus, neque authoritatibus probetur, ſed cum ille nullum Doctorem in terminis ſuam opinionem tenentem alleget: ideò omninò puto nō eſſe recedendum ab opinione ſupra firmata per authoritatęs tot inſignium Doctorum, quam etiam tenet Anton. Gabr. lib. 2. tit. de procur. concl. 2. nu. 38. qui etiam allegat vltra Bald. in alleg. addit. Dec. in l. eius qui §. placebā in 4. Fallen. & Iaſ. ibi col. 1. in fin. verſ. quarto limita, ff. ſi cert. petat.

8 Sed procurator conſtitutus ad pacē vel concordiam faciendam, ſi pactus ſit, quòd eius Dominus, vel eius filij non poſſint ſtare, vel morari in Ciuitate, & Comitatu, talis procurator non poterit virtute talis mandati hoc facere Anch. conſ. 75. viſo diligenter inſtrumento, quem ſequitur Nouell. in pract. crim. c fin. n. 64. & Baiard. §. fin. quæſt. 58. nu. 69.

Quæſt. XXXI.

Pax facta per Principes an comprehendat adhærentes.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta inter Principes non comprehendit adhærentes.*

2 *Pax generalis facta à qualibet perſona non comprehendit adhęrentes.*

3 *Nec veniunt in ea adhærentes adhærentis.*

4 *Compoſitiones factæ per Dominos Ciuitatum non præiudicant priuatis perſonis ſubditis, ſecùs in compoſitionibus Vniuerſitatis, vel Ducis belli ab Vniuerſitatę conſtituti.*

5 *Pace facta inter Duces belli in dubio nō debent reſici damna, nec caſtra expugnata reſtitui.*

6 *Eccleſia Romana non facit pacem niſi comprehendat adhærentes.*

7 *Adhærentes niſi includantur in pace res infidelis dicitur.*

8 *Principes omnes in pace debent includere adhęrentes.*

9 *Pax facta inter Principes comprehendit adhærentes, ſecùs inter priuatoſ.*

10 *Pax facta inter priuatos comprehendit adhæ-*

adhęrentes quando alias pax non prodesset.
11 *Pax comprehendit adhærentes quando non potest esse sine adhærentibus.*
12 *Pax facta in personam non comprehendit adhærentes, secus facta in rem.*
13 *Pax facta inter Principes comprehendit eorum Consiliarios.*
14 *Pax facta per Principes cum suis rebellibus, comprehendit adhærentes, vt bona sint eis restituenda, etiam si fuerint alienata, & confiscata.*
15 *Pax facta per Principem comprehendit etiam futuros subditos.*
16 *Pax pro se, & adhærentibus respicit inimicitiam principalis paciscentis, & non particulares inimicitias.*
17 *Ratificatio an requiratur, vt pax afficiat istos adhærentes.*

1 PAX facta generalis inter Principes non comprehendit adhærentes, nisi de eis facta fuerit specialis mentio c. ad Apostolicæ vers. volebat de re iudic. vbi Gemin. Abb. in cap. 1. nu. 29. vers. & fiat singulariter de postulat. Prælat. Corsett. in tract. de pace nu. 16. Iac. a sancto Georg. tract. Feud. vers. de adhærentibus n. 3. Iaco. Nouell. in tract. crim. c. fi. n. 23. vbi late Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 178. n. 27. Laderch. Imolen. cons. 20. n. 8. qui loquitur in pace facta inter duas Ciuitates.

2 Quæ conclusio procedit in qualibet pace generali facta per quamlibet personam, vt post alios, quos allegat firmat Rimin. Iun. cons. 470. nu. 26. vol. 4. vbi subdit, quia adhęrentes sunt diuisibiles a principalibus, vnde illos non comitantur: idem voluit Vulpell. in tract. de pace quęst. 32. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 149. nu. 8.

3 Nec minus veniunt adhęrentes adhęrentis mei. Nicola. Moron. d. q. 149. nu. 6. per ea, quæ tradunt Socc. Iuni. cons. 134. lib. 3. Afflict. decis. 307.

4 Item Compositiones factę per Dominos Ciuitatum non pręiudicant priuatis personis subditis. Bal. in l. quicunq. col. fin. C. de seru. fug. secus in compositionibus vniuersitatum, seu Ducis belli ab vniuersitate commissi, post alios Mars. de Bannit. verb. Pace num. 37.

5 Item pace facta inter Duces Belli in dubio non debent refici damna nec Castra expugnata restitui post Ang. & Bal. Marsil. d. verb. pace nu. 38.

6 Primo limita in Ecclesia Romana, in qua comprehenduntur semper adhęrentes, & confæderati, nec solet fieri pax, nisi ipsi adhærentes comprehendantur. Innoc. in dicto cap. ad Apostolicæ in verb. volebat. Abb. in d. cap. 1. nu. 28. vbi quod Innocent. commendauit fidelitatem Ecclesiæ Romanæ, late Corsett. in tract. de pace nu. 16. Mart. Lauden. de confœder. & pace q. 21. Iacob. a sancto Georg. in dicto verb. de adhærentibus nu. 3 Barbat. cons. 1. nu. 107. in fine vol. 3. Card. Tusc. d. concl. 178. nu. 18. Riminal. Iun. cons. 103. nu. 46. lib. 1. & cons. 470. nu. 1. lib. 4. Laderch. Imolen. cons. 20. nu. 8.

7 Quinimo infideliter agunt, qui pacem faciunt nō inclusis adhærentibus Abb in d. cap. 1. nu. 29. in fine de postul. Prælat. sequitur Corsett. tract. de priuileg. pac. nu. 16. vers. 54. Card. Tus. in d. concl. 178. nu. 19.

8 Et idem in omni Principe dicendū est, qui non debet pacem facere, nisi adherentes includantur. Ang. cons. 391. nu. 5. vers. & ideo nullus. Martin. Lauden. de confœderat. & pac. q. 52. & in pace Regis Franciæ quod adhærentes, & futuri de iure comprehendantur, firmat Brun. in tract. de aug. concl. 5. principali nu. 5. vbi allegat Io. Andr. & alios ita tenere Car. Tus. in d. concl. 178. num. 20. & 22.

9 Secundo limita, & intellige, quod pax generalis facta inter Principes sem

per

per adhærentes compræhendit, secus si inter priuatos, quia Principes bellũ non faciunt sine adhærentibus, & nisi per ministros, plene Nicol. Moron. in tract.de treug.& pac.q.149.per totã, vbi pro vtraq.parte,& dicit quod comprehenduntur, quando pax est generalis pro tota parte sua inter Principes, & quod etiam futuros adhærentes cõprehendit.Card.Tusch.d. concl. 178. nu.21. Marsil.in tract.Bannit.in verb. pace nu.39.& sub num.12. prius dixit quod faciens pacem debet promittere pro tota familia. Hier.Gabr.cons.182. num.6.volum.1. & inter priuatos non veniunt adhęrentes, nisi fuerint expręssi.

10 Idem procederet in pace priuatorũ, vt adhærentes compræhendantur,quãdo alias pax non prodesset, vt dicit Nic.Moro.in d.q.14.n.19.in fi.vel aduersarius non esset securus, nisi cõpræhendantur adhærentes.Martin. Laud. in tract.de confœder.& pac. q.35.Rimin.Iun.cons.103.n. 6.vol.1.

11 Tertio limita, vt adhærentes comprehendantur in pace quando pax nõ posset esse sine adhęrentibus,quamuis verba pacis fuissent concepta in personam, vt post Ang. in l. quæ Religiosis in fine ff.de rei vendic.Ias.in l.si stipulatus fuero parte ff.de verb.oblig.quos sequitur Riminal.Iun.cons.101.nu.12. & cons.103.num.12.lib. 1. Vulpell.in tract.de pace q.32.nu.1.licet hanc sententiam ipse non sequatur quoad amicos,qui sponte adhęrent, & partes alicuius sequuntur; sed illam tantum admittit quoad adhęrentes sanguinis affinitate,vel obedientia nobis suppositos.Nicol.Moron.in tract. de treug. & pac.q.149.num. 10.vbi dicit quod pax continet adhærentes,quando alias esset frustratoria.

12 Quarto limita, & intellige quod si pax loquatur in personam, non compræhendantur adhærentes,nisi pax esset frustratorię,si vero loquatur in rem bene adhærentes comprehendantur. Iacob.a Sanct.Georg.in tract.de feud. in verb.de adherentib.n.3.seq. vbi late Cardin.Tusch.in d. concl. 178. nu. 23.

13 Quinto limita, vt pax inter Principes facta compræhendat eorum Consiliarios,etiam si de eis nulla sit facta mentio,vt post Bal.in Margar.in verb. liberatio,tradit Nouell.in Pract.crim. cap.fin.n.103 Vulpell. in tract.crim. q. 32.nu. 3.vbi tamen firmat non quia adherentium appellatione contineantur, sed quia sunt de Principis familia,& de illis,sine quibus Princeps stare non potest.Card.Tusch. concl. 128. nu.10.

14 Sexto limita, & intellige, vt adeo pax facta per Principes cum alijs rebellibus comprehendat adhęrentes,vt eis sint bona confiscata,& alienata restituenda.Nouell.in Pract.Crim. cap. fin.de pace nu.40.late Boss.in tit.de Restitut.quæ fiunt a Princip. finito bello,& ego late dixi in meo Tractatu de confiscatione bonorum conclus. 28.

15 Septimo limita,& intellige,vt in pace generali facta per Principem comprehendantur etiam futuri subditi.Io: Andr.ad Specul.in rubr.de treug.& pac.in fine, quem sequitur Castren.in l. qui ædificium in fine, ff. de seruitu. Vrban.Prædior.Mars.in tract. crim. S. aggredior nu.49.Alexand. cons. 178. nu. 10.12.lib.2.Bertazzol.cons.30. nu. 4 vol.1.de quo late dicam in quæstione.70.

16 Sed scias, quod talis pax facta pro se,adhęrentibus,vel attinentibus respicit solum inimicitiam, quæ erat inter ipsum,& eum,cum quo pacem fecit, & non inimicitiam existentem inter illos cum quibus quis pacem fecit, & attinentes eiusdem paciscentis, vt declarat Gerard.Mazzol. in cons.122.num. 14.& 15.

17 Bene verum est,quod in istis adhęrentibus in pace compręhensis debet

pax

pax seruari ab omnibus absq. alia ratificatione. Rimin. Iun. cons. 103. nu. 5. vol. primo, & late dicam infra quęst. 72.

Quæst. XXXII.

Pax quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Pax non requirit probationem per instrumentum, sed sufficit quod probetur etiam per testes.*

2 *Pax non est de casibus, in quibus requiratur scriptura.*

3 *Pax non requirit instrumentum ad suā probationem, etiamsi in statuto diceretur per hæc verba: si in instrumento, vel ex instrumento.*

4 *Pax non præsumitur cum sit quid facti.*

5 *Pax est registranda in actis, & debet constare cum causæ cognitione, & fieri desuper decretum, vt satisfactum dicatur gratiæ concessæ cum clausula habita pace.*

6 *Nisi ageretur de delicto, quod non esset valde graue: quia tunc sufficeret attestatio alicuius Officialis.*

7 *Reconciliatio probatur per signa, de quibus ibi.*

8 *Reconciliatio per osculum Domini non censetur facta pro fellonia vassalli.*

9 *Reconciliatio non dicitur facta ex socialibus actibus non sponte factis, sed gratia honestatis.*

10 *Pax requiritur in scriptis quando statutum loquitur de pace producta.*

11 *Pax probabitur per instrumentum, in quo fuerunt remissæ iniuriæ, licet de pace mentio non habeatur.*

12 *Pax in aliquibus locis non probatur nisi per instrumentum.*

13 *Pax in regno Neapolitano quomodo probetur.*

14 *Pax in foro conscientiæ quomodo probetur.*

1 INstrumentum non est necessarium ad probandam pacem: quia sufficit partium cōsensus, & pactum: ideo probatio per testes idem operatur quod instrumentum. Bar. cons. 66. in fine vers. ad secundum lib. 1. Catald. de Boncōpag. in tract. de sindicat. q. 151. num. 90. in princ. quia non est de casibus, in quibus requiratur 2 † scriptura, de quibus per Specul. de Instrum. ædit. §. restat vers. si vnum. Vulpell. in Tract. de pac. q. 66. n. 4. sequen. Nell. in tract. Bannit. 3. par 2. temp. q. 38. num. 14. Carauit. in Ritu magnæ Curiæ 275. nu. 15. seq. Baiard. ad Iul. Clar. §. fi. q. 58. n. 72. Car. Tusc. d. concl. 171. nu. 10. qui loquuntur, vt reus possit obtinere beneficium statuti in diminutionem pœnæ. Mascard de probar. concl. 1161. nu. 2. vol. 2. Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 151. nu. 10. vbi dicit quod pax potest probari per testes, nisi aliter sit per statutum dispositum. Farinacc. cons. 81. nu. 1.

3 Quod etiam procedit si in statuto diceretur per hęc verba: quod si in instrumento, vel ex instrumento, quia sufficit quod probetur per testes. Bar. in d. cons. 66. in fine, vers. ad secundum lib. 1. Car. Tus. d. concl. 171. n. 11. Farinacc. d. cons 81. nu. 1. vers. idq. vbi dicit expræsse procedere etiam in casu statuti requirentis pacem, vt sufficiat illam probare etiam per testes, & allegat Catald. tract. de sindicat. quæst. 151. num. 9. & Nell. in tract. Bann. 3. par. 2. temp. q. 38. nu. 38.

4 Primo limita, & intellige, vt pax nō præsumatur, cum sit quid facti Hier. Grat. resp. 47. nu. 18. vol. 2. Ideo illam allegans debet probare. Moton. tract. de

de treug.& pac.q.106.nu.12. Mascar. de probat.d.concl.1161.nu.1.

5 Secundo limita,& intellige,vt adeo constare debeat de pace, vt ipsa pax sit registranda in actis, ac de ea cõstare debeat Iudici cum causæ cognitione, & deinde sequi desuper Iudicis interloquutoriam ad effectum, vt sit satisfactum gratiæ concessæ,cum clausula habita pace,vel si constiterit de pace,vt late prosequitur Nicol.Moron.in d.tract. de pace nu. 15.cum plurib.sequen.Farinacc.d.cons.81.num.1.vers. volens insuper.

6 Nisi tamen ageretur de aliquo delicto,quod non esset valde graue;quia tunc si verbo quis remiserit iniuriam præsente aliquo officiali, ista remissio suffragaretur ad gratiam interinandã, vel approbandã,vt Senatus Mediolani in contingentia facti approbauit gratiã super insultu facto cuidam Doctori, qui Doctor remiserat verbo iniuriã præsente Iulio Claro tunc Senatore,& vno ex Fiscalibus,ex quorum in Senatu attestatione facta,gratia fuit approbata, quamuis in illo Dominio requiratur instrumentum pacis: vt testatur idem Iul.Clar.§.fin.quæst. 58.nu.39. vers.scias etiam in fine. Card. Tusch. tom.4.in verb.gratia conclus. 54. numer. 4.

7 Tertio limita, & intellige,quod si ageretur de probanda simplici reconciliatione, illa probabitur ex iniũctione manuum,ex salutatione, ex amplexu, ex osculo, ex potu, ex seruitijs ad inuicem præstitis ex electione ab inimico ad aliquid agendum facta,vt bene considerat Vulpell.in d.tract. de pac.q.66.nu.1.seqq. & latissime seriatim prosequitur Mascard.de probat.in d. concl. 1161. per totam vol. 2.Marsil.in tract. Bannit. in verb. pace num. 67.

8 Sed non intelligitur facta reconciliatio, neq. remissa fellonia vassalli per osculum Domini post Bal. in cap. primo. col. 8. quib. mod. feud. amitt. Mars.in tract.Bannit. in verb.pace nu. 5.in fin.

9 Item nec minus dicitur facta reconciliatio ex actibus socialibus non sponte factis,& motu proprio,sed honestatis gratia,& quia aliter facere indecẽs erat.Iodoch.in pract.crimin. cap.136. nu. 22. Petr. a Plach.Epithom.delict. lib.1.cap.6.num.43.vers.quibus conuenit.Baiard.ad Iul.Clar.in §. iniuria nu. 57. vers. & quando comedunt simul.Ruin.cons.131.nu.7.lib.4.vbi dicit, quod visitans infirmum inimicum moribundum,non dicitur ei remittere iniuriam, cum sit actus potius honestatis, quam necessitatis. Bertazzol. cons.361.nu. 5. lib. 2. vbi etiam dicit quod ex vnico contractu sponte cum inimico celebrato, nisi sit contractus donationis,non censetur facta iniuriæ remissio. Baiard.in d.§.Iniuria nu.58. in fin.Farinacc.cons.98.num. 4.& 12. Petr.de Surd.cons.92.n.22.vol.primo. & Ang. Aretin. in §.fin.Inst.de actio. nu. 1.dicit quod si partes fuerint inuitatę ad vnum foestum, & forte positæ ad vnã mensam,& insimul biberint, & comederint,non inducitur reconciliatio,neq. pax, cum id contigerit ratione honestatis: idemq. erit si quis recipiat inimicum ad osculum pacis in Ecclesia.

10 Si vero agatur de probanda pace, qua statuti, vel rescripti beneficio potiamur, statuti verba perpendenda sunt, quæ si de pace producta loquantur,oportet quod pax in scriptis facta sit,alias ea,quæ testibus constaret non includeretur, vt bene declarat idem Vulpell.in.d.quæst.66.nu.4. nec sufficeret remissionis,vel concordiæ instrumentum per modos supradictos,vt declarat late Farinacc.cons. 98. fere per totum,& præcipue sub nu. 19. sequen. vbi etiam consulit non esse inductam pacem ex dictis signis,vt deinde posset prætendi fractura pacis de quo dicam infe-

infetius in quæst. 81.

11 Ac probabitur per instrumentum, in quo appareret factum fuisse pactum super iniurijs sibi illatis: quia in tali pacto dicitur inesse actus pacis, & concordia; licet non diceretur in eo pacem fecerunt, adhuc censeretur remissa iniuria, & facta pax, & prodesset ad diminutionem pœnę vigore statuti, vt post Bald. & Ang. trad. Alexand. in l. 1. nu. 3. ff. de pact. & ibi Castrens. nu. 2. & bene reassumit Mascard. in d. concl. 1161. nu. 24.

12 In aliquibus locis non solet admitti probatio pacis, nisi per publicum instrumentum, prout est Mediolani, vt testatur Iul. Clar. §. fin. d. quæst. 58. nu. 39. vers. scias etiam, & dicit vidisse reijci illos, qui volebant pacem probare per testes, vel per fides subscriptas etiā a personis fide dignis, & Catald. de fin dicat. nu. 90. etiam dicit communiter per statuta prouisum esse de pace debere cōstare publicum instrumentum, & idem firmat Nell. in tract. Bannir. 3. par. 2. tempor. num. 38. in fine, vbi post Bal. etiam dicit, quod producens tale instrumentum non debet detineri, sed statim relaxari; idem firmat Vulpell. in d. q. 66. in fine, & testatur quod ita seruatur in Curia Vrbini, Marchię, Perusij, & Romæ, quem refert Baiard. in d. quęst. 58. n. 72. in fine. Farinac. cons. 81. nu. 1. vers. de consuetudine, vbi testari videtur de consuetudine generali, sed tantum modo allegat Iul. Clar. Vulpell. & Baiard. in locis supradictis. Et ego recordor, quod annis elapsis sacra Consulta dubitauit de isto articulo, cum probarem pacē pro meo clientulo per testes, & meus principalis ad effugiendum talem dubitationem fuit coactus leuare de partibus publicum instrumentum pacis, & illud in sacra Consulta exhibere, referente causam R. P. D. Facchinetto Bononiensi.

13 In Regno autem Neapolitano debet constare de remissione partis offensæ, vel per instrumenrum publicum, vel quod quærelans accedat ad Iudicem, & dicat quod non vult iustitiam de quærelato, vt fuit prouisum per Regiā Pragmaticam incipien. vna de las causas, vt refert Baiard. in d. q. 48. nu. 73.

14 Item quoad salutem animæ debet constare de pace per instrumentum, vel per testes, vel per alios actus exteriores, & non sufficit sola dilectio erga inimicum, vt dixi supra in quæst. 4.

Sed ad effectum incurrendi pœnam fractæ pacis an requiratur, quod probetur per instrumentum dicam infra in quæst.

Quæst. XXXIII.

Pax an dicatur fauorabilis, vel odiosa, & an latam, vel strictam recipiat interpretationem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus pacis est stricti Iuris, & omissum habetur pro omisso.*
2 *Pax non comprahendit filios natos tempore pacis.*
3 *Pax non comprahendit affines postea creatos.*
4 *Pax facta pro impuberibus intelligitur de illis, qui tempore pacis erant impuberes.*
5 *Pax facta cum omnibus capitulis, & obligationibus bonorum intelligitur de contrahentibus viuentibus, & non extenditur post eorum mortem.*
6 *Pax non comprahendit affines vtrinq. coniunctos, & sic casum istum.*
7 *Pax concepta per verbum masculinum non extenditur ad fœminas.*
8 *Qualitas adiecta verbo secundum tempus verbi intelligitur.*
9 *Contrariam opinionem, vt in pace non fiat*

fiat stricta interpretatio, sed larga, & ampla tenent Doct. ibi.

10 Pax *facta sine præfixione termini intelligitur perpetua.*

11 Pax, *seu restitutio generalis compræhendit Ecclesiasticos, & laycos, priuatos, & priuandos.*

12 *Item remissio rebellium extenditur ad mortuos.*

13 *Item restitutio bonorum per viam pacis debet sine processu fieri, sicut bona de facto fuerunt ablata.*

14 Pax *in dubio non præsumitur fracta.*

15 Pax *a principio antequam præstetur dicitur fauorabilis, sed postquam fuit præstita, & dubitatur de eius fractura, dicitur odiosa.*

16 *Verba pacis quando agitur de eius contrauentione stricte debent interpretari circa fundantem se in verbis.*

17 *Sed extenduntur etiam quando agitur de incursu pœnæ in quantum proprietas verborum patitur.*

18 *Statutum disponens, quod absentes teneantur de fractura pacis, etiam non sequuta ratificatione dicitur odiosum & non fauorabile.*

19 *Argumentum de cautione ad pacem quando valeat, & e contra.*

1 PACIS contractus est stricti iuris, sicut contractus transactionis; ideo omissum habetur pro omisso Bal. cons. 195. nu. 8. vers. & de pace lib. 2. Alexand. cons. 195. num. 5. vers. confirmatur etiam lib. 2. Soccin. Iun. cons. 103. nu. 2. lib. 3. Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. n. 2. Bertazzol. cons. 30. nu. 13. lib. 1. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax, conclus. 171. num. 14. & concl. 178. num. 16. Vulpell. in dicto tract. de pace q. 56. n. 1. Honded. cons. 89. n. 44. vol. 2. & prius in cons. 99. nu. 20. seqq. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 1162. nu. 90. vol. 2.

2 Primo hinc infertur, quod pax non compræhendit filios non natos tempore pacis, sed postea natos. Tob. Non. cons. 110. nu. 2. Ferrett. tit. de ferijs nu. 62. Nicol. Moron. in tract. de treuga & pace quæst. 180. vbi rationes allegat. Bertazzol. cons. 20. nu. 9. seqq. vol. 1. Card. Tusch. d. conclus. 171. num. 15.
3 Item † non compræhendit affines postea creatos, latissime Bertazzol. in d. cons. 30. per totum vol. 1. Card. Tusch. d. concl. 171. num. 15. Laderch. Imolen.
4 cons. 20. vbi late † per totum. Item si facta fuerit pax pro impuberibus intelligitur facta pro illis, qui tempore pacis erant impuberes. Corn. cons. 167. col. 2. & 3. vol. 3. Bertazzol. d. cons. 30
5 nu. 10. Item † pax inita cum omnibus capitulis, promissionibus, & obligationibus bonorum, intelligitur de contrahentibus hinc inde viuentibus, & non extenditur post eorum mortem, vt post Decian. respons. 11 num 89 vol. 1. tradit Rimin. Iun cons. 499 nu. 83. vol. 5. Item
6 casus † mixtus in pace non continetur sub simplici: & sic qui sunt vtrinq. coniuncti non intelliguntur compræhensi in pace simpliciter facta, Soccin. Iun. cons. 103. vol 3. Bertazz. d. cons. 30 nu. 16. & cons. 301. nu 5 lib. 2 Laderch di-
7 cto cons. 20. nu. 9. Item † si verba sint, concepta in masculino, non veniunt fœminæ. Alexand. cons. 113. n 8. vbi in fine etiam dicit non extendi ex maioritate rationis lib. 2. Car. Tusc d concl. 171. nu. 17. late Farinacc. q. 107 par. 2. art. 5 1. nu. 296. seqq. vbi concordantes allegat, licet multi non loquantur in specie in pace; sed in cautione de non offendendo, de qua loquar plene infra in secunda parte, vt procedam distincte, iuxta ordinem a me præmissum, & nonnullæ aliæ illationes positæ fuerunt a Card. Tusch. in d. quæst. 178. num. 11. seqq. ad quem lectorem remitto, & late Nicol Moron. in tract. de pac. quæst. 129 nu. 1. cum plurib. sequentib. Ea ra-
8 tione, quia qualitas debet † exrare tempore pacis, cum qualitas adiecta verbo secundum tempus verbi intelligenda

genda sit l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. & est contra fundantem se in verbis pacis facienda interpretatio l. veteribus ff. de Pact. Iacob. Nouell. in Practica criminali §. fin. quęstione 43. nu.

9 Contraria autem opinio colligitur, cum agatur de fauore pacis, quæ respicit publicam vtilitatem: & sic quicquid dixerint Doct. in stipulatione de non offendendo, vt verba sint strictè, & propriè interpretanda, secus est in stipulatione pacis eius fauore: vt dixerunt Grat. in conf. 114. volumine secundo. Soccin. Iun. in conf. 103. volumine tertio. Vulpell. in tract de Pace quęstione 56. num. secundo. vers. sed quicquid, & num. tertio, cum conuentiones pacis sint bonæ fidei, ideo interpretari debeant, vt non impediantur, neq. directè, neq. indirectè. Bal. conf. 145. in princ. lib. secundo, vbi loquitur in pace Francisci Carrariæ Domini Paduæ, & Ducis Mediolani, & dicuntur respicere publicam vtilitatem: ideo late sunt interpretanda Deci. respons. 38. num. sexto. lib. 2. Card. Tusch. tom. 6. in verb pax concl. 178. nu. 1. & 2. & quando est facta pax sine præfixione termini interpretatur, vt sit perpetua. Nouell. in Pract. crim. cap. fin. nu. 38.

11 Hinc infertur quod restitutio generalis per viam pacis generalis comprę hendit Ecclesiasticos, & laycos priuatos, & priuandos, vt dixit Signorol. in
12 conf. 131. Item si fiat remissio rebellium extendatur etiam ad mortuos. Petr. Bell. in tract. de re milit. par. 10. tit. se-
13 cundo num. 74. seq. vbi testatur quod ita vidit seruari. Item quando fuit conuentum in pace quod fiat restitutio adhærentibus per viam pacis, tunc restitutio fieri debet de facto, sicut in bello de facto fuit processum, nec requiritur citatio, vel circuitus Signorol. conf. 228. per totum, vbi loquitur pro Ioanne de Pepulis, & adhærentibus rebellibus Papæ, quia adhæserunt Duci Mediolani. Cardinal. Tuschus in d. concl. 178. num. quinto, & seqq. & multæ alię illationes seriatim positæ fuerunt supra in Quæstione octaua dum loquutus fui de priuilegijs pacis.

Quæ opiniones contrarię, & quę videntur ad inuicem repugnare possunt facillime ex infrascriptis intelligentijs, & declarationibus conciliari.

14 Prima est, vt in dubio pacem non esse fractam iudicandum sit. Corn. conf. 40. n. 6. lib. 2. Alexand. conf. 115. nu. 6. vers. & in dubio præsumendum lib. 4. Vulpell. in tract. de Pace q. 59. nu. 5. & in respons. 2. nu. 34. Tob. Non. conf. 111. nu. 35. Honded. conf. 89. nu. 54. vol. 2. Farinacc. q. 107. par. 2. art. 31. nu. 398. Decian. conf. 406. n. 7. Mascar. de probat. concl. 1162. nu. 3. Alexand. conf. 19. nu. 2. lib. 1. Corn. conf. 167. num. 8. lib. 3. Iacob. Port. Imol. conf. 213. nu. 6. Farinacc. conf. 98. num. 16. Cardin. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. num. 67.

15 Secūda sit declaratio, vt pax a principio antequam fiat, & pręstetur dicatur fauorabilis, secus autem postquam fuerit sequuta pax, ac sequuta offensa: dubitatur tamen an sit rupta, vel ne, & tunc dicatur odiosa. Vulpell. in d. q. 56. n. 4. & in resp. 2. n. 30. 31. 32. Andr. Gal. de pace publ. lib. 1. cap. 3. n. 9. Farinacc. in d. q. 107. nu. 397.

16 Tertia sit declaratio, vt verba pacis quando agitur, de incursu pænæ, & illius contrauentione, tunc sint strictè, & propriè contra fundantem se in eius verbis interpretanda: & sic ad exclusionem pęnæ, & contrauentionis, non latam, sed strictam interpretationē recipiant. Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. nu. 2. Nic. Mor. in tract. de treug. & pac. q. 129. n. 1. seqq. late Farin. in d. art. 31. q. 107. nu. 300. seq. vbi alios allegat, sed latius in conf. 81. nu. 11. cum plur. sequen.

I Bene

17 Bene verum est, quod licet materia pacis, quando agitur de incursu pœnę sit stricte interpręranda, tamen quatenus proprietas verborũ patitur, & vim verborum significat, laram recipit interpræretationem. Crauett. cons. 118. nu. 12. Deci. cons. 344. in princ. Rim. Iun. cons. 101. nu. 11. vol. 1.

18 Quarta est declaratio, vt statutum dictans quod absentes teneantur, pro quibus fuit facta pax, de ruptura pacis, seu ad pænam etiam non sequuta ratificatione non dicitur fauorabile, sed odiosum: & ideo esse restringẽdum, Bertazzol. cons. Crimin. 161. num. 23. vol. 1.

19 Quinta est declaratio, quod in ista materia pacis valet argumentum a cautione de non offendendo ad pacem affirmatiue, vt puta est rupta cautio de non offendendo, etiam est rupta pax, sed non e contra; non est rupta cautio de non offendendo nec ipsa pax; cum facilius rumpatur pax, quam cautio, vt dicit Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 26. num. 14. & sequitur Farinacc. dict. quæst. 107. att. 31. num. 402.

Quæst. XXXIIII.

Pace sequuta an cautio de non offendendo dicatur cassa.

SVMMARIVM.

1 *Pax tollit cautionem de non offendendo præstitam inter easdem partes, secundum vnam opinionem.*

2 *Contrariam opinionem tenent Doctores ibi, & præsertim Farinacc.*

3 *Author tenet primam opinionem contra Farinacc.*

4 *Doctores impugnantes communem opinionem censentur sibi gloriam comparare.*

5 *Pax si non tollat cautiones iam præstitas erit etiam verum si in pace fuerit dictum cautiones fuisse, & esse cassas.*

6 *Offensio facta post cautiones præstitas censetur facta ex noua causa, & non ex antiqua.*

7 *Etiam stante constitutione quod noua causa allegari non possit.*

8 *Iudex sequuta pace poterit cassare cautiones, si sibi videbitur.*

9 *Iudex si requisitus cassare cautionem recuset sine iusta causa, habetur pro cassa quoad partem, sed tutius erit si appellabitur a dicta recusatione.*

10 *Iudex non potest cassare cautionem etiam pace sequuta parte non instante, & non sufficeret instantia vnius, sed requireretur consensus vtriusq.*

11 *Pax secunda sequuta de omnibus iniurijs præteritis annullat primam pacem.*

1 IN hac Quæstione an per pacem sequutam intelligantur cassæ, & abolitę cautiones iam pręstitę inter easdẽ partes paciscentes. Doct. diuersimode loquuntur; cum aliqui teneant opinionem affirmatiuã, vt per ipsam pacem dicantur sublatæ cautiones; vt respondit Bero. cons. 205. num. 13. seqq. lib. tertio, & Nicolaus Moronus in tract. de treug. & pac. quęstione fin. vbi in fine testatur ita seruari de consuetudine, latissime hanc opinionem etiam tuetur Hier. de Monte in quæstione 189. per totam, Mar. Ant. Eugen. cons. 72. n. 9. 35. & add. ad Farinacc. cons. 31. in litera A, in principio testantur hanc esse magis communem opinionem, & Vulpell. in tractat. de Pace quæstione 30. num. primo etiam testatur in hac eadem opinione fuisse

quem-

quemdam Auditorem magni nominis Dominii Ducis Vrbini, ac vidisse ita fuisse consultum pro hac parte per Collegium Maceraten. & Farinacc. de var. ac diuers. criminib. q. 107. par. 1. art. 12. nu. 117. seqq. adducit rationes, per quas Doctores opinionē præfatam sequuntur, nec dissentire videtur ab hac opinione, Hercul. de caut. c. 9. nu. 9. Add. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. in litt. B. in fin.

2 Contrariam opinionē quod per pacem non dicatur sublatæ cautiones de non offendendo tenuerunt Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 9. num. 9. seqq. Vulpell. in d. tract. de pace quæst. 30. num. 1. vers. sed tot & nu. 2. seq. & Farinacc. in d. quæst. 107. nu. 123. seqq. vbi adducit rationes, ex quibus mouetur ad istam opinionem tenendam; & testatur etiam ita iudicasse in contingentia facti in quadam causa Perusina de Gratianis ac respondet rationibus pro prima opinione affirmatiua adductis, & firmat hanc esse veriorem opinionem sub num. 128. & addentes ad Farinacci. in d. cons. 31. in litera A, testantur etiam hanc opinionem esse veriorem, licet prima opinio affirmatiua sit magis communis. Card. Tusc. tom. 6. in verb. pace concl. 189. nu. 1. refert tantummodo opinionem Vulpell. in dicta quæst. 30.

3 In qua opinionum Doctorum controuersia, licet considerationes factæ per Farinacci. in d. quæst. 107. num. 128. seqq. & per addentes ad Farinacc. in d. cons. 31. in litera A. sint vrgentes, & valde probabiles, nihillominus prima opinio affirmatiua, quod sint extinctæ cautiones per pacem sequutam, est etiam fundata super probabilibus rationibus adductis per Nicolaus Moronus in d. quæstione fin. Bero. Hier. de Mont. & Farinacci. in locis supra adductis, ac habemus pro hac eadem opinione quod ita tenuit ille Auditor magni nominis Ducis Vrbini, & pro hac parte consuluit Collegium Maceraten. vt refert Vulpell. in d. quæstion. 30. numero primo, & quod ita de consuetudine seruatur, vt testatur Nicolaus Moronus. in d. quæstion. fin. in fin. & quod pro ista parte adest magis communis opinio; vt firmat idem Farinacc. & addentes ad eum in locis supra adductis, licet contrariam opinionem sequantur, & quod in casu Farinacc. pro quo ipse pronunciauit, causa deinde fuit composita; imo pœna fuit remissa, prout ego bene scio; quia illius sententia in Curia non fuerat approbata, & etiam non ignoro quod in Ciuitate Veliterna fuit pro prima opinione in Curia Episcopali pronunciatum de anno præterito 1609. licet ego fuissem requisitus ab illo Iudice de voto meo, & illi rescripserim, quod videret Farinacci. in dicta quæstione 107. & addentes ad eum in dicto cons. 31. & ideo arbitror, quod recedere ab ista opinione affirmatiua ex quibusdam solummodo argumentis, vel excogitatis per supradictos Doctores rationibus, in contingentia facti esset valde periculosum, nec ego ab ea recedere auderem, cum hodie

4 † scribentes ex impugnatione communis opinionis laudem, & gloriam sibi comparare videantur, vt de Andr. Barbat. dicebat Neuizan. in Sylu. nupt. lib. quinto numero vigesimo octauo, vt refert Ant. Maria Corat. in commun. opin. in præfat. num. 8.

5 Et qui tenent opinionem negatiuam, vt non sint sublatæ cautiones per pacem sequutam, illam extendunt etiam quod ipsæ partes pacificentes expresse in pace dixerint cautiones iam præstitas fuisse, & esse cassas, & pro cassis haberi voluerint, Vulpel. dicta quæstione 30. numero tertio Farinacci. dicta quæstione 107. numero 127.

6 Ac ſciendum eſt in propoſito, quod licet per pacem aliqui, vt diximus, tenuerint non eſſe ſublatas cautiones, tamen ſi poſt pacem, vna pars offendat aliam, cenſetur offenſio facta non ex antiqua, quę iam per pacem ſopita eſt, ſed ex noua cauſa. Herculan. in Tract. de cautionib. de non offenden. capit. 9. num. 2. Marc. Ant. Eugen. conſ. 82. num. 35. ſequen. Farinacc. dict. quæſt. 107. num. 134. Addent. ad Farinacc. in d. conſ. 31. in litera A, verſ. & licet prędicta, vbi poſt Eugen. ampliant, ſtante etiam conſtiturione, quod no-
7 ua cauſa allegari † non poſſit: & ita ſæpius Peruſiæ fuiſſe ſeruatum teſtatur.

8 Item eſt notandum, quod licet cautio non cenſeatur ſublata per ſubſequentem pacem, ſecundum eoſdem Doctores, poterit tamen Iudex ſequuta pace, ſi ita ſibi videbitur caſſare cautionem, & tunc poterit ita arbitrari, ſi odij, vel inimicitiæ rancorem ceſſaſſe exiſtimauerit, ſecus ſi aliter Herculan. de caut. de non offendend. d. cap. 9. num. 9. & 10. & num. 14. verſ. quamobrem, vbi ſubdit, quod in dubio, ſequuta pace pręſumitur ceſſare timor ſcandali, quem ſequitur Farinacc. in dict. quæſt. 107. num. 135. & addentes ad Farinacc. in dicto conſ. 31. in litera A, verſ. aduerte ſecundo.

9 Item ſi Iudex requiſitus caſſare cautionem recuſaret illam caſſare ſine iuſta cauſa adhuc habetur pro caſſa quoad partem. Hercul. de caut. de non offend. d. cap. 9. num. 14. verſ. plane ſi per partem, Farinacc. in d. quęſt. 107. num. 136. de cuius opinione valde dubitat, & verius credit, vt tutius eſſet a tali denegatione, ſeu recuſatione eſſe appellandum. Idem tradunt Addentes ad Farinacc. in dict. conſ. 31. in litera A. verſ. aduerte tertio.

10 Item ſciendum eſt, quod Iudex non poteſt ex officio ſuo, & parte non inſtante cautionem caſſare: quamuis pax ſequuta fuerit, ſed requiritur, vt petatur, nec ſufficeret inſtantia vnius partis, ſi altera recuſaret, ſed requiritur conſenſus vtriuſq. Hercul. de caut. de non offend. dict. cap. 9. num. 14. Cum ſi altera pars recuſaret non ceſſaret reſpectu illius timor offenſionis, & ſcandali: quia ſtare hęc inſimul poſſunt, ſi adhuc detur cauſa delinquendi, & offendendi, altera pars ſit prætermiſſura, vt dicit idem Hercul. vbi ſupra, & ſequitur Farinacc. in d. quęſt. 107. num. 136. & adden. ad Farinacc. in d. conſ. 31. in litera A. in fine.

11 Item non eſt omittendum, quod per ſecundam pacem, cenſetur pax prima caſſa, & abolita: adeo quod in caſu contrauentionis non poteſt exigi pœna appoſita in primo inſtrumento pacis. Rimin. ſeni. conſ. 22. num. 1. 7. in fine verſ. vltimo prædicta probantur, & num. 10. verſ. tertio reſpondetur, lib. primo, vbi firmat, quod per ſecundum pacis inſtrumentum, cenſetur nouatum primum inſtrumentum, ſi in ſecundo pax fuerit ſequuta de omnibus præteritis iniurijs ex quacunq. cauſa, & vſq. ad diem celebrati Inſtrumenti, vbi iure, & bonis rationibus comprobat, & contrarijs reſpondet, vt refert, & ſequitur Farinacc. in d. q. 107. num. 139. Bertazzol. conſ. 147. num. 3. volum. 1. quia per nouationem expræſſam tollitur primus contractus. l. fin. C. de nouat. & ſecundum pactum tollit primum l. ſi vnus §. pactus ne peteret l. ab emptione ff. de pact. Doct. in l. pacta nouiſſima C. de pact.

Quæ-

Quæst. XXXV.

An per pœnam conuentionalem appositam in pace per partes censeatur recessum a pęna imposita a iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Pœna municipalis tollit pœnam legalem.*
2 *Limita quando expræsse, vel præsumptiue per legem municipalem tollatur pœna legalis.*
3 *Vel nisi per statutum minor pœna imponatur.*
4 *Vel nisi vna lex, vni altera alteri pœnam applicaret.*
5 *Contrariam opinionem quod per legem, municipalem tollatur pœna legalis tenent ibi Doct.*
6 *Quæ opinio affirmatiua magis procedit quando iudex in sententia imposuit pœnam statutariam.*
7 *Item procedit si minor pœna a statuto esset inflicta.*
8 *Item procedit si pœna municipalis esset pecuniaria; & pœna legalis esset corporalis.*
9 *Item procedit quando statutum imponit maiorem pœnam, quàm faciat ius commune.*
10 *Pœna conuentionalis imposita a parte, iudice absente in contractu pacis, non tollit pœnam legalem.*
11 *Idem erit si fuerit facta coram Iudice, sed secus si coram Principe.*

1 SVcceſsiue occurrit alia quęstio, an si partes in cōtractu pacis initæ apposuerint pænam pro cōtrauentione, ex illa intelligatur sublata pæna imposita a lege, vel a Iure Communi. Vulpell. in tract. de pace quæstion. 52. qui ponit hanc quæstionem in terminis, primo discutit, an pęna a lege municipali imposita tollat pænam legalem, In qua quęstione pro parte negatiua adducit Cyn. in l. qui sepulchra num. 3. C. de sepulchr. violat. & illam dicit esse magis communem, quam sequitur Bar. in l. 1. num. 1. ff. de vi bonor. rapt. quia licet diuersę pęnæ natiuitate concurrant, secus tamen est in petitione, & earum exequutione, vt dicit Salycet. in d. l. qui sepulchra numero sexto sequen. quam opinionem sequuntur Abb. Innocent. & Butr. in locis relatis per Vulpell. in dict. quæstione 52. numero secundo.

Quam communem opinionem limitant Doctores, quando per legem statutariam tollitur lex communis, vel si præsumptiones aliud suaderent, & pro præsumptione adducunt, quando per legem municipalem sancitum esset, quod vbi pęna per statutum non esset expressa, sit recurrendum ad ius commune, vt post Cyn. & Din. firmat idem Vulpell. dicta quęstione 52. nu. 1. Vel nisi per statutum minor pœna esset imposita. Vel vna lex vni, altera alteri pænam applicaret post Veronen. cons. 14. nu. 5. 6. tradit Vulpell. in d. quæst. 52. nu. 2.

Et pro ista opinione Bar. negatiua adducuntur etiam plures alij Doct. a Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 85. nu. 5. versic. bene verum est, qui post Ant. Gomez testatur hanc esse magis communem opinionem, & Afflict. in Constit. Parteniorum numer. 28. seqq. ponit hanc opinionem pro regula cum decem limitationibus, & late ponit hanc quæstionem Menochi. in tit. de recuperand. possess. remed. 9. quęstione 51.

5 Contrariam opinionem tenet Bald. in l. data opera numer. 19. vers. Item no-

notandum. Alberic. in prima parte Statut. quæstione 8. vbi subdit sic lanuæ disputatum, & resolutum fuisse Gramm.cons.35.nu.56.vbi dicit quod ita totus Mundus obseruat. Vulpell.in d.q.52.nu.3. qui etiam testatur, quod ita quotidie in Vmbria,Piceno,& Romandiola obseruatum fuisse non ignorat,& vltra Doct.allegatos per Vulpel. tenet Afflict.super Const.Regni in præludijs q.7.nu.47.vbi de magis communi, & magis practicata opinione, & quod totus mundus illam obseruat. Iul.Cla. in d.q.85.n.5.vers.contrariam autem, vbi pluries de cōmuni testatur,&quod ita in iudicando, & consulendo in illa Prouincia Mediolani obseruatur, & quod est magis communiter ista opinio a cōsuetudine approbata,licet etiam dicat, quod in hac quæstione opus esset decisione Imperatoris.Farinacc. q. 107. artic.6.nu.76.vbi de magis communi, & seruata opinione Card. Tusch. tom. 6.in verbo pax.concl.186.num.8.Bertazzol.cons.265.num. 4. vol.2.vbi de communi. Ias.cons.188.in fin.vol.2.late Petr.Caball.in tract. crim.cas.2.per totum Rim.Iun.cons.758.nu.24.seqq. vol.7.

6 Tenendo istam opinionem, vt sit attendenda pœna municipalis, & non legalis,illam amplia, vt magis procedat,quando pro delicto Iudex in sententia imposuit pænam statutariam; quia eo casu non erit amplius attendenda pęna legalis.Iul.Clar.in d. §.final.q.85.sub nu.5.circa finem,vbi reddit bonam rationem.Item etiam si ma-

7 ior pæna† esset a lege imposita,adhuc erit attendenda pæna municipalis,Decian.respons.104 nu.31.vol. 3. vbi refert,quod ita fuit iudicatum. Si vero pęna statuti esset minor pęna legali tūc vtraq. deberetur,Grammat. cons. 35. nu.12.in fine,sed pro vera declaratione,vide Ant.Gomez.tit.de delict. cap. 1.nu.38.vers.quarta conclusio.Sed Farinacc.in d. q.107.nu.76. in fin. testatur de magis communi opinione,quod

8 cesset pæna legalis. Item erit vera supradicta opinio affirmatiua, etiam si pæna municipalis esset pecuniaria, & pæna legalis esset corporalis, vt post Bursatt.in cons.94. nu. 4. vol.1.tradit Baiard. ad Iul. Clar. in d. q. 85.vers. adde quod, vbi testatur etiam de magis communi. Ac etiam erit vera quādo lex municipalis imponeret maiorē

9 pęnam,quam imponat† lex communis. Vulpell.d.quęst.52.circa finem.Card. Tusch.d.concl.189.num.2.tom.6. in verb.pax.

Sed magis in specie in quęstione proposita de pæna conuentionali, quā paciscentes eorum arbitrio apponunt, (iudice absente)in cōtractu,seu instrumento pacis, illa non tolleat pænam

10 legalem deducitur: quia † sicut ipsi particulares paciscentes non possunt condere legem,nec ita pęnam legalem possunt tollere per pactum, in terminis tenet Vulpell. in dict. tract. de pace d.quæst.52.n.4.quem refert Card. Tusch. d.conclu.189.nu.1.Cuius opinio per eamdem rationem, vera reputanda erit,etiam si pax fuerit facta cū dictis conditionibus, vel pænis coram Prętore, qui nec etiam legem communem tolle posśit,nec authorizzare con tractum pacis,vt in simili dicit Luc.de Penn.in l.vni.nu.41.q. 15. C.de publ. lętit.lib.12.Farinacc.q.107.art.6.nu. 74.vbi de magis communi,Vulpell. de pac.q.52.n.1.Card.Tusc.to.6.in verb. pax.conclus.184 nu.7. sed procederet si fieret coram Principe,cuius potestas est legem condere,& destruere.

Quæst. XXXVI.

An partes ante commissam pœnam posśint recedere à contractu pacis.

SVMMARIVM.

1 *Partes ante incursam pœnam sine consensu Principis possunt recedere a contractu pacis.*
2 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi.*
3 *Authoris opinio, quod partes non possunt recedere sine consensu Principis.*
4 *Quæ Authoris opinio magis procedit quando partes vellent recedere a pœna conuentionali, quia iterum vellent inuicem pugnare.*
5 *Item magis procedit quando vna pars recusaret.*
6 *Limita quando pœna non esset applicata Fisco, sed parti: quia tunc partes possunt recedere.*
7 *Pœna in statu Ecclesiastico censetur applicata Cameræ Apostolicæ vigore Bullæ Pij Quarti.*

1 IN hac quæstione, quod partes possint recedere a cõtractu pacis etiam sine Principis consensu ante commissam pœnam adducitur Bal. in l. 2. nu. 1. C. si seru. exportand. veniat Ias. in l. fin. num 10. ff. de pact. vbi subdit, quia auctor contractus ante pœnam commissam, est etiam author totius distractus, facit etiam doctrina Bar. in l. qui Romę. §. Flauius nu. 1. versu dic contra, ff. de verb. oblig. vbi decidit, quod donatio facta Titio de vno fundo, vt post certum tempus esset talis Ecclesiæ, donator potest tollere huiusmodi pactionem in fauorem Ecclesiæ factam, & magis in terminis in casu nostro in d. §. Flauius nu. 6. Raphael Cuman. tenet hanc opinionem, quam etiam sequitur Bertazz. in cons. 141. nu. 4. in princ. qui etiam adducit Hercul. in tract. de caut. de nõ offend. cap. 9. num. 10. qui vere ibi hoc non dicit: & hoc est quod Farinacc. dicere voluit in tract. de var. & diuers. Crimi. q. 107. par. 1. art. 12. nu. 141. dum tangit hanc quęstionem, & pro ista opinione allegat Bertazzol. in dicto cons. 147. nu. 3. subdens, esse videndum an Doctores allegati per eum hoc probēt, qui vere omnes in specie probant hanc opinionem, excepto Herculano in loco allegato.

2 Contrarium sentit, vt animaduertit Farinacc. in d. quęst. 107. n. 141. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. nu. 12. seqq. vbi ad literam firmat, quod nec exprçsse, nec tacite partes possint recedere a pace in præiudicium Fisci, ex Doctrina Bar. Ias. & Lap. in locis per eum allegatis, licet nu. 14. dicat super hoc esse cogitandum, Baiard. ad Iul. Clar. in q. 47. §. fin. num. 55. in fine, & adducitur etiam Riminal. Iun. in cons. 704. nu. 69. seqq. lib. 1. vbi quod principales paciscentes non possint in prçiudicium comprçhensorum in pace, cassationi, & annullationi Instrumenti pacis consentire, quando eis esset ius, quęsitum, vt etiam refert, & prosequitur Farinac. d. quęst. 107. nu. 141. in fine.

3 Ego autem libenter cum hac vltima opinione concurro, vt partes non possint recedere sine consensu Principis a pęnis conuentionalibus in pace contentis, cum vere, & realiter per stipulationēm Notarij nomine Cameræ sit ei, ius acquisitum, saltim spe, quod partes in præiudicium Cameræ tollere non possint per distractionem, & facit in proposito tex. in l. vero procuratori ff. de solutio. ibi, quia certam conditionem habuit stipulatio, quam mutare non potuit stipulator.

4 Quod maxime est dicendum, quando partes ex communi consensu voluerint a dictis pænis conuentionalibus pacis recedere: quia vellent denuo bellum inter ipsas habere, & tunc eo minus possint ratione publicæ vtilitatis a pacis conuentionibus, & pænis recedere, vt de cautione de non offendendo, tradit Herculan. in eodem tract. cap. 9. num. 11. & nec obstat

quod

quod dicebatur ex authoritate Iaſ. in d.l. fi. de pact.n.10. in fi.ꝙ author cõtractus ante pęnã cõmiſſam,ſit author diſtractus :quia non procedit, vbi agitur de præiudicio tertij, & de iure iam acquiſito alicui ; ſed quando tantummodo ageretur de præiudicio ipſarum partium,& non alterius.

5 Ac etiam magis procedit quando vna pars vellet recedere a pace, altera vero non, quia iſta pręualere debet. Herculan. de caut.de non offend.cap. 9.nu.14.vbi reddit rationem.

6 Bene verum eſt,quod ſi ſimpliciter fuerit concepta pax cum pænis conuentionalibus abſque quod exptimatur, quod pæna in euentum contrauentionis Fiſco applicetur , partes poſſent a pace recedere ; quia de iure non tenet pax , niſi pæna Fiſco applicetur, vt poſt Barthol. in l. arbitror la 2. ff. de teſtib.& in l.1.col.vlt.ff.de Iur.Fiſc. tradit Nouell.in Pract.crim.cap.fin.n. 90.vel ſi teneat pax, pæna applicabitur ipſis partibus obſeruantibus,&non contrauenientibus. Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 26.Herculan. in tract.de caut.de non offend.capit. 10. num.8.ideo poterunt a d.pœna ad earum libitum recedere.

7 Quod non procederet in ſtatu Eccleſiaſtico per Bullam Pij Quarti in ordine 128.par.2.Bullar.verſ.& inſuper cum omnis pæna intelligatur ſtipulata pro Camera Apoſtolica , quamuis Notarius hoc non expreſſerit.Farinac. in tract.de diuerſ. crim. q. 107. art. 7. par.1.nu.80.Add.ad.Magon.deciſ.Lucenſ.100.in fin.add.

Quæſt. XXXVII.

Pax de quo tempore fieri,& produci debeat,vt ſuffragetur paciſcentibus ad gratiam,& beneficium ſtatuti conſequendum.

SVMMARIVM.

1 *Pax,vt ſuffragetur pro beneficio ſtatuti debet præfigi in termino præfixo a ſtatuto.*

2 *Pax habita ab aliquibus cum promiſſione de rato in termino , ſi deinde ſequatur ratificatio poſt terminum non ſuffragabitur.*

3 *Pax ſufficit,vt producatur in termino, licet ſuper ea in dicto termino non ſequatur pronuncia Iudicis.*

4 *Pax quando ſtatutum non præfigit terminum ſufficit,vt etiam habeatur poſt gratiam,etiam ſi in gratia diceretur: dummodo homicida ab hęrdibus defuncti pacem habeat.*

5 *Interpretatio ſit largiſſima in beneficijs Principum.*

6 *Pax debet produci, vt gratia ſuffragetur,nec gratia interinatur , niſi prius conſtet de pace.*

1 PAX, vt ſuffragari valeat paciſcenti ad obtinendum beneficium a ſtatuto conceſſum, debet produci in termino præfixo ab ipſo ſtatu to,alias ſi producatur poſt termi num ſtatuti,non iuuabit producentem. Bald.in l.Iuris nu. 2.C.qui admitt.Iacob.Nouell.in Pract.crim.cap.fin. nu. 105.& ſi pax ab aliquibus ex offenſis, & non ab omnibus obtineatur, tamen adſit promiſſio rati quoad alios & præſentetur in termino præfixo a decreto, vt pax extinguat delicta,ſi deinde ſequatur ratificatio poſt terminum, pax non ſuffragabitur, nec erit locus dicto decreto.Bald.in l.nec ei §.ſatiſdation. 13. verſ. breuiter dico contrarium. ff. de adoption.Boſſ.in tit.de pace n. 27. verſ.Senatus autem,vbi teſtatur quod Senatus Mediolani non admiſit tales ratificationes poſt terminum decreti in gratia generali conceſſa ob aduentum Duciſſę;& etiam firmat,quod ipſe ita ſeruari fecit in cauſa cuiuſdam hebræi.

bræi.sed bene verum est, quod sufficit vt instrumentum pacis producatur in termino præfixo à Statuto, vel decreto licet desuper in dicto termino non sequatur pronũcia Iudicis, vt post Bal. in l. omniũ vers. Itẽ nota, ꝙ sufficit productio C. de testam. Firmat Iac. Nouell. in d. tract. crim. cap. fin. nu. 105. in fin.

4 Et quando non esset prouisum per statutum infra quem terminum pax fieri debeat ad beneficium gratiæ obtinendum, si credere velimus Marsil. in cons. 46. n. 24. 27. sufficit, quod habeatur etiam post gratiam, vel decretum emanatum cum clausula: dummodo homicida pacem a cõsanguineis defuncti, vel ab alijs habeat; quia gratia superueniens debet trahi ad tempus dicti decreti, cum lata fieri debeat interpretatio, vt trahatur ad pacem futurã cũ in priuilegijs, gratijs, beneficijs, &
5 indultis † Principum, non solum larga, sed etiam largissima fiat interpretatio l. fin. ff. de constit. Princip. cap. olim. & cap. quia circa de priuil. capit. olim de verb. signific. & late prosequitur allegando multa similia ad propositum, Marsil. in d. cons. 46. nu. 24. seqq. & late Nicol. Moron. in Tract. de treug. & pace q. 106. num. 9. cum plurib. seqq. vbi loquitur in gratia concessa cum clausula habita pace, vel cum clausula si sibi constiterit de pace, vt videatur includere quod sufficiat, vt pax obti-
6 neatur † etiam post gratiam, & ipsa deinde producatur, cum gratia aliter effectum non sortiatur, nisi de illa constet, & desuper cognitio fiat, & Iudici liqueat, & non approbatur gratia, neq. interinatur, nisi prius de ipsa pace constet, vt firmat Boss. in tit. de remed. ex sola clemen. Princip. nu. 24. vers. Senatus non approbaret: & sic ex istis videtur posse concludi, quod sufficiat pacẽ adesse, & produci tempore approbationis, & non requiri pacem præcedere debere ipsam gratiam, sicut prodest si habeatur post sententiam, vt sit locus statuto, vt quis mitius puniatur. Baiard. Iul. Clar. §. fin. q. 58. nu. 3. Petr. Caball. in q. crim. cas. 56. nu. 128.

Quæst. XXXVIII.

Princeps an gratiã facere possit pro delictis, non obtenta pace ab offenso, vel eius hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps est solutus legibus.*
2 *Princeps non facit gratiam delinquenti, nisi habita pace.*
3 *Quod magis procedit in homicidio appensate commisso.*
4 *Princeps, vel Imperator gratiam faciens sine pace, peccat mortaliter.*
5 *Princeps nec etiam de laudabili consuetudine gratiam facit sine pace.*
6 *Princeps in statu Ecclesiastico non facit gratiam, nisi habita pace, vel seruato exilio a loco delicti, & a loco habitationis partis offensæ per Bullam Pij Quarti.*
7 *Quæ consuetudo fuit introducta, vt experientia docuit ad tollenda scandala per alias rationes ibi adductas.*
8 *In Vrbe idem seruatur per Confraternitates habentes priuilegium liberandi carceratos.*
9 *Ac idem seruatur in hebræis, qui solent habere Indulgentias a Cardilani Camerario, quas eis non concedit nisi habita pace.*
10 *Gratia sine consensu partis, per Principem fieri non solet, etiam auxiliatoribus, & condemnatis in pœnam extrãordinariam.*
11 *Nec etiam sufficeret si condemnatus solueret parti læsæ damna, & interesse.*
12 *Nec etiam sufficeret si delinquens habuisset*

buisset pacem in foro conscientiæ.

13 *Item etiam si Princeps in gratia parti offensæ iura reseruaret.*

14 *Item requiritur pax in quolibet leui delicto commisso cum animi deliberatione.*

15 *Item isti gratiati sine pace poterunt furca suspendi, & pœna ordinaria puniri.*

16 *Quod magis procedit quando pax fuerit extorta per metum.*

17 *Contrariam opinionem quod gratiatus non debeat puniri, sed relaxari subiectus prioribus pœnis tenent ibi Doct.*

18 *Decipi quis non debet sub fide publica.*

19 *Fides publica est seruanda, & quis sub ea decipi non debet.*

20 *Declara quando, & in quibus casibus procedat ista conclusio sub num. 21. 22. 23.*

24 *Gratia non valet a Principe facta sine pace etiam in reali offensione, prout in furto, & similibus.*

25 *Amplia etiam, vt procedat in mulcta ex vera contumacia irrogata.*

26 *Princeps etiam habita pace non solet gratiatum statim remittere, sed illum exulare per aliquod tempus.*

27 *Gratia sine pace valet vbi ex natura negocij pax non requiritur, & ponuntur exempla.*

28 *Princeps si gratiam faciat sine pace, aliqua tamen causa pro bono pacis subsistente, gratia tenet.*

29 *Princeps pro bono pacis potest etiam remittere damna, & interesse passa per partem læsam.*

30 *Contrariam opinionem, vt nec etiam pro bono pacis Princeps facere possit gratiam sine pace, etiam causa subsistente, sed copulatiue concurrere debeant vtilitas publica, & consensus partis tenent ibi Doct.*

31 *Princeps respectu pœnæ corporalis, & pœnæ pecuniariæ Fisco applicandæ sine pace potest delinquentem gratiare secundum Farinacc.*

32 *Contrariam opinionem contra Farinacc. tenent ibi Doct.*

33 *Princeps de plenitudine potestatis secundum aliquos potest gratias facere sine pace.*

1 LICET Princeps sit legibus solutus, nihilominus in remittendis, aut temperandis ex gratia pœnis lento gradu contra delinquentes procedere solet l. Digna vox C. de legib. & ob id, nisi habita 2 pace, vel parte† concordata non facit gratiam delinquentibus, vt responderunt potentissimo Principi Duci Mediolani Bal. & Plot. insimul in cons. 6. per tot. tom. 2. crimin. in folio, & alter Plot. in cons. 78. num. 52. cum plur. sequen. vbi dicit, quod de iure Diuino videtur quod requiratur pax offensi, vel hæredum, & quod absq. ea etiamsi esset Imperator, Rex aut Dux non possit facere gratiam, ac liberationem pro aliquo delicto etiã alias gratiabili ex authoritate Diui Thomæ secunda secundæ q. 67. sub rubr. de vitijs oppositis art. 4. cum pax offensa, vel hæres recipiat honoris sui recompensationem, si via iuris puniatur offendens, & ob id gratia deinde sequuta sine pace, non valeret ex authoritate eiusdem Diui Thomæ in d. art. 4. in dicto cons. 6. nu. 3. late Iul. Clar. in tract. Crim. q. 39. §. fin. nu. 1. & ibi Baiard. sub n. 38. & 43. Farinacc. tit. de Inquisit. q. 6. n. 18. vbi alios allegat Car. Tusc. tom. 4. in verb. gratia concl. 54. nu. 3.
3 Quod magis Doctores admittunt in homicidio appensate, & animo deliberato commisso, cum hoc dispositum sit de iure Diuino, tam ex veteri, quam ex nouo testamento, vt legitur in lib. Genesis cap. 9. & in Deuthor. cap. 19. & in Exod. c. 21. & in Apoca. Diui Ioannis c. 13. & in Euang. c. 26. secundum Matthæũ, vt valde detestatur Bernar. Plot. in d. cons. 78. n. 25. Petr. Plach. in Epithom. Delict. cap. 1. num. 1. seqq. & ob id

ob id Imperator Deo inferior non potest tollere, neq. mutare ius a Deo superiore factum, vt latissime prosequitur Io:Bapt. Plot. in d. cons. 78. n. 25. seqq. Farinacc. d. q. 6. nu. 17. Menoch. de arbitr. q. 96. num. 3. lib. 1. Bald. & Bened.
4 Plot. in d. cons. 6. nu. 2. vbi concludunt, quod si aliter Imperator faciat, mortaliter peccat ex authoritate Diui Thomæ in d. art. 4. Card. Tusch. in d. concl. 54. nu. 1. Petr. Caball. in Quæst. crimin. cas. 58. nu. 4. Baiard. in d. quęst. 59. nu. 42. post Parid. de Put. in Tract. de sindicat. in verb. compositio cap. 7. num. 11. & Gramm. cons. 34. nu. 2. & vot. 35. num. 9.

5 Quæ conclusio de iure ita firmata est etiam a laudabili consuetudine approbata, vt testantur Plot. in d. cons. 78. n. 34. seq. Boss. in tit. de remed. ex sola clement. Princip. n. 24. vers. ex Laudabili tamen, & nu. 41. vers. dixi supra, & in tit. de pace nu. 1. Gramm. cons. 34. n. 19. idē Clar. vbi supra dixit quod semper vidit Mediolani seruari pro lege gratias sine partis remissione concessas non approbari per Senatum. Farinacc. in d. quæst. 6. nu. 20. & ibi refert quod nunquam meminit in Vrbe nec generaliter, nec particulariter Summos Pōtifices concessisse gratias delinquentibus, nisi habita pace, vel seruato exilio
6 a loco † delicti, atq. vbi offensus, vel eius hæredes commorantur donec pacem habuerint, iuxta Bullam Pij Quarti Constit. 80. in Bullar. par. 1. quę licet loquatur in gratijs bannito concedendis, eo quia vel alium bannitum occiderit, vel fuerit nominatus ab eo, qui illum occciderit, generaliter tamen in omnibus gratijs seruatur; & sub nu. 25. refert plures casus in Curia contigisse, in quibus ita fuit obseruatum, & in cons. 3. nu. 2. etiam post alios, quos allegat testatur de consuetudine totius Vrbis, & Orbis, & nu. 8. & in cons. 46. fere per totum. Baiard. in d. quęst. 59. n. 41. Petr. Caball. in dicto cas. 58. n. 6.

8 Quæ consuetudo ab omnibus recepta fuit ad tollenda scandala, vt experientia docuit; quia non habita pace offendens reuertens in patriam posset offendi de facto ab offenso, vel eius hęredibus. Plot. d. cons. 78. nu. 28. Farinacc. d. q. 6. nu. 20. circa finem. Rimin. Iun. cons. 217. nu. 24. Thesaur. decis. 21. nu. 3. Petr. Caball. d. cas. 58. nu. 15. seq. Item quia etiam quod offensus, vel eius hæredes essent pacifici, & non nocituri delinquenti, adhuc requiritur pax in compensationem honoris, vt in solatiū offensi, vel eius hæredum, & in pœnam delinquentis. Plot. d. cons. 78. num. 28. vers. etiam vbi, & nu. 29. Petr. Caball. d. cas. 58. nu. 15. Farinacc. d. cons. 3. nu. 2. & dict. quęst. 6. num. 18. vers. secundo in pœnam. Item ne ex nimia indulgentia Principis erga delinquentes, ne alij delinquant; & ipse homicida insolentior efficiatur. Io:Bapt. Plot. d. cons. 78. sub nu. 65. Petr. Caball. d. cas. 58. n. 16. Vel quia etiam subditi videntes non sibi per inflictas calumnias, & iniurias compensari, in seruitute se viuere arbitrantur, vt per Menoch. de arbitr. quæst. 96. nu. 3. lib. 1. & ego sum verus testis.

8 Imo plures adsunt in Vrbe, ac in totos statu Ecclesiastico ex priuilegio Summorum Pontificum Confraternitates, quę in honorem alicuius festiuitatis possunt quolibet anno ad mortis pænam condemnatum ex carceribus
9 liberare, habita † tamen pace, & non alias, & etiam quolibet quinquennio hebręi obtinent gratias a D. Cardinali Camerario de omnibus delictis, exceptis quibusdam, dummodo pacem habuerint ab offenso, seu eius hæredibus, & dummodo de delictis non fuerint inquisiti, vt etiam refert Farin. in d. quęst. 6. nu. 20. vers. imo; & ego dixi in meo tractatu de confiscatione bonorum.

10 Et talis opinio a consuetudine approbata procedit non solum in principalibus

palibus delinquentibus, sed etiam in auxiliatoribus, & in condemnatis in poena pecuniaria tantum: quia non valeret gratia eis sine pace concessa. Iul. Clar. in quęst. 58. nu. 39. vers. aduerte, vbi testatur quod ita fuit per Senatum obseruatum sequitur Card. Tusc. in d.
11 q. 58. nu. 4. Ac etiam† non sufficeret pro gratia obtinenda quod condemnatus soluerit damna, & interesse parti læsæ. Iul. Clar. in d. quęst. 58. nu. 39. in princ. Card. Tusch. d. conclus. 74. nu. 7. & di-
12 xi supra in quæst. Nec minus sufficeret si pacem habuerit delinquens in foro conscientię, cum non tollatur quin remittens possit in foro fori accusare. Iul. Clar. d. quęst. 58. nu. 38. Card. Tus.
13 d. concl. 54. nu. 6. & idem† firmant esse si Princeps exprçsse iura partis offensæ reseruaret, quia adhuc requiritur pax, & remissio, vt gratia sit bona. Iul. Clar. d. §. fin. q. 58. nu. 3. vbi testatur idem seruari in Regno Neapolitano sequitur Card. Tusch. d. concl. 54. nu. 9. Imo
14 in qualibet† offensione, vel leui delicto siue simplici insultu, vel prima euaginatione sine offensa cum animi deliberatione, vt gratia valeat requiritur pax. Iul. Clar. d. §. fin. q. 59. num. 3. vers. sed hęc omnia Card. Tusch. d. conclus. 54. nu. 10.

15 Amplia supra firmatam cõclusionem a consuetudine receptam, vt in tantum gratiati sine pace, & remissione partis non possint gaudere gratia, vt debeant puniri pæna ordinaria delicti, non obstante dicta gratia, vt testatur Iul. Cla. in d. quæst. 59. nu. 4. vers. Cęterum ego semper vidi, & allegat Gramm. in cons. crim. 34. & refert Card. Tus. in d. concl. 54. nu. 11.

16 Eoq. magis procederet quando fuisset pax extorta per vim, & metum, vt reus deberet furca suspendi, prout fuit Mediolani obseruatum contra quemdam Antonium Cossam, vt refert Iul. Clar. in d. §. fin. q. 59. num. 3. vers. aliquando vidi Farinacci. tit. de inquisit. q. 6. n. 27. vers. licet quidam Antonius. Card. Tusc. in d. concl. 54. nu. 12. tom. 4. in verb. gratia.

17 Contrariam opinionem, quod isto casu gratiatus non debeat decapitari, vel suspendi, nec pœna aliqua puniri, sed relaxandus subiectus prioribus pænis, & condemnationibus delicti, quod commisit, bene desumitur ex dispositione text. in l. 1. C. de his, qui veniunt ætat. impetr. ne quis sub fide publica deceptus dicatur, & in terminis nostris tenent Boss. in tit. de remed. ex sola clement. Princip. sub nu. 42. Iul. Clar. d. §. fin. q. 59. sub num. 3. vbi testatur quod quidam Christophorus Pilonus, qui in Senatu literas gratię minus legitimas exhibuerat fuit e carceribus dimissus, & pristinę libertati restitutus. Vulpell. respons. crimin. 19. nu. 12. seq. testatur
18 ita Romæ fuisse obseruatum† inquiens quod nemo sit sub fide publica decipiendus, siue fuerit nulla defectu solemnitatis, siue defectu potestatis, & siue palam, siue secreto data fuerit, vbi concordantes allegat, & de frequẽtiori opinione testatur, & Farinacc. in tit. de Inquisit. q. 6. nu. 26. & refert casus, in quibus in Vrbe etiam per Reuerendissimos DD. Visitatores Carcerum idem fuit obseruatum, & ego feci liberare a pęna vltimi supplicij duos fratres de Castro Vitorchiani, qui obtinuerant gratiam a DD. conseruatoribus Vrbis pro homicidio commisso in personam cuiusdam Notarij: sed quia per Bullam Clementis Papæ octaui est est sublata Dominis Feudorum facultas gratiandi: ideo instabatur per Fiscum ipsos fratres suspendi, iuxta tenorem sententiæ, cum gratia eis concessa fuerit nulla ex defectu potestatis, qui nihilominus, vt dixi exempti fuerunt a pæna pręfata, ne dicerentur decepti sub fide publica D D. Conseruatorum.

20 Sed quia casus iste de fide publica quotidie in facto vbiq. contingere potest, & hic in Vrbe fuerit acerrime dispu-

ſputatus in illo ſupremo Tribunali Sacrę Conſultę in cauſa cuiuſdam Simonis de Monte Acuto capitaliter condemnati prò pluribus delictis; ſed abſoluti,& remiſſi Fiſco citato,& non appellante: quia Curiæ præſentauerat caput alterius banniti,& condemnati, & inter Illuſtriſs. DD.eiuſdē ſacræ cōſultę ſuper deciſione iſtius caſus fuerit diù controuerſum, vt eſt videre per Farinacc.in conſ.53.per totum,vbi refert fundamenta cuiuslibet Illuſtriſſimi Domini,& tandem diſtinguendo tres caſus concludit,quos Inutile hic recenſere minime putaui.

21 Primus eſt quando Princeps purè,& ſimpliciter concedit gratiam, vel ſaluum conductum hoſti, vel rebelli,& tunc teneatur ad illius obſeruantiam, ne ſub eius fide publica decipiatur, iuxta terminos d. l.1. C. de his, qui veni. ętat. & leg. prima ff. de conſtit. pecun. Nec iſto caſu pænitentia aliqua admittitur, per quam violari poſſit fides publica leg. conuentionum ff. de pact.l. fin. ff. de legat. vbi violator fidei publicę in prędam hoſti offenſo datur, & iſte caſus procedit etiam ſi gratia non fuiſſet concedenda. Menochi.de arbitr.caſ.338.num.quinto lib. 2 Farinacc. d. conſ. 53. num. 22. ſeq. vbi firmat idem eſſe in his, quę Iudici ſunt permiſſa de iure, pure, & abſolutæ, prout quando bannito Iudex ſaluum conductum concedit temporalem, vt cognoſcatur de delicto in caſu, inquo non admittitur procurator, & tunc ſit dictus ſaluus conductus obſeruandus, & cadat in iſtis caſus fidei publicę.

22 Secundus caſus, eſt quando Princeps gratiam fecit, non puram,neque ſimplicem, ſed conditionalem, vel qualificatam, & voluit quod illa conditio, vel qualitas per Iudicem verificetur;vt ſi concedat Princeps rebannitionem bannitis,qui habent legitimā pacē,&producatur pax, quæ non ſit legitima,videlicet quia illa non fuit obtenta ab omnibus;tamen Iudex pronunciauit pacem legitimam, quæ non eſt,& rebanniuit,ſeu cancellauit bannum,gratia pręfata non valet,&iſte ſic rebānitus poterit impune interfici, Veron.cōſ.7.n.5.per tot.Nell.de bann.in 1.p.3.tēp.q.3.vbi nec fides publica violatur hoc caſu:quia ſibi imputet ſi cōditionē appoſitā a Principe non adimpleuir.Farin.in d.cōſ.53.n.23.ſeq.vbi alia ponit exempla,& ſubdit non poſſe iſtum rebannitum conquęri de fide publica, ex quo Iudex fecit contra ius conſtitutionis, & in caſu ſibi non permiſſo, & in ſententia Iudicis via iuris lata, quæ de ſui natura retractationi ſubiacet, & non dicitur amplius ſententia, nec datur fides publica.

23 Tertius caſus eſt quando Iudex per viam Iuſtitię inter priuatos, vel inter priuatum, & publicum iuſtitiam facit:quia ſi pronunciat contra ius vnius partis, ſententia, ſi ab ea non appelletur tranſibit in iudicatum, & faciet de albo nigrum, & qui habet ſententiam pro ſe non dicitur habere fidem publicam, a qua non licet recedere, ſed dicitur habere clypeum iuſtitiæ habentem pręſumptionem pro ſe,donec appareat de contrario Feli. in capit.quoniam contra,num. vigeſimo tertio ſeq.de probat. Et iſto caſu non conſideratur fides publica, vt late proſequitur tradendo plura alia exempla Farinac. d.conſ.53.num.26. ſeqq. & in ſpecie quando Iudex promittit impunitatem reo, ſi confiteatur delictum, quia iſta non poteſt dici fides publica,cum a Iure non ſit ei data facultas hoc promittendi: Et ideo fatuus ille reus dicitur, qui credit Iudici. Boſſ.tit.de confeſſ. per Totur. num. duodecimo, vbi de magis communi. Iul.Clar.§.fin.quæſt.55.num.9. vbi etiam de magis communi, de quo

exemplo vide latissime per addentes ad Farin.in d.consf.13.in litera A.

24 Amplia supradictam seruatam conclusionem procedere,ne dum in offensionibus in personam factis,vt in homicidio,vulnere,&similibus,sed etiam in reali offensa,prout in furto,rubaria, & similibus.Iul.Clar.d.§.finali.q.59.nu.3.vers.quinimo, vbi testatur quod ita seruatur Mediolani.Cardin. Tusch. d. concl.54.nu.8.

25 Amplia etiam in multa ex vera contumacia irrogata,vt Princeps non possit illam remittere , nisi concordata parte,capit. Venerabilis §. porro vers. secus de sent.excommun.in 6. Bertazzol.in cons. 163. vbi addentes ad Baiard.§.fi.d.q.59.n.42.vers.& hoc etiã.

26 Imo etiam obtenta pace, vel remissione adhuc boni Principes , & Reipublicæ solent non statim post gratiam delinquentes remittere,sed illos exulare per aliquod temporis spacium,vt testatur seruari per summum Pontificem late Farinacc.in d.quęst.6.num.20.& latius num.25. vers.Egoq.in Vrbe: Idem seruari per Senatum Mediolani testatur Boss.in tit.de remed.ex sola clemen.Princip.nu.47.& idem seruari per excelsam Rempublicam Venetam testatur Tyber.Decian. in tract. crim. tom.1.lib.3.cap.25.nu.93.idemq. testatur seruari per Senatum Pedemontarum Thesaur;& latius ibi addentes in decis. 21. & idem sentit Baiard. ad Iul.Clar.§.fin.q.59.num.51.qui valde inuehit contra officiales, & Gubernatores status Ecclesiastici,qui nulla habita consideratione quod mortaliter peccant , & quod Summus Pontifex raro,vel nisi cum magna causa gratias facit cum illa clausula habita pace , vel humiliter petita , vel seruato exilio,& sæpe a Ciuitate tantũ,donec gratiati pacem habuerint,& ipsi quotidie &indifferenter similes gratias faciant.

27 Primo limita supra firmatam conclusionem non requiri pacem pro gratia obtinenda in delictis, in quibus nõ requiritur remissio partis aut consensus,in quibus valet gratia sine pace, & parte non concordata . Iul. Clar.6. §.fin.quæst. 59. num. tertio vers. sunt tamen aliqui casus vbi exemplificat in simplici insultu,&delatione armorũ prohibitorũ in prima euaginatione,pro uocatione , ictu sine offensa , vel vulnere dumodo in istis animus deliberatus non pręcesserit:Alapa autẽ mandatum de occidendo,&exoneratio sclopi requirunt pacem , vt etiam prosequitur Farinacc. in d. q.6.n.21.Car.Tusc. in d.conclus.54.num.10.

28 Secundo limita eamdem conclusionem quando reus gratiaretur a Principe aliqua causa pro bono pacis subsistente : quia tunc Princeps potest gratiam facere etiam pace non habita, & damna, & interesse partis ea inuita,& non concordata , remittere,etiam in delictis deliberate, & appensate commissis secundum communem Doctorum opinionem , a qua nullus discrepat,teste Deci.cons.630.nu. 5. Menochia.Controuer.quem refert Iul.Clar. d.q.59.num.3.in princ. Boss. in tit. de remed. ex sol. clemen. Princip. num. 23.& 48. qui loquitur de gratia facta illis homicidis, qui transnatando flumen dederunt causam victorię vniuersi exercitus,qui eos insequutus est, & num.50. loquitur de gratia concessa pro homicidio deliberato causa sedandi vnum populum.Plot.d.cons.78.nu. 51. vbi loquitur in gratia facta ei, qui occidisset in Bello licito magnum numerum Infidelium. Ioseph. Ludou. decis.Lucen.15.num.72.seqq.par.prima, vbi loquitur de gratia facta Facinoroso delinquenti,qui alios complices,& delictum Curiæ ignotum reuelauit , & Farinacc. in dicta quæstione sexta num.22.in fine dicit similes gratias valere ratione publice vtilitatis etiam

etiam in assassinis, & illas esse solitas concedi in Vrbe, prout vere millies vidi obseruari hic in Curia, & illas promitti etiam per publica Edicta affixa in locis publicis, dummodo non fuerint reuelantes authores homicidij, vel delicti. Item si esset persona singularis respectu doctrinæ l. ad bestias ff. de pæn. Alex. cons. 19. in fin. vers. postremo circa 4. lib. 7. Card. Tusch. d. tom. 4. in verb. pax conclus. 54. num. 16. vbi etiam loquitur in gratia concessa ei, qui diu pro vtilitate Reipublicę elaborasset, vel fecisset aliquid, per quod multorum salus causata esset. Menoch. de Arbitr. quæst. 96. num. 14. lib. 1. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 25. nu. 69. Baiard. ad Iul. Clarum. §. fin. q. 59. nu. 52. in fine.

29 Imo isto casu pro bono pacis Princeps potest remittere damna, & interesse passa per ipsas partes, vt late disputat hunc articulum ad partes, & pro ista parte concludit per plura fundamenta. Luc. de Penn. in l. vnica quæst. 46. nu. 66. seqq. C. de public. lætit. lib. 12. vbi latissime Decian. in d. cap. 25. nu. 69. in fine.

30. Plot. autem in d. cons. 78. num. 75. seqq. impugnat totaliter huiusmodi opinionem, & limitationem, vt nullo modo Princeps gratiam sine remissione partis facere possit delinquentibus in delictis præmeditatis etiam subsistente causa publica; sed copulatiue ista duo concurrere in eis debeant, vtilitas publica, & consensus partis, vt ibi latissime prosequitur, & se fundat in specie in authoritate Diui Thomæ secunda secundæ quæst. 67. art. 4. vers. sed Princeps, & in hac eadem opinione transit Farinacc. in d. quæst. 6. num. 25. cum nulla vtilitas publica, (pace non habita) considerari valeat, ob scandala, quæ oriri possent in damnum Reipublicæ inter ipsas partes; & ob id Iul. Clar. in d. §. fin. quæst. 59. sub num. 3. dixit quod in Ducatu Mediolani non soleant concedi gratię, nisi habita pace; & idem Boss. in d. tit. de remed. ex sola clement. Princip. nu. 48. testatur Principem concessisse gratiam illis, qui transnatarunt flumen cum clausula: habita tamen pace. Petr. Caball. in quęstione crimin. cas. 58. num. 3. dicit si duo coucurrant quod fuerit habita pax, & gratia non afferret damnum Reipublicę. Et Farinacc. in dicta quæstione 6. num. 25. dicit non vidisse ex aliqua prætensa causa Pontifices facere gratias sine pace, vel saltim seruato exilio a loco delicti, vel vbi partes offensę commorantur iuxta dictam Bullam Pij Quarti; sed ego bene recordor quod tempore Clementis Papæ Octaui, quidam vir, & miles strenuus Romanus ob multa seruitia sedi Apostolicæ pręstita in Castris contra infideles, & in statu Ecclesiastico ob trucidatos, & fugatos bannitos eumdem statum turbantes remissus fuit sine pace fratris interfecti penitus pacem dare renuentis; sed veritas est quod fuit remissus sine pace, nō tantum ob seruitia præterita, quantum quia tunc temporis sedes Apostolica indigebat valore, & industria eiusdem militis.

31 Tertio limita, & intellige, vt quoad interesse Reipublicæ, & pęnam corporalem gratiam facere valeat Princeps, etiam parte non concordata, & non habita pace, & sic gratia substineatur respectu pœnæ corporalis, & pæcuniarię Fisco applicandæ: vt post Plot. consil. 78. num. 32. Couarr. lib. primo var. resolut. cap. 20. num. 8. Decian. d. cap. 25. num. 53. late Farinacc. in tit. de inquis. q. 5. nu. 12. qui vere non loquitur in gratia, sed in compositione, vt eam facere possit etiam parte non concordata: cuius Farinacc. opinionem reprobat Baiard. ad. Iul. Clar. d. §. fin. quęstione 59. num. 43. qui dicit quod si Farinacc. distinctio esset vera, vt gratia, vel compositio

32

valeat quoad Fiscum, illam bene potuisset Diuus Thomas, & prędicti alij Doctores illam non ignorassent: & ideo secundum eorum opinionem veram, & sanctam semper erit iudicandum nam dicta Farinacc. distinctio si vera esset destrueret totam istam conclusionem, & opinionem Angelici Doctoris Diui Thomæ, & tot celeberrimorum Doctorum, cum quibus melius erit transire, quam cum auctoritate dicti Farinaccij.

33 Non desunt tamen Doctores, qui tenent quod de quadam plenitudine potestatis Princeps possit in quocunq. crimine gratias facere, cum non sit nostrum liberales Principis ligare manus, & disputare de authoritate Principis sit sacrilegium, & ponere os in cęlum, vt late per decis. Auenionen. 47. fere per totam, & præcipue sub num. 1. vers. alij dicunt, & num. 3. in fine. Decian. in tract. crimin. tom. 1. cap. 25. nu. 90. lib. 3. Farinacc. cons. 3. n. 2. in fin. & in tit. de Inquisit. q. 6. n. 17. in fine, vbi dicit quod de facto Principes, vt ipsi aiunt, de absoluta potestate, quibus nemo resistere potest, aliquando gratias sine pace faciunt, nedum in homicidijs deliberate commissis, sed etiam per insidias, & per assassinium, & aliquando remittunt publicos, & stratarum grassatores; & hoc eueniat ob malum nostrę tempestatis fatum. Petr. Caball. cas. 36. nu. 2. seqq. in suis q. crim.

Quæst. XXXIX.

Pacis contractus cuius qualitatis sit.

SVMMARIVM.

1 *Contractus pacis est correspectiuus.*

2 *Parte vna exempta a pace dicitur etiam exempta altera.*

3 *Correspectiuæ obligationes intelliguntur rebus sic stantibus.*

1 PACIS contractus est correspectiuus, & compactibilis. Bald. cons. 195. Laudare vol. 2. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace q. 129. in princ. & q. 136. num. 1. seqq. Bertazzol. cons. 30. n. 31. vol. 1. & ideo
2 vna pars † exempta a pace intelligitur etiam exempta altera, cum iniquum esset quod aliam haberet obligatam, & ipsa exempta esset. Deci. cons. 531. n. 10. & ratio correspectiuorum debet esse vniformis, & ad positionem, & remotionem vnius sequitur positio, & remotio alterius. Bal. in cap. nihil. de elect. Alciat. cons. 73. tom. 3. lib. 8. Bal. in l. cum inter sub nu. 8. de except. & obligationes correspectiuæ intelliguntur
3 rebus sic stantibus; & altera † parte fidem seruante, vt late prosequitur Nicol. Moron. in d. quæst. 119. in princ. & in d. q. 136. per totam, vbi in fine testatur casum habuisse contra Fiscum coram se in Ciuitate Firmana, & de ista materia correspectiuorum vide Ant. Gabr. in concl. 3. tit. de legib. & consuetudinib. Hercul. de caut. cap. 31. nu. 12. vbi subdit, nisi forsam ratione timoris fiat, vt substitere valeat ex parte vnius promissio secuta pace Io. Ronch. cons. 68. num. 2. seqq. tom. 2. crimin. diuers. qui tamen loquitur in treuga.

Quæst. XL.

Statutum loquens de offendente in materia pacis an compræhendat mandantem offendere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens homicidam non comprehendit mandantem fieri homicidium.*

2 *Quod statutum magis procedit quando puniret committentem manibus proprijs delictum.*

3 *Contrariam opinionem quod mandans fieri delictum comprahendatur in dicto statuto tenent Doct. ibi.*

4 *Distinguitur pro concordia, aut statutum loquitur in rem, aut in personam.*

5 *Statutum simpliciter loquens, & imponens pœnam mandatario, an comprehendat mandantem vide ibi.*

6 *Mandans, si non comprahendatur in statuto, punitur tamen pœna extraordinaria.*

7 *Mandans an possit gaudere beneficio statuti concesso delinquenti, vide ibi.*

8 *Mandans gaudebit beneficio statuti in obtinenda pace, quando statutu dictaret quod pax fieri debeat percussori.*

1 STATVTVM puniens homicidam non comprehendit mandantem fieri, vel committi homicidiũ *Bal.* cons. 52. num. 2. vol. 1. vbi reddit rationes. Ploc. cons. 95. num. 11. seqq. vbi late Grammat. decis. 27. nu. 7. vbi dicit quod ita firmant omnes, & decis. 28. nu. 28. seq. & vot. 9. nu. 30. vbi refert quod ita Bononiæ fuit decisum vot. 15. nu. 6. seq. Boss. tit. mand. ad homicid. nu. 7. Riminal. Iun. cons. 631. nu. 11. seqq. vol. 6. *Bertazzol.* cons. 221. per totum. Farin. cons. 66. nu. 11. vbi loquitur in terminis cuiusdam Bullę Pij Quarti, & Ias. cons. 188. nu. 2. vers. tertium statutum vol. 2. vbi testatur procedere sine difficultate quando statutum puniret delinquentem, vel homicidam manibus proprijs delictum committentem.

3 Contrariam opinionem quod mandans fieri homicidium etiam comprehendat mandantem tenent communiter Doctores, vt attestatur. Hier. in tract. com. contra com. q. 169. in fine, vbi firmat hanc opinionem ratione carere Iul. Clar. q. 89. nu. 2. vers. bene verum est, vbi refert quod ita communiter obseruatur in Pract. Crim. §. fin. qui ambo alios Doct. concordantes allegant.

4 Pro concordia istarum opinionum solet fieri distinctio, aut statutum loquitur circa rem, aut circa personam, in primo casu compræhendat mandantem, in secundo casu ipsum mandantem non compræhendat, vt per Iul. Clar. in d. § fin. q. 89. nu. 2. in princ. vbi concordantes allegat, & testatur de communi per doctrin. Bar. in l. sed, & si vnius §. seruus nu. 2. seq. ff. de iniur. Hier. in d. q. 166. in princ. vbi etiam testatur de communi in tract. comm. contra commun. Farinacc. in d. cons. 66. n. 11. Qui Iul. Clar. in eadem q. 89. nu. 2. in fine, dicit quod si talia statuta reciperent talem interpretationem a consuetudine, vt indistincte comprehendant mandantem, non sunt mutanda; sed circumscripta dicta consuetudine erit sequenda distinctio supra firmata in consulendo, & iudicando, tanquam magis communis. Si vero statutum

5 imponeret † pęnam simpliciter mandatario an compræhendat mandantem vide latissime Menochi. de arbitr. cas. 253. per totum lib. 2. Et in casu, quod mandans non compræhendatur in sta-

6 tuto, & † pæna eiusdem statuti puniri non possit, puniretur tamen pęna Iudicis arbitraria. Afflict. decis. 404. num. 22. vers. sum igitur in voto Ploc. cons. 95. nu. 13. in fine.

7 Et in terminis nostræ Quæstionis, si statutum disponat quod homicida nõ possit habere pacem, & si illam habuerit, sibi non suffragetur comprehendat non solum mandatarium, sed etiam

 man-

mandantem. Iul. Clar. in §. fin. q. 58. nu. 18. dicit ita communiter obseruari post Gandin. in tit. de transact. & pac. in fine, quem refert Villapan. in repet. l. 22. cap. 66. num. 9. Eamdem opinionem disputando istum articulum ad partes tenet Bonifac. Vitalin. in tractatu crim. rubr. de Pace num. 16. & testatur hanc esse veriorem opinionem, vide Iul. Feret. tit. de ferijs num. 217. vbi disputat istum articulum, sed si statutum versa
8 vice disponeret quod † pax fieri possit percussori, forsan verificabitur etiam in mandatore, vt post Bald. firmat Iacob. Nouell. in tract. crimin. capit. fin. num. 104. Iul. Feret. tit. de ferijs. num. 180.

Quæst. XLI.

Ad quos superiores spectet cognitio pacis.

SVMMARIVM.

1 *Pax in populo reformari debet per summum Pontificem Episcopos, & Magistratus, & Regentes Ciuitatis.*
2 *Pontifex iudicat inter laicos sibi non subditos ob fracturam pacis.*
3 *Cognitio fractæ pacis est mixti fori.*

1 PACEM reformare inter populos spectat præcipue ad Regentes Ciuitatis, & ad Magistratus, ad Episcopos, & ad Summum Pon-
2 tificem: vt† late deduxi supra in quæst. 6. & quod propter pacem ruptam Pontifex possit iudicare inter laycos sibi non subditos, licet de laycis alias se impedire non valeat, cum distinctę sint iurisdictiones, & potestates, Barb. cons. 1. num. 2. vers. vbi propter pacem num. 106. vers. 5. adduco, & post Card. Zabarell. cons. 85. num. 3. Card. Tuschus tom. 6. in verb. pax conclus. 173. n. 10.
3 & sic cognitio fractæ pacis est mixti fori, vt tradit Decian. in tract. crim. tom. 1. capit. 27. lib. num. 14. Gramm super constit. Regn. lib. 1. rubr. de pacis cultu n. 8. per tex. in c. super quibusdam, & ibi glos. de verb. signif. & ibi alios concordantes allegat Iul. Feret. de ferjs n. 197. in tract. de re milit.

Quæst. XLII.

Probatio pacis ruptæ qualis esse debeat.

SVMMARIVM.

1 *Probatio pacis debet esse clara, & liquida.*
2 *Probatio in omni materia pœnali debet esse liquida, & clara.*
3 *Probatio pacis, tam legalis, quam conuentionalis debet esse liquidissima.*
4 *Probatio liquidissima requiritur vbi agitur de vita hominis.*
5 *Pacis fractura dicitur de atrocissimis delictis.*
6 *Probatio in materia pacis ruptæ debet fieri specifice per denumerationem graduum affinitatis, & consanguinitatis.*
7 *Et denumeratio graduum sufficit, quod incipiat a fratribus, & non requiritur quod testes cognouerint patrem, & matrem.*
8 *Contumacia in materia pacis ruptæ afficit principales, & non fideiussores.*
9 *Sententia contra principalem lata, non potest exequi contra fideiussorem.*
10 *Confessio ficta personam confitentis non transgreditur.*

Pro-

11 *Probatio maior requiritur contra fideiussores, quam contra principales.*
12 *Sententia contumacialis contra principalem etiam aliis indiciis adminiculata, non nocet fideiussoribus.*
13 *Confessio principalis delinquentis non nocet fideiussori.*
14 *Contrarium tenent Doctores ibi.*
15 *Sententia contumacialis contra principalem coadiuuat probationes factas contra fideiussorem, vt contra eum sufficiant leuiores probationes.*
16 *Sententia lata in Vrbe contra principalem in fractura pacis nocet fideiussori per statutum Vrbis, ac in toto statu Ecclesiastico per Bullas Pontificum.*
17 *Bulla Pii IIII. vt sententia contumacialis noceat fideiussori procedit non solum in promissione de non offendendo; sed etiam in pace.*
18 *Sed quod d. Bulla procedat quando agitur, non solum de applicanda pœna Fisco, sed etiam parti tenent aliqui Doct.*
19 *Contrariã opinionem tenent alii Doct.*
20 *Confessio ficta an operetur quoad interesse partis vide ibi.*
1 *Condemnatus ex præsumptionibus in pœnam extraordinariã an possit etiã condemnari ad restitutionem rerum ablatarum, & ad damna, & interesse vide ibi.*

1 POENA fractæ pacis, vt dicatur commissa requirit claram, & liquidam probationem. Deci. cons. 531. in princ. Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax conclus. 188. nu. 1. Et est
2 regulare† vt in omni materia pœnali requiratur liquida, & plena probatio, & Fiscus non sit in hoc priuilegiatus. Deci. cons. 289. nu. 2. vbi addentes, & Card. Tusch. vbi supra, & est tex. clarus in l. sciant cuncti C. de probat. quæ lex est canonizzata 2. q. vlt. cap. sciant cuncti. Boss. in tit. de coniunct. num. 9. Bursatt. cons. 445. n. 10. vol. 4. Bertazz.
3 cons. 251. num. 2. vol. 2. & in† terminis pœnæ legalis, siue conuentionalis, vt requiratur liquidissima probatio. Sim. de Pret. cons. 188. nu. 8. & 14. circa fin. cum in eis agatur de maiori periculo: ideo cautius sit agendum. Boss. in d. tit. de coniunct. nu. 9. Eoq. magis proce
4 dit † quando agitur de pœna mortis. Decian. respons. 48. nu. 37. seqq. vol. 3.
5 Et dum agitur † de fractura pacis non est dubium, quod agitur de materia pœnali. Vulpell. in tract. de pace quæst. 56. per totam, & de delicto atrocissimo, Bero. cons. 198. n. 9. vol. 3. Mascard. de probat. concl. 1162. nu. 123. vol. 2.
6 Hinc est quod si pœna sit stipulata pro affinibus, & consanguineis vsq. in quartum gradum, Fiscus non obtinebit, nisi probet quod offensus, & offendens sint in illo gradu, & non sufficeret si probaretur ipsos esse consanguineos, nisi probetur gradus. Deci. cons. 531 seq. vers. & dato. Anchar. cons. 52. in princ. Natt. cons. 388. nu. 3. Hercula. de cautio. cap. 29. n. 7. vbi dicit quod non probato gradu consanguinitatis debet sequi absolutio Bertazzol. cons. 154. nu. 1. vbi addentes in liter. A. & B. qui alios allegant, & dicunt, quod sufficit, vt testes incipiant a fratribus,
7 & quod † fratres tantum cognouerint, & deinde descendentes, & an probetur consanguinitas per instrumentum, latissime posuit idem Bertazz. in d. cons. 154. per totum. Card. Tusch. d. concl.
8 128. nu. 4. Item† pœna non dicitur probata ex contumacia principalis, vt afficiat fideiussorem, sed tantummodo ipsum principalem contumacem, vt de communi opinione testatur Vulpell. in tract. de promissio. quæst. 104. num. 1.
9 seqq. Quia† sententia contra principalem lata aduersus fideiussorem contractus exequi non potest. Bar. in l. 1. ff. de iudic. sed erit opus contra fideiussorem agere nouo processu, probatione, & sententia, vt late prosequitur Vulpell. in d. quæst. 104. nu. 2. seqq. vbi in specie

specie dicit quod ita in terminis respondit Corn. cons. 211. lib. 3. quoniam ficta vnius confessio, cōfitentis personam
10 egredi non debet, neq. alijs nocere. Roland. cons. 29. num. 31. vol. 4. Tob. Non. cons. 95. num. 14. Bertazzol. cons. 82. n. 19 vol. 1. Rimin. Iun. cons. 758 n. 16. seq. vol. 7. Farinacc. tit. de inquisit. q. 3. nu. 5. & cons. 56. nu. 19. vbi dicit quod esset absurdum si alteri noceret Honded. cons. 87. n. 145. seq. vol. 2. vbi de communi.

11 Maiorq. requiritur probatio contra fideiussores regulariter, quam contra principales. Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 29. n. 1. seqq. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 182. n. 2. seqq. Vulpel. in tract. de promiss. q. 104. Bertazzol. cons. 18. nu. 14. lib. 1. & cons. 280. num. 3. lib. 2. flamm. Cait. in tract. de exequut. sent. cap. 1. num. 304. seq. vbi de communi. Farinacc. de var. & diuers. crimin. q. 107. par. 1. art. 11. nu. 105. vbi alios allegat. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. num. 3 t.
12 seq. Quae opinio procedit etiam si sententia principalis esset coadiuuata alijs inditijs, & praesumptionibus, & ex depositione vnius testis. Plot. cons. 130. num. 22. tom. 1. crimin. Bero. cons. 203. per totum lib. 3. quos refert Baiard. in addit. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 26. Farinacc. in d. q. 107. num. 106. vbi reprobat Baiard. tanquam sibi parum constantem, qui in loco proxime citato ex authoritate Iust. Bonden. in cons. 54. nu. 34. tom. 2. crim. dixit sufficere si fuisset probata fractura pacis per publicam vocem, & famam, & delictum esset commissam de nocte sufficeret sententia contumacialis contra principalem lata ad afficiendū fideiussorem, cum expresse loquatur contra communem opinionem, de qua supra.

13 Imo nec vera confessio delinquentis sufficeret contra fideiussorem, nisi aliter per testes idoneos, & parte citata examinatos constaret de fractura pacis, cum confessio vnius alteri non noceat. Vulpell. in d. tract. de promiss. q. 104. nu. 4. vers. imo. Hercul. de cautio. cap. 29. nu. 4. in fine, & seqq. Rimin. Iuni. cons. 299. n. 17. lib 3. licet Rolan. in cons. 94. n. 24. lib. 3. & Carthar. in d.
14 cap. 1. nu. 305. contrarium teneant, vt sufficiat aut probatio principalis, aut per testes, vt fideiussor teneatur, vt refert Farinacc. in d. quęst. 107. nu. 107. seq.

15 Bene verum est, quod ipsa contumacia principalis coadiuuat alias probationes factas contra fideiussorem, vt contra eum sufficiant leuiores probationes, vt declarat Vulpell. de promiss. in d. q. 104. n. 5. per ea, quę tradiderūt in simili Alex. & Gramm. in locis per eum allegatis, quos etiam refert Farinacc. in d. q. 107. n. 109. & Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax concl. 188. num. 11. Item si principalis esset soluendo, adeo quod fideiussor potuisset habere regressum contra eum pro sua indemnitate, cessaret ratio praeiudicij considerata per Doctores, vt in simili scripserunt Bald. in l. t. nu. 5. & ibi Alciat. nu. 20. ff. si cert. pet. & Alberic. in tract. statut. par. 1. q. 180. quos refert Vulpell. d. q. 104. sub nu. 4. & post eum Farinacc. in dicta q. 107. nu. 110. de qua tamen opinione propter dispendia, sumptus, anfractus, & incommoda litium Vulpell. vbi supra dubitat sub nu. 5. & Farinac. in d. nu. 110. in fine, & Card. Tusch. d. concl. 188. nu. 10.

16 Sed in Vrbe Romana habemus statutum lib. 4. cap. 25. vt sententia lata contra principalem violatorem pacis, ipso iure noceat fideiussori, & in toto statu Ecclesiastico habemus Bullam Pij Quarti constit. 138. in prima parte Bullar. quę Bulla, licet Herculan. in tract. de caution. cap. 29. nu. 11. in fine dixerit non procedere nisi quando cōtumax esset personaliter citatus, procedit etiam si fuerit citatus eo modo quo citari contumaces solent; & ita in

Practi-

Practica obseruatur, alias illa bulla redderetur elusoria, cum raro, vel nunquam principales personaliter citentur, cum patrato delicto fugam arripiant, vt testatut Farinacc. in d.q.107. nu.112. nec ego vnquam vidi aliter in practica hic in Curia obseruari.

17 Item dicta Bulla Pij Quarti procedit, non solum in fideiussore de non offendendo, sed etiam in fideiussore pacis; licet alias in Curia Maceratensi aliter fuerit dubitatum ex rationibus adductis per Flam. Carthar. in tract. de exequut. sent. c.1. nu.308. seqq. sed sub num.321. seqq. bene demonstrat quod etiam in fideiussore pacis procedat: & ita in practica sine difficultate semper hic in Curia vidi obseruari, de qua etiam testatur Farinacc. in d. q. 107. nu.113.

18 Bene verum est quod si agatur de applicanda pęna conuentionali, non Fisco, sed parti, tunc reuocatur in dubium an dicta Bulla Pij Quarti locum habeat. Carthar. autem in d. tract. de exequut. sent. cap.1. nu.330. seqq. & n.396. & seqq. late tuetur, vt illa Bulla intelligatur respectu pœnæ, conuentionalis Fisco applicandæ, vt sufficiat ficta confessio, & non respectu pœnę, seu interesse, parti applicādi, vt in terminis etiā cuiusdā decreti similis dictę Bullę consuluit Bertaz. cons.18. n.13. seq. lib. 1. ex sent. Corn. in cons. 300. n.3. lib.3.

19 Contrariā sententiā contra Flamm. Carthar. tuetur Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q.2. nu.13. cum non debeat eadem dispositio diuerso iure censeri, cum ex eodem contractu oriatur actio, quę non competeret Fisco, nisi competeret etiā parti offensæ, & iniquum esset si Princeps potius voluisset Fisco suo prouidere quam subito offenso; quod non est dicendum secundum Luc. de Penn. in l. vnica n.5. C. de super. in dicto lib. 10. Imo quod est statutum ad commodum Fisci a fortiori debet esse statutū ad commodum priuatorū. Bar. in l. ambitiose n.12. ff. de decret. ab Ordin. faciend. Menoc. de arbit. q.98. n.4. lib.1. & quia etiam desumitur ex intentione eiusdem Pont. Pij Quarti; quia voluit quod paciscentes, & in treuga existentes tuti viuere possint, quod non esset si ex ficta confessione pars pœnę tantum solueretur, & esset tantummodo prouisum lucro Fisci, & non quieti subditorum, & authoritas Corn. in d. consil. 300. non est tuta, quia actio ex eodem fonte in casu suo non oriebatur Farinacc. in d.q.107. n.104. seqq. refert istas contrarias opiniones; sed pro resolutione se remittit ad ea, quæ ipse scripsit in quæst.1. tit. de Inquis. An scilicet ficta confessio operaretur quoad

20 interesse partis, & sub n.66. tenet omnino partem negatiuam, quam opinionē vltra alios per eū adductos tenet Hier. Grat. consil. 80. num. 23. volum. 2. Bertazz. cons.232. nu.7. vol.1. Magon. decis. Lucen.91. nu. 7. seqq. vbi reddit rationem, sed Baiard. in dict. quęst. 2. nu.10. seq. sentit contra istam opinionem, vt omnino Iudex possit per fictam confessionem condemnare reum ad interesse partis; imo dicit quod esset valde ridiculum si alicui esset ablatus equus, vestis, pecunia, vel quid simile, quod non posset reintegrari de rebus suis per iudicentem, qui furem contumacem ad mortē condemnare potuit, & quod teneretur formare nouum processum coram Iudice Ciuili, vt bona sibi restituerentur, sed si pœna pro interesse Ciuili partis esset imposita ab eadem lege, vel statuto, à quo imponitur pœna criminalis, Iudex poterit illam imponere etiam contra contumacem, prout semper seruari vidit, vt testatur Iul. Clar. in d. §. fin. q. 2. vers. & hæc quidem conclusio prope finem, quem sequitur Farinacc. in dicta q. 1. num.66. in fine; sed Magon. in d. decis. Lucen.91. n.10. respondit ad Iul. Clar. in isto particulari, & dicit quod licet statutum imponat etiam restitutionem rei

rei ablatæ, tamen debet recipere interpræstationem a iure communi videlicet eo casu, quo constat de delicto per confessionem partis,& non per contumaciam. Petr.Caball.in quæst.crim. cas.82.num.14. 15. in proposito dixit
21 quod si ex præsumptionibus quis†condemnaretur pro delicto pœna extraordinaria,non poterit condemnari ad rei restitutionem,neq.ad interesse partis, & quod ita millies vidit obseruare condemnare reum ex præsumptionibus ad restitutionem rei, vel ad damna,& interesse,qui solum testatur de hac consuetudine, sed nullam legem, vel authoritatem Doctorum allegat,& sibi, & eius opinioni obstat apertus text.in c. afferte nobis de probat. vbi ex sola præsumptione fuit condemnata illa mulier ad restitutionem pueri,& ego bis dum fui Locumtenens in Criminalibus hic in Curia Romana Illustrissimi D. Auditoris Cameræ contra opinionem Petri Caballi pronunciaui, condemnando reos ex præsumptionibus, vltra pęnas Fiscales,ad interesse partis.

Quæst. XLIII.

Pax an ex noua causa dicatur fracta, vt pœna pacis ruptæ quis puniri possit.

SVMMARIVM.

1 *Pax ex noua causa non dicitur rupta.*
2 *Quæ conclusio est recepta etiam de consuetudine.*
3 *Ratio istius conclusionis est; quia semper intelligitur cum illa clausula rebus sic stantibus, vel aliquo de nouo non superueniente.*
4 *Quæ conclusio procedit etiam si promissio fuerit iuramento vallata.*
5 *Primus offensus potest offendentem reoffendere sine incursu ruptæ pacis.*
6 *Declara quod quando primus offendens soluit pœnam fractæ pacis, secundus contrauenıens ab huiusmodi pœna non excusetur.*
7 *Contrariam opinionem tenent Doct.ibi.*
8 *Contrariæ huiusmodi opiniones duabus distinctionibus conciliantur, & concordantur, videlicet, aut pœna exigitur loco interesse,aut propter contrauentionem.*
9 *Primus offendens licet non fregerit pacem,tamen cum præstiterit nouam causam, secundus offendens non tenetur pœna pacis ruptę.*
10 *Offensus potest offendentem offendere sine fractura pacis, etiam stante clausula,rato manente pacto,vel quod pœna toties committatur quoties contra factum fuerit.*
11 *Offensus potest primum offendentem reoffendere, non solum in continenti, sed etiam ex interuallo.*
12 *Quæ conclusio procedit etiam si quis excesserit in se defendendo,vt non possit puniri pœna ordinaria.*
13 *Contrariam opinionem, vt quoad pœnam ordinariam, & conuentionalem Fisco applicandam offendens ex interuallo,& excedens in defensione puniri possit, tuentur ibi Doct.*
14 *Secundus offendens non potest pœnam exigere a primo offendente.*
15 *Secundus offendens non tenetur pœna pacis ruptę,etiam si prima offensio proueniat ab alio in pace comprehenso, non autem ab ipso prius offenso.*

1 QVOD pax per nouam causam, & non ex veteri, propter quam fuit facta, non dicatur rupta est conclusio communiter recepta a Doctoribus,vt testatur Bald.in c.1.in princ. nu. 2.de pace tuenda Roman.cons.183.nu.1.& seqq.vbi Mand.in addit.litera A,Collegium Maceraten. cons.

conſ.150.nu.44.ſeqq.tom.1.crim. Nicol.Mor.in tract.de treug. & pac. par. 3.q.9.nu.1.ſeq.q.14. per totam, & q. 112.nu.4.ſeqq.Vulpell.in tract.de pace q.45.nu.4.& reſponſ.2.nu.37.ſeqq. reſponſ.7.nu.13.reſpon.53.nu.1.ſeqq. vbi de receptiſsima opinione; Decian. reſponſ.4.nu 22.lib.4.Eugen.conſ.82. n.10.ſeq.Bertazz.conſ.147. n.2.& conſil.151.nu.10.& 11.lib.1.Rimina.Iun. conſ. 299.n.32.ſeqq.lib.3.Andr.Gail. de pace public.cap.3.nu.24.in fine. Sim.de Pret.conſ.187.nu.12. ſeqq. & conſ.ſeq.nu.30.ſeqq.Farinacc.in tract. de var.& diuerſ.crimin.q. 107. par.3. art.31.nu.403.vbi allegat alios fere infinitos Doctores per duas columnas plenas; & teſtatur de magis communi,& nullum habere contradictorem; Maſcard. de probat. concluſ. 1162. in verb.pax n.6.lib.2.vbi etiam alios adducit,& teſtatur de receptiſsima opinione.Baiard.ad Iul.Clar.§.fin. q. 47. nu.49.Petr.Caball.in quęſt. crim. caſ. 101.n.11.cum pluribus ſeqq.vbi de magis communi, & de recepta opinione, fere etiam alios infinitos allegat, & ſub nu.23.29. 63.teſtatur de communiori, veriori,& obſeruata opinione in praxi.Cardin.Tuſch.tom.6.in verb. pax,concluſ.183.num. 1.vbi de magis communi,& etiam alios concordantes allegat.

2 Quæ concluſio eſt etiã recepta a conſuetudine, vt poſt Maſcar. ita teſtatur Farina.in d.q.107. art.32.n.403.circa fi.& Petr.Cabal.in d.caſ.101.n.16. in fine,& nu.21.teſtatur quod ita ipſe in Rota Senenſi vna cum ſuis collegis de anno 1582.pronunciauit, & ibi inſeruit deciſionem huius cauſæ, & ſub nu. 29. dicit quod licet aliqui tenuerint contrarium,tamen in praxi eſt tenenda iſta opinio, vt ex noua cauſa nõ rũpatur pax,& allegat ita atteſtantem Repentor.ad lectur. Abb. ſupər Decretat in verb.pax,& maxime ſi clauſulæ fideiuſsionis nõ ſint reſtrictæ ad cauſam de præterito,ſed ſint pleniores,vt eſt videre per eumdem Pet.Cabal.in d. caſ. 101.num.28.

3 Ratio autem iſtius concluſionis, & deciſionis eſt;quia in couuentioue pacis, ſicut in alia qualibet promiſsione ſemper iutelligitur ineſſe clauſula illa; rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente cap. cum inter de renunciat.l.fin. C. de non num. pęcu. Roman.conſ.183.nu.1.verſ.3.licet, & Bar.in l.vxori §.Diuus ff.de adult.dixit quod ſi aliquis renunciauerit etiam cum iuramento iuri, quod habet,& habere ſperat in tali re;quod talis renunciatio intelligitur de iure,quod habere ſperat ex cauſa de præterito, non autẽ ex cauſa de futuro nouiter ſuperueniente;& ideo non obſtante tali renunciatione poterit petere ius nouiter ſibi ſuperueniens, idem replicauit in l. poſt emancipationem §.fin.nu. 3. ff.de lib. legat. & in l. qui cum tutoribus.nu m. 1.ff.de tranſact.Herculan.in Tract. de caut.de non offend.cap.13.nu. 3. verſ. hęc proculdubio, vbi de communi, & magis communi. Pariſ.conſ.165.num. 32.lib.4.Maſcard.deprobat.in d.concluſ.1162.in verb.pax num.7.ſequen. lib.2.vbi de communi,& magis communi.Card.Tuſch.in d.concl.183.nu. 1.verſ.quia ineſt clauſula,& num.2.& 3.vbi firmat etiam ſi fuerit promiſsio

4 corroborata iuramento; idem voluit Bertazzol.conſ.conſ.80.nu.6.lib. 1.& ante eum Crauert.conſ.95. num.4. & conſ.680.num.15.Farinacc.in d.quęſt. 107.art.32.nu.411.Honded.conſ.89. n. 24.vol.2. latiſsime Petr. Caball.caſ. 101.nu.50.vbi alios concordantes allegat.Card.Tuſch.d.concl.183.nu.1.circa med.

5 Modo pro dilucidatione iſtius concluſionis, & clara declaratione totius materiæ, pono principaliter duos caſus, & primus eſt quando facta pace inter aliquos de offenſionibus inter eos ſequutis com promiſſione de ſe inui-

inuicem non offendendo sub certa pœna, & vnus ipsorum offendit alterum, & frangit pacem; & isto casu, alter potest illum reoffendere, nec dicitur pacẽ rumpere, aut facere contra conuentionem, post quam eam seruare non tenebatur parti, quę eamdem non seruauerat. Bar. in l. 1. §. cum arietes nu. 2. vbi adden. ff. si quadrupl. paupert. fecisse dicatur. Luc. de Penn. in l. vnica n. 69. in princ. C. de publ. lætit. lib. 12. Nicola. Moron. in tract. de pace, & treug. q. 15. nu. 1. sequen. q. 39. n. 1. seqq. q. 112. nu. 1. seq. q. 119. nu. 92. seq. & q. 126. n. 1. seqq. Vulpell. respons. 89. n. 1. vbi de communi, & in tract. de pace q. 103. n. 1. Bertazzol. cons. 151. n. 1. & cons. 245. nu. 10. Farinacc. in d. q. 107. art. 32. n. 404. vbi de communi, magis communi, & recepta opinione; & quam plures alios adducit Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 102. num. 2. vbi etiam ipse ferè infinitos alios allegat. Cardinal. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. n. 47. vbi de magis communi, & de veriori opinione.

6 Sed quia ista conclusio firmata in isto primo casu reuocatur a Doctoribus in dubium: ideo illa declaratur, vt procedat quando primus offendens, & pacem frangens soluit pœnam fractæ pacis, tunc contractus videatur remanere firmus, & propterea secundus contraueniens non excusetur a pœna fracta pacis, secundum Bal. Cuman. Imol. Castr. & Cyn. in locis relatis per Corn. quos tamen non sequitur in cons. 51. nu. 5. vers. nec obstat lib. 1. Sed Petr. Bell. in tract. de re milit. par. 10. tit. 2. nu. 52. vers. Bal. tamen dicit: hanc opinionem veriorem, equiorem, ac communem testatur Herculan. in tract. de caut. cap. 36. num. 3. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæst. 40. nu. 1. seqq.

7 Contrariam opinionem, quod solutio pænę facta per primum offendentem non faciat incurrere in pænam fractæ pacis secundum offendentem, tenet Corn. in d. cons. 51. nu. 5. vers. tamen non multum placet; & latius hanc opinionem tuetur, & respondet Bal. contrarium tenenti in cons. 167. num. 4. & 11. in fine lib. 3. Herculan. de cautio. ca. 18. nu. 3. seq. cap. 36. nu. 3. vbi de veriori, & relatis contrarium tenentibus, in hac opinione residet Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 127. nu. 16. sequen.

8 In hac autem Doctorum contrarietate Farinac. in tract. de var. & diuers. crimin. q. 107. n. 422. seq. deducit pro eorum concordia duas distinctiones, & prima est: vt prima opinio procedat quando pæna exigitur loco interesse, secunda autẽ quando exigitur propter cõtrauẽtionem, & adducit Petr. Bell. in trac. de re mil. par. 10. tit. 2. n. 52. vers. vel dic: nec dissentire videtur, vt ipse inquit Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 127. nu. 17. in fine, vbi tamen subdit, quod ex ista distinctione corroboratur penitus secunda opinio, cum in paribus pęnę apponatur potius propter contemptum, & contrauentionem, quam propter interesse; & ideo tradit aliam distinctionem in eadem q. 107. num. 424. vt prima opinio procedat quando duo concurrunt, solutio pænæ facta parti, & clausula inserta in pace quod pęna toties committatur quoties fuerit contrauentum, Sed ista distinctio reprobatur a Doctorib. per eũ adductis in eadem q. 107. num. 424. & pręcipue a Corn. in cons. 167. nu. 4. & 6. vers. nec obstat clausula, & nu. 11. in fine lib. 3. Rim. Sen. cons. 22. nu. 2. & n. 12. lib. 1. Hercul. in tract. de caut. c. 18. n. 3. & 6. Nic. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 16. nu. 4.

Ideo pro conciliatione istarum opinionum idem Farinac. in d. q. 107. nu. 425. credit pro veritate posse dici quod si primus contraueniens soluat pænam pacis ruptæ parti offensæ, illamq. pars sponte recipiat, quod per solu-

solutionem, & illius receptionem censeatur ratificatus contractus: ita quod deinde primus offensus reoffendens incidat in pœnam, secus si pœnam non recepisset: si vero primus contraueniens Fisco, & non parti pœnam soluisset, credit quod secundus offendens non teneatur ad pœnã cum solutio vni facta alteri præiudicare non valeat, & quod ita istam materiam declarat Nicol. Moron. in d. tract. de treug. & pac. q. 30. ex doctrina Bal. Castr. Aretin. & Comen. in locis per eum relatis, & quod apud eũ ista declaratio est verissima: De qua ego dubito quando in ipso instrumento pacis adesset clausula rato manente pacto, vel quod toties pœna committatur quoties contrauentum fuerit, cum tunc pax per primam offensionem non esset extincta, nec in totum resoluta, sed ipsa adhuc duraret; quia ita fuerat conuentum inter ipsas partes; & sic per ipsam pœnę receptionem totaliter reuiuiscat, vt primus offensus reoffendens incidat in pœnam pacis ruptæ, & in hoc casu verificetur opinio Farinacc. Bal. in l. semel mora in fin. vbi Imol. nu. 3. ff. sol. matr. & late tradit Petr. Caball. in d. cas. 101. num. 5. vbi concordantes allegat: secus crederem quando simpliciter esse concepta pax: quia per primam contrauentionem dicitur pax totaliter extincta, & resoluta etiam ex tacito consensu ipsarum partium paciscentium, & successiue primus offensus reoffendendo primum offendentem non dicitur fregisse pacem, sed illam fractam interuiuisse Grat. cons. 44. num. 21. lib. 2. Bero. cons. 185. num. 12. lib. 3. vbi de communi. Gerard. Mazol. cons. 62. nu. 8. Bertazz. cons. 151. nu. 1. & seqq. & sub. nu. 9. testatur de communi lib. 1. adeo quod nulla deinde, & inualida dicatur pax, & amplius nomen pacis non mereatur. Paris. consil. 165. nu. 30. lib. 4. Grat. d. cons. 44. num. 15. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 126. late Honded. cons. 89. n. 18. nu. 22. & latius sub n. 62. seq. vol. 2. & ideo non video quo modo possit pax ex receptione pœnæ facta a parte offensa, recipere deinde vires, vt primus offensus reoffendendo incidat in pęnam fractę pacis: sed bene quod alia pœna iuris communis, vel municipalis veniat puniendus, vt dicam in sequenti ampliatione: si verò pœna non fuit soluta, tunc indubitanter secundus offensor non teneatur pęna fractę pacis, etiam si in ipso instrumento adesset clausula quod pœna soluta, vel non, contractus remaneat firmus: cum particularis clausula operetur tantum in fauorem obseruantis, & non contrauenientis, vt etiam idem met Farinacc. in d. quęst. 107. nu. 426. declarat post Corn. in cons 51. n. 5. vers. & ego anno lib. 1. Petr. Bell. de re mil. par. 10. tit. 2. nu. 52, in fin. & Rim. Sen. cons. 22. nu. 2. & nu. 12. lib. 1. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 50. vbi de communi.

9 Secundus casus considerari potest quando pace inuita, vnus offendit alterum, non tamen frangit pacem, sed tantum ex dicta offensione, præstat causam alteri, vt ipsum primo offendentem offendat, in quo casu, licet primo offendens non fregerit pacem, adhuc alter potest illum offendere impune, & non dicitur rumpere pacem propter illam nouam causam præstitam a primo offendente, quæ superuenit, & de ea in pace cogitatum non fuit. Bald. in capit. 1. in princ. num. 2. vers. sed numquid de pac. tenen. in vsib. Feudor. vbi testatur de communi, & in consil. 195. num. quarto vers. quis autem lib. secundo Roman. cons. 183. nu. 1. & consil. 258. in princ. Paul. de Castr. in l. qui seruum num. 3. de verb. oblig. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæstione 112. num. 5. vers. hinc notabiliter, vbi plures adducit de

L com-

cõi testantes. Magon. decis. Lucen. 100. n. 5. vbi de communi, & magis communi. Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. nu. 11. cum pluribus sequenrib. Doct. adducti per Farin. in d. q. 107. num. 403. Mascard. in d. concl. 1162. nu. 6. vbi de cõi, & magis cõi, & cõcordãtes a legat.

10 Primo amplia istam firmatam conclusionem, vt offensus possit sine incursu pænę pacis ruptę offendentem vulnerare vel occidere, & ex noua causa non rumpatur pax, etiam si in ipso instrumento adesset clausula rato manente pacto, & quod toties pęna committatur quoties contra factum fuerit; quia ista clausula aliquid non operatur ad commodum primi non obseruantis. Alex. dicens esse opinionem veriorem, & magis communem in cons. 115. n. 8. seq. lib. 4. quem sequitur Iul. Clar. in q. 47. sub n. 7. vers. sed quoniã in fin. Corn. late in cons. 51. nu. 5. vers. nec obstat si est adiecta clausula lib. 11 Moron. in tract. de treug. & pac. q. 127. nu. 1. seq. & per totam. Hercul. in tract. de cautio. capit. 18. num. 5. late Mascard. de probat. d. conclus. 1162. num. 36. seqq. ampl. 5. 6. vbi alios allegat, & testatur de magis communi, & dicit, quod ista clausula operatur solum ad commodum obseruantis, & quod pæna semel tantum per primam offensam committatur. Farinac. in d. q. 107. nu. 412. seq. in 6. & 7. ampliat. vbi loquitur etiam de clausula rato manente pacto, & quod pæna toties committatur quoties fuerit contrauentum, & ibi concordantes allegat, & testatur de cõi, & magis communi. Baiard. §. fin. quęst. 47. nu 56. vers. ad quod, post Vulpell. respons. 89. per totum. Petr. Caball. qui loquitur de vtraque clausula, & ibi concordantes allegat, & testatur de veriori, & magis communi opinione in d. cas. 101. n. 3. Car. Tusc. in d. concl. 182. nu. 50. vbi de magis communi, & concl. 183 n. 30. 31. vbi de communi, & magis communi opinione.

11 Secundo amplia, vt procedat etiam si primus offensus offendat primum offensorem, non solum in continenti, sed etiam ex interuallo, vt non possit puniri pæna pacis ruptæ. Alexand. d. cons. 115. nu. 6. vers. vnde cum in continenti, seu infra paucos dies Corn. in l. cum proponas in secunda n. 8. vers. illud certum est C. de pact. Vulpell. in tract. de pace q. 76. nu. 6. vers. putarem ego. Roman. cons. 155. n. 7. vers. vltimo dum quæritur, & in cons. 183. dum ponderat quod offensa erat facta ex noua causa pro iniurijs alio mense offendenti factis, & in consil. 258. num. 4. & 5. versic. 3. & licet pax Hercul. in tract. de caut. cap. 13. sub nu. 11. vers. ex quibus etiam ex interuallo. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæst. 226. num. 1. seq. Mascard. de probat. in d. verb. pax. conclus. 1162. num. 27. vbi de communi Farinacc. in d. q. 107. art. 32. nu. 404. vbi concordantes allegat, & testatur de communi, & magis communi Petr. Caball. in d. cas. 101. nu. 4. vbi etiam alios allegat. Card. Tusch. in d. conclus. 183. nu. 4. vbi de communi, & sub num. 5. dicit quod iracundia durat per diem, & vltra, vt dicatur noua causa, & post Alex. in consil. 115. nu. 6. vers. ponderanda lib. 4. quod dicitur in continenti, quod fit infra paucos dies.

12 Quę ampliatio est vera, & procedit quod secundus contraueniens non teneatur ad pænam conuentionalem, tamen possit puniri pæna iuris cõis, vel alia statutaria, quę erit ordinaria si offendat ex interuallo, & extraordinaria si offendat in continenti exceden do modũ necessariæ defensionis. Imol. in l. qui seruum. num. 2. de verb. oblig. Nicol. Moron. de treug. & pac. q. 41. nu. 5 & quæst. 125. num. 1. seqq. Honded. cons. 89. nu. 10. seqq. nu. 16. nu. 65. nu. 72. lib. 2 & Farinac in d. q. 107. n. 427. vbi alios allegat. Baiard. q. 47. n. 50. in fin. §. finali late qui alios allegat Petr.

Ca-

Caball. in q. crim. cas. 101. nu. 7. seqq. vbi late, & concordantes allegat.

13 Et licet aliqui teneant, quod quoad pœnam conuentionalem Fisco applicatam teneatur ex fractura pacis, vt late per Vulpell. in cons. 89. n. 3. seqq. & idē voluit prius in cons. 8. & per totum, & cons. 9. pariter per totū, loquens quando in instrumento adest clausula toties quoties, & quando secunda offensio sequuta est ex interuallo post primam, & latius in tract. de pace quæst. 103 num. 4. seq. vbi reprobat Rom. & Corn. contrarium tenentes, & sub n. 9. testatur ita Eugubij obtinuisse contra præstantissimos Doctores. Mascard. de prob. in verb. pax conclus. 1162. num. 28. 29. vbi alios concordantes allegat, & præcipue Bertazzol. in cons. 48. num. 14. qui concludit quod Fiscus ab vtroq. pænam exigere potest, quando diuerso tempore fiunt offensiones, quia dicuntur duæ offensæ.

Contrarium consuluit Corn. cons. 51. nu 3. seqq. lib. 1. & cons. 167. nu. 4. & n. 11. lib. 3. volens per primam offensionem, fieri præiudicium pęnę applicandę Reipublicæ, & intelligatur de pæna iuris communis vel municipalis, & non de pæna conuentionali, quæ ex contractu proficiscitur, Moron. de pac. q. 15. n. 6. q. 16. nu. 5 late Hond. d. cons. 89 nu 62 seqq vbi respondet omnibus contrarijs Farinacc. d quęst 107. num. 429 vbi de communi, & latissime Petr. Caball in d cas 101. num 4. cum plur sequen. vbi dicit quod Vulpell. nimis audacter loquutus fuit in reprehendēdo tam acriter Corn asserendo eum debilibus motum fuisse fundamentis, imo sine lége, & sine ratione loquutum fuisse, & tamen cons Corn plena sint, & bene intelligenti satisfaciant: Imo ꝙ Bal & Imol adducti a Vulpell. loquantur in diuersis terminis præsentis quæstionis, & post alios infinitos, quos allegat sub nu. 10. in fine testatur quod ita quotidie practicatur.

Et ista contraria opinio præsertim procedere videtur quando pęna non est in totum applicata Fisco, sed partim Fisco, & partim parti obseruanti Corn. cons 51 nu 5. vers. & ego qui lib. 1 Farin in d q. 107 n 430 vbi tamē subdit quod isto casu cōtrariū voluit Vulpell in cons 9 nu 9. & in tract. de pace q 103. n. 5 & 6 sed Tob. Non cons. 110. nu 6 tenet primam opinionem Corn.

14 Bene verum est, quod licet secundus offendens nō teneatur pæna pacis ruptę, non pōt tamē ipse exigere pęnam a primo offendēte, cum mutua cōpensatione tollantur. Nicol. Mor. in tract. de pac q 15 nu 6 seqq q 35. nu. 4 q 126 nu 11. seqq. & Farinacc d q. 107. num 431. vbi alios allegat.

15 Tertio amplia etiam si offensio proueniat, non ab ipso prius offenso sed ab alio in pace cōmpræhenso, adhuc secundus offendens non tenetur pęna pacis ruptę Tob Non cons 110 nū 3. seq. late Honded in cons 89 nu 18 seqq. & num 60. in fine, & sequen lib. 2. late Bertazzol. cons 271. num. 4 seqq & per totum lib. 2 Farinacc. in d. quæst. 107. num 405. cum omnes ex vna parte pro vno corpore designentur, Vulpell in tract de pace q 63 Bertazzol. d cons. 271. n. 4 vers & maxime, & vers & post Corn. lib. 2. latissime Hond. d. cons 89. nu. 19. seqq. vbi defendit ab omnibus contrarij istam ampliationem Baiard. ad Iul. Clar. q 47. nu. 33 § fin.

Quæst. XLIIII.

Causa noua qualis esse debeat, vt offendens a pæna pacis ruptæ excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Causa quælibet sufficit ad euitandam*

 dam

dam pœnam.

2 *Causa iusta superueniens excusat a pœna pacis ruptę, & iniusta.*

3 *Dolus requiritur ad incurrendam pœnam pacis ruptę.*

4 *Causa qualibet leuis, leuissima, & iniusta excusat a dolo.*

5 *Contrariam opinionem quod causa iniusta non excuset a pœna pacis ruptæ, tenet ibi Doct.*

6 *Concorda, vt ibi.*

7 *Causa iniusta non excusat a pœna pacis ruptæ quando cognoscitur causam esse iniustam.*

8 *Causa iniusta excusat a pœna conuentionali, & non legali, & statutaria.*

9 *Dummodo tamen statutum non exigeret dolum.*

10 *Causa affectata, & iniusta non excusat a pœna pacis ruptæ.*

11 *Sed in dubio non præsumitur affectata.*

12 *Causa iniusta non excusat quando sumus in prohibitis, cum in eis præsumatur dolus.*

13 *Causa iniusta affectata, causata ex rumore vano, & fatuo non excusat.*

14 *Author nouæ rixæ non allegat nouam causam.*

15 *Causa noua non releuat in pace generaliter facta; sed in pace particulari.*

16 *Causa superueniens excusat, etiam si non fuerit vera.*

17 *Dummodo tamen audiuerit dictam causam a fidedigno.*

18 *Et dummodo etiam causa illa fuerit verisimilis.*

19 *Causa iusta diceretur si ortum haberet a publica voce, & fama; declara tamen vt ibi.*

20 *Credulitas vbi agitur de præiudicio tertij debet esse vehemens, & rationabilis.*

21 *Offensio facta aduersus prouocantem etiam si fuerit excessiua, non inducit fractionem pacis.*

22 *Causa iusta dicitur omne quod prouenit ex facto prouocantis offendentem ad iracundiam.*

23 *Etiam si tale factum non sit punibile.*

24 *Adulterium præbet iustam causam rumpendi pacem.*

25 *Exempla plura ponuntur ex quibus offendens excusatur a pœna fractæ pacis.*

26 *Noua causa excusat a pœna fractæ pacis etiam si statutum tolleret allegationem nouæ causæ.*

27 *Causa noua in dubio præsumitur, ne inducatur fractura pacis.*

28 *Pax non rumpitur per tractatum de offendendo, & occidendo.*

29 *Causa an sit sufficiens ad excusandum a pœna pacis ruptæ remittitur arbitrio Iudicis, & ibi ponuntur plura exempla.*

30 *Dolus requiritur, & animus vlciscendi ad pœnam pacis ruptæ.*

1 AD pęnam pacis ruptę euadendam quælibet offendendi noua causa sufficit. Marſ. ſingul. 503. Soccin. Iun. conſ. 103. num. 9. ſeq. lib. 3. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace cap. 15. nu. 1. Hercul. de caut. cap. 13. nu. 45. Maſcard. de proba. concluſ. 1162. nu. 19. vbi alios concordantes allegat. Vulpell. conſ. 3. nu. 16. ſeq. & conſ. 79. nu. 14. Eug. conſ. 82. nu. 13. ſequen. Hond. conſ. 93. nu. 32. lib. 1. Farinacc. in tract. de var. & diuerſ. crim. q. 107. art. 34. n. 460. ſeq. Sim. de Pret. conſ. 118. ſub n. 19. Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. num. 55. S. fin. Petr. Caball. in q. crim. caſ. 101. n. 17. ſeq. Card. Tuſ. tom. 6. concl. 189. n. 9. in verb. pax. Rim. Iun. conſ. 101. n. 6. vol. 1. conſ. 299. nu. 1. vbi de magis communi. vol. 3. Magon. deciſ. Lucen. fin. n. 5. vbi de magis communi. Hond. cõſ. 89. n. 24. ſeqq. vol. 2. Addentes ad Farin. in conſ. 30. in litera A; & Farin. conſ. 72. nu. 1. ſeq.

Pri-

2 Primo amplia istam conclusionem, vt magis procedat, si causa, quę superuenit fuerit iusta, excuset a pœna conuentionali, & pacis ruptæ. Tob. Non. conf. 111. nu. 30. vers. quia multipliciter, vbi testatur hanc opinionem esse veram, & communiter receptam, & satis notam.

Secundo amplia, vt quælibet leuis causa, vel iniusta excuset a pœna pacis ruptę. Alexand. conf. 19. nu. 3. lib. 1. Marsil. sing. 503. vers. tene menti, & conf. 119. num. 2. seqq. Tob. Non. conf. 118. nu. 18. Bero. conf. 198. nu. 1. in fine lib. 3. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace q. 18. nu. 1. & q. 113. nu. 1. seq. Eug. conf. 82. num. 14. Farinacc. in d. q. 107. num. 460. vbi alios allegat. Hond. conf. 97. num. 32. vol. 1. Baiard. ad Iul. Clar. in q. 47. nu. 55. vers. etiam si causa sit iniusta. Mascard. de probatio. concl. 1162. n. 13. vol. 2. Petr. Caball. in q. crimin. cas. 101. nu. 17. seq. Card. Tusch. d. concl. 183. nu. 9.

3 Ratio autem istius conclusionis ea esse potest: quia ad incurrendam pœnam propter fractionem pacis requiritur dolus. Alex. conf. 115. n. 15. vol. 4. Bero. conf. 196. nu. 131. & conf. 198. n. 9. vol. 3. Bertazzol. conf. 4. nu. 7. & 13. lib. 1. & dolus non pręsumitur l. dolum. C. de dolo l. quoties §. qui dolo ff. de probat. & quælibet causa etiam leuis,

4 leuissima, & siue iusta, siue iniusta excusat a dolo. Socci. Iun. conf. 103. n. 8. seq. lib. 2. Bertazzol. conf. 4. nu. 7. lib. 1. late Ant. Gab. concl. 8. lib. 7. de crim. Mascard. d. conclus. 1162. nu. 13. seqq. vbi testatur de communi opinione Card. Tusch. d. concl. 182. num. 10. vbi etiam de communi tom. 6. in verb. pax, & quia etiam huiusmodi promissio de non offendendo, vel offendi faciendo habet tacitam clausulam a iure subintellectam; rebus sic stantibus, vel nisi noua causa superuenerit. Paris. conf. 165. nu. 28. vol. 4. Magon. decis. Lucen. fin. nu. 5. Riminal. Iun. conf. 296. nu. 32. seqq. vol. 3. Honded. conf. 89. num. 24. vol. 2. & est generalis regula, vt in qualibet dispositione, vel materia subintelligatur; dummodo res in eodem statu permaneat. Farinacc. conf. 62. num. 1. Petr. Cabal. qui alios allegat in quęst. crimin. cas. 101. num. 50. Card. Tusch. d. concl. 183. num. 26. sequen. Honded. conf. 97. nu. 31. vers. & quia noua causa lib. 1.

5 Contrariam opinionem quod causa iniusta non excuset a pęna pacis ruptę, sed requiratur causa iusta Roman. in l. licitatio §. qui illicite num. 6. in fine ff. de public. & vectigal. Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. fin. in fine, vbi dicit quod quilibet posset facere oriri nouam causam, & ita impune alium offendere non obstante promissione: quod esset maxime inconueniens. Colleg. Maceraten. conf. 150. nu. 45. 51. seqq. tom. 1. crimin. vbi testatur de veriori opinione. Vulpell. in tract. de pace q. 48. nu. 1. seqq. Hier. de Mont. in q. 7. nu. 20. Farinacc. in d. q. 107. nu. 462. seq. vbi multos alios allegat etiam testantes de communi, & veriori opinione, & in conf. 31. nu. 12. post alios, quos allegat testatur de veriori opinione, vt non excuset causa iniusta neq. a pęna conuentionali, neq. legali pacis.

6 Quæ opiniones contrariæ possunt reduci ad concordiam ex infrascriptis limitationibus, intelligentijs, & declarationibus, & tenendo opinionem affirmatiuam, vt quælibet causa, leuis, vel iniusta excuset a pœna pacis ruptæ.

7 Primo non procedit quando quis cognouisset causam, propter quam se mouet non esse iustam; & nihilominus in illa perseueraret, tunc diceretur in manifesto dolo, a quo excusari non posset. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 115. nu. 1. & 2. vbi dicit: & ob id allegans causam teneretur probare quod si illa causa non extitisset, non ita fecisset. Mascard. de probat. d. conclus. 1162. nu. 17. vbi concordantes al- 11

legat. Vulpell. resp. 88. num. 1. Cardin. Tusc. d. conclus. 1162. num. 46. 49. vbi subdit idem etiam quando causa erat sibi incognita.

8 Secundo limita, & intellige istam opinionem affirmatiuam, vt procedat tantum quoad pœnam conuentionalem, non autem quoad pœnam statutariam, vel legalem impositam vltra dictam pœnam conuentionalem; quia requiritur ad illam euadendam iusta, & legalis causa. Ias. in l. iusta circa finem ff. de acq. possess. qui allegat Archidiac. & Io: Andr. in c. 1. in verb. probabilis de elect. in 6. Hercul. de caut. cap. 13. nu. 9. vers. item præsumptio hæc. Mascard. in d. concl. 1162. n. 18. vbi etiam allegat Bal. Rom. Felin. in locis per eum relatis. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 113. nu. fin. Card. Tusch. d. concl. 1162. nu. 47. seq.

9 Dummodo tamen † statutum non exigeret dolum; quia tunc causa debet esse iusta, secus si dolus non exigeretur, nec a statuto requireretur; quia causa etiam iniusta excusaret. Ant. Gabr. in concl. 8. n. 80. lib. 7. de crim. ex doctrina Bar. in cons. 91. vol. fin. Mascard. d. concl. 1161. n. 19. quem sequitur Car. Tusch. in d. concl. 183. nu. 6. in fin. tom. 6. in verb pax.

10 Tertio limita quando causa esset procurata, & affectata per offendentē, tunc causa iniusta non prodest, cum dolo non careat. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 123. nu. 10. Mascard. in d. concl. 1162. nu. 20. Card. Tusch. in d. concl. 183. nu. 50. Iul. Clar. q. 47. nu. 9. vbi testatur vidisse ita pluries iudicari. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 47. num. 26. seq. vbi ponit vnum exemplum causæ affectatæ. Vulpell. in tract. de pace q. 49. nu. 3. vers. & inde mendicatis. Magon. decis. Luccen. 100. nu. 9. Farinacc. dicta q. 107. n. 473. seq. Honded. cons. 97. nu. 22. in fine vol. 1. Bene verum est quod in du-
11 bio † non præsumitur affectata. Herculan. d. c. 47. nu. 24. Farinacc. d. q. 107. nu. 474.

12 Quarto limita quando sumus in his, quę sunt de genere prohibitorum, vel a iure naturali, vel a ciuili notorio: quia tunc causa iniusta non excusat a pace rupta Salyc. in l. Senatus nu. 3. ff. de his qui sibi adscrib. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 43. nu. 13. Alciat. de præsumpt. regul. 3. pręsump. 30. nu. 6. Mascard. de concl. 1162. nu. 19. quem sequitur Card. Tusch. in d. concl. 183. num. 16. in fin. tom. 6. in verb. pax; & Mascard. in d. concl. 1162. num. 21. vbi subdit, quia in eis pręsumitur dolus, & omne malum præsumitur, pessime factum nisi probetur contrarium. Vulpell. respons. 36. nu. 10. & respons. 88. nu. 5. & in tract. de treug. & pac. q. 14. nu. 1. & 7. Farinacc. cons. 31. n. 13. Card. Tusch. d. concl. 1162. nu. 52.

13 Quæ limitatio intelligitur in causa iniusta, affectata, & in rumore nimis vano, & fatuo, in quo committens non excusatur, cum sibi imputandum sit quod ita facile crediderit. Paris. cons. 165. nu. 9. vol. 3. Mascar. in d. conclus. 1162. nu. 24. 25. 26. vol. 2. vbi declarat vt ille, qui rationabiliter committit, vel saltem longe a dolo, licet committat per se quod est prohibitum, cum tamen non committat illud dolose, & quia agnouit illud prohibitum, sed rationabili causa inductus deliquit quāuis non sufficienti ad delinquendum, non per hoc dicitur esse in dolo, licet simus in prohibitis: & ob id, vt quis in eis teneatur, requiritur quod sit materia de sui natura prohibita, & illam cognoscat prohibitam, & nihilominus velit committere; si vero aliqua causa, licet non sufficienti, dummodo rationabilis sit, non dicitur scienter prohibita delinquere, & ponit exemplum in percutiente bouem alicuius rustici, quę percussio, licet non sit sufficiens causa ad rumpendam pacem; tamen ex illa offendendo excusabitur, vt late in

hac

hac eadem quæstione in ampliat. sexta dicam.

14 Quinto limita in eo, qui fuit causa nouę rixæ; quia ipse nouam causam allegare non potest. Iul. Clar. §. fin. quęst. 47. nu. 9. vbi testatur vidisse se pluries ita iudicari. Nicol. Moton. in tract. de treug. & pac. q. 13. nu. 1. seqq. & nu. 10. vbi ponit exemplum in eo, qui deuenit ad verba altercatoria, aut iniuriosa, & dedit causam fracturæ pacis, vt ipse non possit allegare nouam causam. Farinacc. in d. q. 107. nu. 475. Baiard. ad Iul. Clar in d. q. 47. nu. 53. Card. Tusc. in d. concl. 183. nu. 54.

15 Sexto limita, vt noua causa non releuet, neq. excuset in pace generaliter facta, sed tantum quando fuit facta super aliqua limitata causa, vt post Alex. in cons. 103. lib. 2. Marsil. singul. 507. firmat Apostill. ad Deci. in cons. 531. n. 7. vers. pax, & refert, & sequitur Car. Tusch. in d. concl. 183. nu. 56.

16 Tertio amplia, vt noua causa superueniens excuset, etiam si non fuisset vera, vt si aliquis Titio dixisset, cum quo Sempronius habebat pacem, quòd Sempronius offendit fratrem Titij cōpræhensum in pace, cum verum non esset, & Titius non respiciens an id verum esset abrepto gladio Sempronium percussit, non tamen dicitur rupta pax, vt late post alios, quos allegat Mascar. in d. concl. 1162. num. 32. & 33. vol. 2. vbi reddit rationem. Hercu. in tract. de caut. cap. 18. n. 8. Card. Tusch. d. concl.

17 183. num. 6. Dummodo † tamen is, a quo audiuit fuerit fide dignus. & tunc veniat excusandus. Paris. cons. 165. num. 29. vol. 4. Hercul. in tract. de caut. cap. 18. nu. 7. Marsil. singul. 503. alias diceretur nimis credulus, & non excusaretur a pœna pacis ruptę, vt firmat Mascard. in d. concl. 1162. nu. 34. sequen. & sequuntur Card. Tusch. in d. concl. 183. nu. 6. & sub num. 8. & alij per eum

18 allegati Dummodo † etiam illa causa audita fuerit verisimilis, secus si non fuisset verisimilis, & quod excusetur ex relatione alicuius viri fide digni. Vulpell. respons. 77. nu. 13. & in tract. de pace q. 49. vbi sententiam Paris. admittit tribus concurrentibus, & non alias, primo, vt is, qui refert non sit persona vulgaris, secundo quod de visu attestetur, tertio quod offendatur is, qui sit in maxima sanguinis coniunctione, vt primum, vel secundum gradum non excedat, & sequitur Farinac. in d. q. 107. nu. 470.

19 Etiam si ex rumore populi, vel ex publica fama quis audiuerit iniuriam mihi, vel meis consanguineis per paciscentem fuisse illat am, & vera non esset, etiā excusabitur a pęna pacis ruptæ. Alex. cons. 115. n. 14. vers. quinimo dato, & nu. 16. seqq. lib. 4. Paris. d. cons. 165. nu. 20. in fin. & nu. 28. Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 49. n. 2. vbi hanc cōclusionem admittit quando rumor, & fama esset vehemens. Farinacc. in d. q. 107. nu. 568. Honded. cons. 97. sub nu. 19. lib. 1. & cons. 89. num. 75. lib. 2. secus vero si fuerit rumor vanus, inanis, & fatuus, cui credere non debebat sed tenebatur se informare de veritate in re tanti ponderis, vbi agebatur de præiudicio tertij. Paris. d cons. 165. nu. 9. & 29. vol. 4. quia credulitas de-

20 bet esse † vehemens: & rationabilis, vt excuset, late Mascar. de probatio. d. cōclus. 1163. nu. 24. 25. qui di[illegible] quod ita est intelligendus Cephal. [illegible] ns. 35. nu. 3. & 14. seq. Nicol. Moro[illegible] tract. de pac. q. 11. nu. 3. & 4. & 5. & Farinac. d. q. 107. nu. 469.

21 Quarto amplia in offensione facta aduersus prouocantem, & insultantem etiam cum excessu, & sine moderamine inculpatę tutelę, vt excusetur à pęna pacis ruptæ. Bero. cons. 198. num. 7. lib. 3. vbi de communi. Baiard. ad Iul. Clar. in §. fin. q. 47. nu. 12. post Afflict. & Foller. in locis per eum relatis, & ob id Vulpell. respons. 36. nu. 3. seqq. & in tract. de pac. q. 48. nu. 4. seqq. vbi dicit obti-

obtinuisse Vrbini tuendo iura Fisci, decipitur dum tenet illum teneri pœna pacis ruptæ, qui propulsandam iniuriam vltra mentitam, iniuriantem percusserat; quia percutiendo excessit, qui tamen excessus non punitur pœna conuentionali, cum ex prima iniuria verbali orta fuerit iusta causa offendendi cum ex ea contracta fuerit inimicitia capitalis. Gramm. vot. 6. nu. 15. & cons. 57. nu. 7. vbi testatur ita alias fuisse iudicatum. Hond ed. cons. 87. nu. 12. 37. cons. 93. nu. 17. vol. 2. Sfort. Odd. cons. 15. nu. 37. Riminal. Iun. cons. 364. n. 15. seqq. vol. 4. vbi testatur quod ita experientia docet, & esse notandum, quia quilibet diceret contrarium, & loquitur in quodam Comite Calcagnino, qui dixit cuidam Monaco; *fatti in dietro Frataccio, & fa in modo, che non te ci troui un' altra volta*, & eamdem opinionem contra Vulpell, tenet Farinac. in d. quæst. 107. nu. 473. & num. 482. & seq. cum cuius opinione libenter pertranseo, licet rationes allegatæ per Vulpell. in d. q. 38. nu. 5. & 6. sint vrgentes; quia ita Consilium Neapolitanum sanciuit, vt testatur Affl. decis. 206. per totam, & sequitur Foller. in tract. crim. par. secunda secundæ par. prin. in verb. recipiantur defensiones rei n. 14. vers. & quod si duo Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. nu. 16. in fin. Bertazzol. cons. 537. nu. 27. seqq. vol. 2.

22 Quir amplia, vt causa dicatur iusta qua o prouenit ex facto aduersarij prouocantis offendentem ad iracundiam. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 122. num. 24. Tob. Non. cons. 111. nu. 8. Vulpell. respons. 7. nu. 12. & respons. 77. nu. 5. & nu. 19. Farinacc. in tract. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 34. num. 464. seq. quæ opinio est vera

23 etiam † quod tale factum sit punibile, & illicitum. Nicol. Moron. in d. Tract. q. 126. nu. 1. seq. Tob. Non. d. cons. 111. nu. 78. Socc. Iun. cons. 103. nu. 3. lib. 3. Hond. cons. 97. nu. 33. lib. 1. Vulpell. in d. q. 48. nu. 7. seq. vbi dicit quod licet hæc causa a delicti pœna non excuset, non sequitur quin a conuentionali, seu pacis pœna excusationem præbeat, cum constet offensionem non ex antiqua, sed ex noua, quæ offensi culpa processit sequutam fuisse, & ita etiam in terminis declarat Farinacc. in d. q. 107. n. 146, licet contrarium quod noua causa non excuset proueniens ex actu licito, & impunibili defendat Collegium Maceraten. cons. 150. nu. 49. seqq. tom. 1. Crim. Idem. Nicol. Moron. de treug. & pac. q. 13. nu. 11. vers. quod tamen declara, & quæst. 123. num. 3. seqq. de cuius materia late dicam infra in quæstione 55.

24 Sexto amplia in eo, qui offendit alium, cum quo pacem habebat; quia post pacem adulterauit eius vxorem, cum præbeatur ei iusta causa, vt ex ea excusetur a pœna pacis ruptæ secundum sententiam Paul. de Castr. in l. qui seruum nu. 3. de verb. oblig. quem sequitur Farinacc. in d. q. 107. nu. 407. seq. & Petr. Caball. in d. cas. 101. num. 12. Baiard. q. 47. nu. 63. Item in eo, qui percusserat quamdam mulierem, eo quia expulerat, & percusserat bouem ipsius percutientis secundum Alex. cons. 19. nu. 2. lib. 1. Farinacc. d. q. 107. nu. 478. Vulpell. in tract. de pace q. 48. nu. 8. Petr. Caball. d. cas. 101. num. 13. Item in eo, qui percusserat comprehensum in pace, qui vulnerauerat vxorem suam dicti percutientis cōsanguineam. Alexand. cons. 115. n. 4. seq. vers. 2. præsupposito lib. 4. Petr. Caball. d. cas. 101. nu. 14. Farinacc. d. q. 107. nu. 479. vbi subdit Roman. in cons. 183. dixit de offendente eum, qui verba iniuriosa vxori ipsius offendentis dixerat; & generaliter quod noua causa orta dicatur ex percussionibus illatis in vxorem discipulos, famulos, & etiam amicos offendentis voluit Hercul. de caut. cap. 13. sub num. 11. Item in eo, qui suscepit curam, & defensionem alicuius inimici

el ipsius offendentis Soccin. Iun. cons. 103. num. 8. lib. 3. Item si quis offendat eum, a quo fuit mentitus Socci. Iun. d. cons. 103. n. 11. lib. 3. Farinacc. d. quęst. 107. num. 481. qui dicit quod de hoc exemplo valde dubitat, nec illud verum credit nisi quando mentita datur ad iniuriam inferendam, secus si detur ad propulsandam iniuriã, quia tunc nõ præbeat causam ad euadendã pęnam pacis ruptæ: quę dubitatio penitus tollitur per ea, quæ dixi supra in hac eadem quæstione in quarta ampl. Item in eo, qui offendit alterum, ex eo quod vna cum Curia domum offendentis ad inquirendum bannitos ingressus fuit Tob. Non. cons. 152. num. 12. in fin. Philip. de Vbal. cons. 153. cons. crim. diuers. tom. 1. licet ibi Collegium Maceraten. consil. 150. nu. 47. sequen. contrarium senserit, & simile est in eo, qui induxit Massarium in domum ad perquirendum res furatas, vt consuluit Ant. Galiat. Maluas. cons. 33. n. 24. Item ponuntur exempla in derisione, verbis altercatorijs, oculorum torto aspectu, occursu iniurioso in via per tactum pallij, vel cubiti, de offensione in bonis, & similibus. Cephal. cons. 35. nu. 14. lib. 1. Hercul. de caut. de non offend. cap. 13. nu. 9. Magon. decis. Lucen. fin. num. 9. Vulpell. respons. 88. nu. 2. Petr. Caball. in tract. triumuiratu [illegible] nu. 19. & 24. & de euaginatione gladij. Tob. Non. cons. 115. nu. 9. & impediente tripudium contra voluntatẽ Domini Domus. Petr. Imolen. cons. 9. in princ. & in verbis iniuriosis diffamatorijs etiam absente parte, & in verbis altercatorijs Nicol. Moron. de treug. & pac. q. 13. nu. 10. & q. 113. nu. 13. Maluas. cons. 33. nu. 23. in fin. & seqq. vbi loquitur de diffamatione. Sim. de Pret. cons. 18. nu. 17. vbi de verbis iniuriosis, & altercatorijs, & de minis Vulpel. resp. 67. n. 8. Mascar. de probat. concl. 1162. num. 118. vol. 2. & in eo, qui promisit emere fundum nomine alicuius, & deinde emit nomine proprio fidẽ fallendo, & ei deridendo. Vulpel resp. 53. nu. 3. & in eo, qui promisit pro altero fideiubere, & promissionem non obseruauit, imo illum delusit. Bertazzol. cons. 147. nu. 28. lib. 1. Item in offensione facta in bonis etiam data modica iactura. Hercul. de caut. cap. 13. nu. 11. Vulpell. respons. 79. nu. 1. seqq. & in eo, qui alium turbauit in sua possessione per incisionem arborũ. Tob. Non. cõs. 121. in prin. Euge. cons. 82. nu. 1. & ex lite mota super ablatione alicuius fundi. Riminal. Iun. cons. 289. nu. 37. & in eo, qui dixit, *se mi bo da rouinare mi rouinarò, per qualche cosa*; vt per Vulpell. respons. 88. num. primo, & in eo, qui petit coram alijs aliquod prætensum debitum ab altero indiscrete, & verbis impertinentibus, & in ciuilibus, vt per Vulpell. respons. 77. nu. 1. Item in eo, qui promisit non exhibere vnum librum in Iudicio, & illum produxit: quia illa exhibitio inducit nouam causam. Magon. decis. Lucen. fin. nu. 5. seqq. & multa alia exempla possunt haberi per ea, quę scribit Farinacc. in d. concl. 107. per totã, & per Mascard. in concl. 1162. per totam de probat. vol. 2. & latius per Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 183. per totam, & latissime in conclus. 182. per totam. Petr. Caball. d. cas. 161. num. 24.

26 Septimo amplia etiam si superior Princeps, vel statutum disponeret, vt per offendentem non posse deduci, neq. allegari noua causa, quia nihilominus poterit offendens se tueri aduersus contractum pacis, vt dicam infra in quæst. 46.

Octauo amplia, vt non solum procedat in causa superueniente de nouo, sed etiam si causa subesset contra comprehensos in pace antequam ratificauerint, quia impune quoad pacis pœnã conuentionalem poterunt offendi, cum ante ratificationem offensio non indu-

cat

cat fractionem pacis, vt decisiue consuluit Riminal Iun conf. 103 vol 1 de quo late dicam in quęst.

27 Nono amplia, vt in dubio causa noua pręsumatur, per quam excludatur fractura pacis, vt dicam infra in quęst. seq.

28 Decimo amplia in tractatu de offendendo aliquem, ac etiam de occidendo illum, ex eo non dicatur rupta pax. Mascard de probat. d. concl. 1162. nu. 119 vol 2 ex doctr. Bertazzol. in consf. 253. in princ. qui allegat Herculan. in tract. de caut de non offend. cap. 35. n. 3. qui tamen loquitur de cautione de non offendendo, quæ non ita facile rumpitur sicut pax, & allegat etiam Bero. in consf. 202. in 1. dub. vol. 1. qui Mascard. sub nu. 120. seqq. tandem concludit quod tam in hoc casu, quam in alijs, qui possunt occurrere circa fractionem pacis, eorum resolutio dependeat a verbis instrumenti pacis secundum quę regulandum erit iudicium, an paci sit contrauentum per sententiam Paris in consf 165. num. 8. vol 4. & quod ex solo tractatu de occidendo non rumpatur pax: ita fuit iudicatum, vt testatur Claud. Bertazz ad patrem. consf. 253. Card. Tusc d. concl. 183. n. 6. & seq Laderch consf. 200 per totum, & dicam infra in q. 46.

29 Vndecimo amplia an causa sit sufficiens, vel nō ad excusandum aliquem a fractura pacis remittitur arbitrio Iudicis, vt late post Hercul de caut. de non offenden. cap. 13 nu. 12 tradit Mascard de probat d. concl. 1162. num. 66. seqq. vbi multa exempla describit, ex quibus noua causa possit esse, & non esse secundum arbitrium Iudicis, & in specie in noua causa, quæ prouenit a derisu, a verbis altercatorijs, a percussione seu verberibus discipuli, vxoris, famuli, a diffamatione, mentita, vel quando aliquis dedit causam mentitæ diffamando, ab aspectu torto oculorū a minis ab aduentu cum armis præsertim sine causa, susceptione aduersarij, a complicis læsione, vel læsione in proprijs bonis etiam in modica iactura, dummodo ad iracundiam quis moueatur a consputatione, ab incursu in via, ab vrtatione cubitali, vel pallij, vel si aliquis diceret vis mihi furari? vel non vides? quas omnes causas, & alias similes, attenta qualitate personę, si ex his quis moueatur ad iram posuit Herculan. in d. cap. 13. num. 11. quas retulit Mascard. in d. concl. 1162. nu. 67. 68. ad quem se refert Cardinal. Tusch. d. conclus. 183. nu. 17. Vulpell. in tract. de pace q. 47. Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 51. in fin. Magon. decis. Lucen. fin. nu. 9. in princ.

30 Sed pro complemento istius quæstionis est firmiter tenendum, quod nunquam rumpatur pax, nec eius pæna interet, nisi interueniat dolus, & animus vlciscendi. Bero. consf. 196. nu. 21. consf. 197. nu. 11. 198. num. 9. vol. 3. & Doct. communiter in l. qui seruum ff. de verb. oblig. vt testatur Mascard. in d. concl. 1162. n. 122. vol. 2. Ea ratione moti, quia crimen ruptę pacis dicitur de atrocioribus delictis, pro quibus quis grauiter venit puniendus, & ideo dolus, & animus delinquendi interuenire debent, vt latissime prosequitur Mascard. in d. concl. 1162. n. 123. seqq. & quod in delictis atrocibus ad incurrendam pœnam ordinariam delicti, vel aliam corporalem requiratur dolus, plene tradunt Iul. Clar. q. 31. n. 12. in fi. q. 84. n. 1. Boss. in tit. de inquisitin. 113. vbi dicit quod delicta accipiunt essentiā a dolo. Menoch. de arbitr. cas. 324. n. 1. lib. 2. Rim. Iun. consf. 145. n. 30. vol. 2. Sfort. Odd. consf. 27. nu. 3. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 84. nu. 1. Farinac. consf. 35. nu. 7. vers. quia vbicunq. vbi addentes attestantes de communi opinione.

Quæst.

Quæſt. XLV.

An præſumenda ſit noua cauſa ad euitandam pœnam pacis ruptæ.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa noua in dubio præſumitur, ne pax rupta dicatur.*
2 *Tempus longum inducit, vt eo magis præſumatur noua cauſa, ne pax rupta dicatur.*
3 *Cauſa noua ſi apparet ex ea ſemper præſumitur facta offenſio.*
4 *Cauſa noua ſi non datur, offenſio præſumitur ex veteri cauſa.*
5 *Cauſa noua operatur quando de ea conſtat, vt non ſit opus quærere de veteri cauſa.*
6 *Cauſa noua iuſtificatur etiam præſumptionibus, & coniecturis.*
7 *Cauſa noua iuſtificatur per ſemiplenam probationem, & per vnicum teſtem.*
8 *Cauſa noua iuſtificatur per teſtes de auditu.*
9 *Cauſa noua iuſtificatur per confeſſionem extraiudicialem.*
10 *Cauſa noua iuſtificatur per iuramentum.*
11 *Contrarium tenent ibi Doct.*
12 *Conciliantur ibi opiniones contrariæ.*
13 *Cauſa noua præſumitur quando offenſio ſequitur poſt paucos dies poſt veteram dictam cauſam.*
14 *Cauſa noua præſumitur quando offenſio ſequitur poſt conuerſationem habitam inter ipſos pacifcentes.*
15 *Cauſa noua præſumitur quando offenſio naſcitur ab eo, qui primo etiam offenderat.*
16 *Cauſa an noua, vel antiqua interpretatur iuxta qualitatem perſonarum.*
17 *Cauſa noua ad excluſionem pœnæ pacis ruptæ poteſt etiam probari per mulieres.*

1 CONCLVSIO eſt, vt in dubio præſumatur noua cauſa. Pariſ. conſ. 105. nu. 26. ſeqq. lib. 4. Soccin. Iun. conſ. 103. nu. 14. lib. 3. Marſil. ſing. 503. in fin. Riminal. Iun. conſ. 101. nu. 7. vol. 1. Bertazzol. conſ. 147. n. 23. lib. 2. vbi de communi. Eug. conſ. 82. nu. 15. Hond. conſ. 97. num. 30. vol. 1. Farinacc. de var. & diuerſ. crim. q. 107. art. 33. nu. 432. vbi concordantes allegat teſtantes de communi Baiard. ad Iul. Clar. in d. q. 47. n. . Petr. Caball. in tract. crim. caſ. 101. nu. 20. & 32. Car. Tuſ. in concl. 133. n. 59. vbi de cõi tom 6. in verb. pax. Add. ad Farinacc. in conſ. 30. in litera N. Maſcard. de probat concl. 1162. nu 9. ſeqq. lib. 2. vbi ſubdit, quia ſemper eſt deſumenda illa interpretatio, per quam euitentur delictum; & ita conſuluit Ruin. conſ. 10. num. 12. vol. 4. Mar. Antonin. Maceraten. variari. reſol. lib. 3. reſolut. 31. nu. 10. vbi concordantes allegat, & ſub nu. 11. dicit quod iſta præſumptio de voluit onus probandi contrarium in Fiſcum.

2 Primo amplia iſtam concluſionem magis procedere quando pax fuit facta iam longo tempore elapſo. Alex. conſ. 115. nu. 6. lib. 4. Vulpell. in tract. de pace quæſt. 47. nu. 3. Card. Tuſch. in d. concl. 183. num. 60. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 115. nu. 6. Vulpell. reſponſ. 7. in fin. & reſponſ. 53. num. octauo vbi loquitur in offenſione facta poſt octo annos poſt pacem factam. Honded. conſ. 97. num. 34. lib. 1. qui loquitur de offenſione poſt tres annos. Farinacc. in d. quæſt. 107. num. 450. Vulpell. in tract. de pace quæſtione 46. num. 3. Maſcar. d. concl. 1162. nu. 21. vbi loquitur per lapſum decennij.

Se-

3 Secundo amplia, vt maxime procedat quando constat de noua causa nouæ offensæ, quia potius ex noua, quam ex antiqua præsumitur facta offensio. Alexand.cons.115.nu. 6. lib. 4. Card. Tusch.d.concl.183. num.20.Mascard. d.concl. 1162.nu. 10. seq. Alias autem
4 si non constaret de aliquo † facto, aut dicto, offensi vnde iratus fuerit ad offendendum eum, cum quo pacem habebat præsumitur quod ex veteri causa offenderit, vt in terminis Mandos. in addit.vlt. ad Roman. in consil.83. in fine, vbi testatur ita fuisse decisum per Rotam in vna Parmeñ.cēsurarum, quam decisionem refert, & sequitur Viui.opin.566.nu.3.Vulpell. in tract. de pac.q.47.n.1. vbi de communi,& respons.53.num.5.Moron.in tract.de treug.& pac.q. 113.nu.4.seqq. Farinacc.in d.q.107.nu.434.Honded. cons.97.nu.30.lib.1.cons.89.num. 75. lib. 2. Claud. Bertazzol. in addit. ad patrē cons.185.in vlt.addit.Car.Tusc. in d.concl.183.nu. 66. qui etiam facit mentionem de dicta decisione Rotæ in causa Parmeñ. coram Ioanne Paulo Ptozomyo in sua decisione manuscripta 113.& Sim.de Pret.cons.187.nu.22. & cons.188. num. 16. seq. dicit quod
5 quando † constat de noua causa nō est opus quærere de veteri,& præcedenti; quia noua causa intellecta cognoscitur non fuisse factam offensionem ex antiqua, & de ea constare debet: & hoc est in iure regulare, vt non dentur plura specialia. Menoch.de præsumpt. par.1.lib.3.præsum.132.num.81.seq. Rim.Iun.cons.31.num. 69. seq. vol.1. Hond.cons.87.nu.156.lib.2.Alias non probata noua causa semper pręsumitur offensio ex veteri causa. Mor. d. q. 113.nu.14. post Ruin.cons.41.num. 8. vol.1.Cephal.in d.cons.35.cum alijs, quos allegat.
6 Tertio amplia, vt satis dicatur iustificata noua causa per præsumptiones, & coniecturas.Alex.cons.115.num.15. lib.4.Hercul.de caut.cap.13.num. 12. vers.causam autem.Nicol.Moron.in tract.de treug.& pac.q.113.n.3.seqq. Mascard.de probat. d.concl.1162. nu. 71.Farinac.in d.q.107.n.435. Claud. Bertazzol.ad consil.patris 185. in litera C.vers. illa vero opinio, vbi reprobata contraria opinione dixit pręsumptiuam probationem in ista materia haberi pro plena, & euidenti probatione.Card.Tusch.in d.concl.183.nu. 63.& 73.Petr.Caball.in d.cas.101.nu. 26.& 32.vbi alios concordantes allegat; licet Magon.decis.Lucen. 100.nu. 8.Collegium Macerateñ.cons.150.nu. 57.in fin. tom. 1. Crim. diuers. dicant requiri plenam,& concludentem probationem, & Bero. consil. 197. num. 2.vol.3.Honded.cons.97.nu.30.seqq. vol.1.
7 Quarto amplia, vt sufficiat semiplena probatio,& per vnum testem tantum, quod quis motus fuerit ex noua causa ad offendendum, & ad probandum ipsam nouam causam.Nicol.Moron.de treug.& pac.q. 113. nu.3.Magon.decis.Lucen.100.num.8.Mascard. dicta conclus.1162.num.72. Sim.de Pret.cons. 188.sub nu.19.Farinacc.d. q.107.nu.437.Hond.cons.97. nu. 29. lib.1.& cons.79.num.74.lib. 2. Card. Tusch.d.concl.183.num. 67.& 72. ac etiam probatur per publicam vocem, famam.Alex.cons.115.nu.10.vers.item est probatum lib.4. Nicol. Moron. d. q.113.nu.3.Mascard.d.concl.1162.n. 73.Eugen.cons.82.nu.22.Farinacc. d. quæst. 107.nu.438.vbi dicit quod Cephal.in cons.35.nu.2.& 14.lib. 1.contrarium tenuit, & Card. Tusch. dicta conclus.1162. nu. 80. Ac etiam per te-
8 stes de auditu, eum † faciant præsumptionem,& ex præsumptionibus probatur noua causa, vt in terminis respondit Rimin.Iun.cons.299.nu. 36. seqq. lib.3.quem sequitur Farinacc.in d. q. 107.nu.439.
9 Quinto amplia, vt probetur etiam noua

noua causa per confessionem extraiudicialem ipsius offendētis probatā per duos testes, concurrente tamen fama etiam probata ab eisdem testibus, vt post Alex. in conf. 115. num. 9. seq. vers. verum autem lib. 4. tenet Card. Tusch. d. concl. 183. nu. 78.

10 Sexto amplia, vt probetur etiā ex assertione iurata eiusdem offendētis, se ex noua; & non antiqua, causa offenderit, Alex. conf. 19. n. 2. vers. subsequēte vol. 1. Marsil. in Pract. crim. §. diligēter n. 44. Io. de Arn. sing. 44. & caute. Bertazzol. cons. 4. nu. 14. lib. 1. & cons. 185. n. 17. seqq. Mascard. d. concl. 1162. nu. 62. Farinacc. d. q. 107. n. 440. Card. Tusch. d. concl. 183. nu. 68. 75.

11 Contrariam opinionem quod partibus asserentibus medio iuramento ex noua causa se fecisse, non credatur, tenet Cephal. in cons. 35. n. 10. lib. 1. quē sequitur Herculan. de caut. de non offendend. cap. 13. nu. 9. & nu. 12. & cap. 47. nu. 18. vt referunt Farinacc. in d. q. 107. n. 441. Mascard. in d. concl. 1162. nu. 63. Card. Tusch. in d. concl. 183. nu. 69. 76.

12 Quæ opiniones contrariæ conciliantur, vt prima opinio sit vera quando cum assertione iurata offendentis concurrit aliquod factum, per quod posset dubitari, quod ille motus fuerit ex noua causa, secus si simpliciter dixisset se motum fuisse ex noua causa, quę non posset conijci ab aliquo facto, aut occasione; quia ei non crederetur; & sic procederet secunda opinio, vt bene post alios, quos allegat declarat Mascard. d. conclus. 1162. num. 64. seq. eamdem declarationem tenet Vulpell. in tract. de pace quęst. 46. num. 4. eamdemq. sequitur declarationem Farinacc. in d. quæstione 107. num. 442. seq. & Cardinal. Tuschus d. conclus. 183. num. 70. & est vera huiusmodi declaratio etiam si offendens in actu offensionis attestatus fuerit offendisse ex noua causa, vt sibi non sit credendum, nisi constet de aliquo facto, per quod possit oriri noua causa, vt declarat idem Farinac. in d. q. 107. n. 446. licet nonnulli Doct. hinc inde, & pro vtraq. parte sentirent, quos ipse refert sub n. 444. seq. & idem erit iudicandum cum eadem distinctione in assertione etiam ambarum partium, vt tradit Card. Tusch. d. concl. 183. nu. 68. tom. 6. in verb. pax.

13 Septimo amplia, vt præsumatur offensio ex noua causa quando iniuria fuit illata per paucos dies post ortam nouam causam: quia est attendenda illa causa proxima, & immediata, & non antiqua Alexand. in cons. 115. num. 6. lib. 4. Vulpell. respons. 3. nu. 14. vbi loquitur de offensione sequenti die facta post nouam receptam iniuriam. Tob. Non. cons. 111. nu. 28. in fin. Farin. d. q. 107. nu. 449. Rimin. Iun. cons. 300. nu. 50. lib. 3.

14 Octauo amplia quando paciscentes post pacem factam insimul amicabiliter cōuersati fuerint: quia si sequatur inter eos deinde offensio, censetur ex noua, & non ex veteri causa sequuta. Vulpell in tract de pac. quęst. 47. num. 5. respons. 3. num. 20. resp. 53. num. 67. Riminald. Iun. consil. 299. num. 36. 37. 43. lib. 3. Eugen. consil. 82. nu. 33. Bertazz. cons. 147. nu. 21. lib. 1. Farinacc. d. q. 107. nu. 452. vbi post Hercul. de caut. de non offend. capit. 39. num. 21. tenet, quod sit vera ampliatio etiam si non probetur factum aliquod, per quod possit præsumi noua causa, & sub num. 23. quod si post reconciliationem postea sint facti inimici, nihilominus reconciliatio operetur, vt antiqua causa non attendatur, & maxime si iterum postea reconciliati fuerint.

15 Et si offensio proueniat ab eo, qui primo loco offenderit, non enim pręsumitur quod qui semel offenderit voluerit alio non superueniente iterum offendere: & ideo offensio præsumitur

ex noua causa. Vulpell. in tract. de pac. quæst. 47. num. 6. Herculan. de caut. capit. 13. num. 9. in fine, & num. 10. etiam in fin. Farinacc. in d. quæst. 107. num. 453. Honded. consil. 97. num. 34. vol. 1. Et in ista materia an ex noua, vel veteri causa, sequuta fuerit offensio, maxime sit attendenda qualitas personarum, vt per Vulpell. in d. quæstione 47. num. sexto vbi videtur constituere differentiam inter pacem, & promissionem de non offendendo; vt in pace magis præsumatur pro nobili, & honorem profitente, in cautione autem magis præsumatur pro vili persona, quam opinionem amplectitur Farinacc. in d. quæst. 107. num. 448. & idem Vulpell. respons. 77. nu. 17. in fin. per rationes per eum allegatas in vtroq. loco.

Ac etiam est attendenda qualitas iniuriæ, vel offensæ: si enim offensa correspondeat antiquæ offensæ, propter quam pax facta fuit, est præsumendum ex antiqua causa; si vero correspondeat posteriori causæ, tunc est præsumendum ex noua causa: fuit originalis doctrina Bald. in leg. si prædium num. 17. C. de ædilit. act. quem sequuntur Bero. consil. 216. num. 12. vol. 3. Colleg. Maceraten. consil. 150. nu. 59. tom. 1. Crimin. Cephal. cons. 35. nu. 9 nu. 14. lib. 1. Nicol. Moron. de treug. & pac. quæst. 47. num. 2. Farinacc. qui alios allegat in d. quæst. 107. num. 451. Baiard. ad Iul. Clar. quæst. 47. nu. 32. Claud. Bertazz. ad patrem in cons. 185. litera C. versic. vbi etiam. Mascard. de probat. conclus. 1162. num. 12. versic. & tanto magis de probat. vol. 2. Marius Antonin. Maceraten. variar. resolut. lib. 3. resolut. 31. nu. 12. vbi etiam concordantes allegat.

Et ideo constare debet in primis de vtraq. causa, antequam deueniatur ad interpretationem an ex veteri, vel ex noua illata fuerit offensio: vt declarat Cephal. in d. consil. 35. num. sexto lib. 1. Sim. de Pret. cons. 188. n. 3. & noua causa dicitur quæ non dependet a prima. Sim. de Pret. cons. 187. nu. 17. & maxime quando per longum tempus distat a prima pace. Signorol. cons. 5. num. 8. seq. & post eum Card. Tusch. d. concl. 183. num. 55. tom. 6. in verb. pax: secus si haberet dependentiam ab antiqua, non excusaret; si constaret ex coniecturis. Card. Tusch. ibi sub n. 41. Et offensio an magis correspondeat nouæ, quam veteri causæ arbitrio Iudicis relinquendum erit, vt per Vulpell. in d. quæst. 37. num. 6. in fin. vbi subdit, quod in dubio in humaniorem partem inclinabit; quem refert Baiar. ad Iul. Clar. in q. 47. nu. 32. in fin. Ino attenditur ipsum factum, & non animus offendentis an ex noua, vel ex veteri causa fuerit facta offensio. Sim. de Pret. in d. cons. 187. nu. 25. sub vers. nec obstat.

Nono amplia an ex noua, vel ex veteri causa sequuta fuerit offensio, vt includatur, vel excludatur fractura pacis, relinquitur arbitrio Iudicis. Vulpell. in tract. de pac. quæst. 47. nu. 6. in fin. Magon. decis. Lucen. 100. n. 9. Mascard. de probat. concl. 1162. n. 66. Claud. Bertazz. ad patrem in cons. 185. in vlt. addit. in fin. Farinac. in d. quæst. 107. nu. 454. Baiard. ad Iul. Clar. quæst. 47. nu. 52. in fin. Eugen. cons. 82. num. 29. 30. Card. Tusch. tom. 6 in verb pax conclus. 183 num. 17. sed Vulpell in respons. 67. num 17. animaduertit Iudicem præsumere debere ex noua, vel veteri causa non ex quibuscunq præsumptionibus, sed ex his, quæ sunt a iure approbatæ; & idem annuit Mascard. de prob d cōcl. 1162. n. 67 & in dubio debet pro exclusione fracturæ pacis inclinare, vt per Alex. consil 19 num 1. vol 1. & Vulpell. in d. quæst. 47 in fin. in tract de pace, & præcipue ex benignitate temporis pro noua causa pronunciandum est Cardin. Tusch. in d. concl 183 num. 74. Nec dicitur rupta, quando

quando non est verisimile, quod ex antiqua causa fuerit facta offensio: vt post Crauett.consf.75.n.14.& Deci.consf.11 n.5.in fin.tradit Card.Tusch.d.concl. 183.nu.64.seq.

17 Et ista noua causa poterit probari etiam per mulieres; vt post Alex.in conf.115.n.14.verf.nec repellitur lib. 4.vbi addentes, Card. Tusch. d.concl. 183.nu.79.cum sit regulare, vt ad exclusionem delicti, & pro innocentia rei admittantur etiam mulieres. Marsil. conf.63.nu.45.Grat.conf.94.num.16. vol.2.Riminal.Iun.conf.217.nu.6. vol. 2.&poterit etiam probari per alios testes inhabiles etiam per dictam regulam generalem.Crauett.conf.2.nu.10. Boss.in tit.de indit.nu.15.Plot. consil. 60.nu.25. Iul. Clar.q.24.verf. & item scias.Bertazzol.conf.251.nu.10.vol.2. Honded.conf. 87. num. 36. volum. 2. vbi infinitos alios concordantes allegat.Farinacc.conf.39.n.6.vbi de communi.

Quæst. XLVI.

Quando a conuentione, vel a Constitutione, seu Bulla posit tolli, vt noua causa non allegetur.

SVMMARIVM.

1 *Noua causa ne allegetur in pace potest tolli per statutum, vel Bullas, vbi Author ponit plura exempla diuersorum locorum.*

2 *Noua causa potest tolli etiam per partium consensum.*

3 *Contrariam opinionem quod noua causa allegari possit, etiã quod partes promiserit non offendere ex quacunq. causa tenent Doct. ibi.*

4 *Conciliatio quando possit; & non possit allegari noua causa, non obstantibus statutis, & Bullis.*

5 *Causa noua, friuola, & dubia, non autẽ releuans, & clara censetur sublata per statutum, & pactum.*

6 *Causa noua si fuerit probata in actis per testes Curiæ, non obstante quocũq. Statuto quod causa allegari non possit, reo suffragabitur.*

7 *Causa dependens a necessaria defensione nunquam censetur sublata per Statutum*

8 *Defensio necessaria aduersus Statutum nunquam censetur exclusa per Statutum, vel Bullas, etiam si ex interuallo se defenderit.*

9 *Causa noua in statu Ecclesiastico per Bullam Pij. V. si non fuerit probata ex processu informatiuo, non potest deduci, nisi impetrata licentia a summ. Pontifice.*

10 *Defensio dicitur nun solum in continenti; sed etiam quando quis commode potest vindicare iniuriam sibi illatam, & adbuc dicitur in continenti fecisse.*

11 *Noua causa, non per principales pacifcentes, sed per comprahensos in pace potest deduci, & allegari.*

12 *Nouam causam Statuta probibentia allegare dicuntur odiosa, & sunt strectè interpretanda.*

1 IN hac quæstione est constituenda regula affirmatiua, vt per Bullam, vel constitutionem, seu statutum posit prohiberi ne noua causa deducatur, vel allegetur. Hercul.in tract.de caut.de non offend. c.14.n.5.qui loquitur in Bulla Leonis Decimi in Constit.Marchiæ, & in statuto Perusino, & in cap.51.num. 2.qui loquitur in Bulla Pij 4.Nicol. Mor. in tract.de treug.& pac.q.12.nu.40.qui loquitur in eadem Bulla Pij 4. Vulpell.in tract.de pac.q.45.in fine loquitur in Cõstitutione Marchię, & in Bullis summorũ Pontificũ Tob.Non.conf. 110.

110.nu.9.vbi mentionem facit de Bulla Pij 4. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 55. vbi loquitur de Bulla Pij 4. & Pij V. Magon. decis. Lucen. 100. nu. 8. vbi loquitur de quodam decreto Lucen. Eug. conf. 82. nu. 1. de decreto Ducis Vrbini. Rimin. Iun. conf. 300. num. 37. de decreto Ducis Ferrariæ. Farinacc. de var. & diuers. crim. quæst. 107. art. 35. nu. 499. qui omnes supradictos refert, & generaliter loquitur Mascar. de probat. concl. 1162. num. 51. vol. 2. Flamm. Cart. de exequut. sent. cap. 1. nu. 306. loquitur de Bulla Pij 4. & Pij V. Vulpell. respons. 85. in fin. etiam loquitur de Bulla Pij 4. Cardin. Tuschus tom. 6. in verb. pax. conclus. 183. nu. 35. Petr. Caball. in quæst. Crimin. cas. 101. nu. 64. dicit esse prouisum in pluribus Italiæ partibus ex legibus municipalibus, ne talis allegatio admittatur, & in specie ita fuisse prouisum in statu Senensi de anno 1563. latissime Baiard. ad Iul. Clar. in d. quæst. 47. nu. 15. & ibi multos alios Doctores concord. allegat; licet Bero. conf. 198. nu. 55. lib. 3. Card. Tusch. tom. 6. in verb. Pax. concl. 193. nu. 36. contrarium teneant, vt tale statutum, vel constitutio non valeat, tanquam auferens defensionem, quę est de iure naturali.

2 Primo amplia, vt etiam ex conuentione partium possit induci, vt per compræhensos in pace non allegetur noua causa. Bertazzol. consil. 4. nu. 9. in fin. lib. 1. & consil. 147. nu. 23. Rimin. Iun. conf. 101. nu. 23. lib. 1. & si partes conuenerint se inuicem nõ offendere quomodocunq. qualitercunq. & ex quacunq. causa, tam cognita, quam non cognita, Rimin. Iun. conf. 101. nu. 23. & per totum vol. 1. Vulpell. conf. 92. nu. 1. seq. volens non posse allegari nouam causam ab eo, qui promiserat non offendere, exceptione remota.

3 Contrarium quod noua causa allegari possit voluit Bertazzol. conf. 185. nu. 20. lib. 1. & conf. 282. vol. 2. etiam quod partes inuicem promiserint non offendere ex quacunq. causa. Farinacc. in d. quęst. 107. n. 502. qui dicit quod male consuluit Vulpel. in d. conf. 92. & Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. in d. q. 47. nu. 51. postqdam retulit opinionem Rim. Iun. in d. conf. 101. subdit quod contrarium consuluit, & melius Bertazzol. in d. conf. 185. & consil. 282. Mascard. de probat. conclus. 1162. nu. 43. dicit per pactum expressum inter partes ne possit allegari noua causa, non tollantur exceptiones quæ de iure allegari possunt.

4 Quæ opiniones contrariæ facillime conciliari possunt, vt si causa fuerit quę nouiter deducitur iusta, & releuãs tunc non tollatur per dictas Constitutiones, sed tantum illa auferatur, quæ fuerit friuola, & iniusta: vt in terminis

5 Bullarum ✝ summ. Pontificum declarat Hercul. In tract. de caut. capit. 13. num. 5. versic. secunda delaratio, & c. 51. nu. 24. & ibi ponit exemplum de causa iniusta, vt si Titius dixit Seio tu es fur, Seius contra dixit, mentiris, & Titius alapa Seium percusserit, Titius non excusatur ex mentita, cùm ipse fuerit author rixæ. Honded. consil. 97. num. 38. lib. 1. & conf. 89. num. 73. lib. 2. Riminal. Iun. conf. 300. num. 38. lib. 3. & idem erit quando per pactum fuerit renunciatum allegationi nouæ causæ; vt si noua causa sit iusta, & de ea constet, non excludatur allegatio nouæ causę; sed tantummodo si noua causa, quę prætenderetur, esset dubia, leuis, vel friuola, vt late prosequitur Baiard. ad Iul. Clar. in quęstione 47. num. 55. Bertazzol. consil. 4. num. 1. & conf. 147. num. 24. & Farinacc. d. q. 107. nu. 503. licet contra istas opiniones videantur valde obstare quę deducuntur per Mascard. in d. concl. 1162. n. 43. seqq. vbi dicit ꝙ leuis, & friuola offensa nõ facit rũpere pacẽ. Ideo statuta, vel Bullæ nõ possũt restringi ad causam friuolam, vel leuem; sed est opus con-

concludere sensisse de quacunq. causa etiam releuante, & non dubia ne illa frustra disponere dicantur, ob id recte concludit se valde dubitare si dictæ Constitutiones possent restringi ad causas leues, friuolas, & dubias, eoq. maxime quando constitutio exciperet aliquos casus particulares, in quibus allegari possit noua causa, vt in cæteris om 7
nibus casibus censeatur prohibere allegationem nouæ causæ, vt tradit Magon. decis. Lucen. 100. n. 19. in fine, & seqq. & ob id ad propositum Rim. Iun. in cons. 300. num. 40. seqq. dixit quod quando Constitutio vtitur verbis resistentibus potentiæ, & actui allegandi, & probandi nouam causam, vt si dictaret, quod nõ sit actio, nõ audiatur, tũc videtur quod illa non possit allegari, neq. probari etiam parte non opponẽte, & omnis allegatio, & probatio sit ipso iure nulla; nihilominus cum omnes 8
Doctores admittant huiusmodi intellectum ad dictas Constitutiones, vt restringi debeant ad causas leues, & friuolas, ac dubias, non erit in iudicando recedendum ab ista communi declaratione: vt late etiam tuetur in treuga. Eug. in cons. 82. per tot. vbi in terminis cuiusdam decreti Ducis Vrbini prohibentis allegare nouam causam, nihilominus admittit allegationem nouę causæ per legitimas probationes, per euidentiam facti, & per alios modos a iure approbatos: Si vero constiterit de noua causa per testes pro informatione Curiæ examinatos, non est reuocandum in dubium quod illa causa iam probata non suffragetur reo: quia tunc non est ex parte Inquisiti probare nouam causam; sed iam probatam ante oculos Iudicis ponere. Marius Antonin. Maceraten. variar. resolut. libro tertio resolut. 31. num. 11. & ideo solum verificabitur dispositio 9
Constitutionis, quando de causa non constaret, sed solum noua causa prę sumptiue deduceretur. Bero. consil. 198. nu. 15. seq. lib. 3. Herculan. in tract. de caut. cap. 13. nu. 5. vers. secunda decla atio Bertazzol. cons. 147. nu. 21. lib. 1. Hond. cons. 97. num 38. vol. 1. Card. Tusc. d. concl. 180. nu. 37. seq. tom. 6. in verb. pax. Farinacc. de var. & diuers. Crim. quæst. 107. nu. 507. vbi subdit quod idem erit dicendum in noua causa dependente a necessaria defensione quæ numquã censentur exclusa a Cõstitutione, vel statuto, nec ex partium consensu; cum de iure necessaria defensio per quamcunq. dispositionem inquisito auferri non possit. Bero. consil. 198. nu. 15. lib. 3. Hercul. d. cap. 13. nu. 11. in fin. & cap. 42. nu. 30. Magon. decis. Lucen. 100. nu. 7. in fine Eugen. d. cons. 82. n. 40. Farinacc. d. quęst. 107. nu. 510. vbi dicit maxime procedere in causis grauioribus procedentibus non ex verbis, sed ex aliquo facto. Et ista prouocatio, seu necessaria defensio poterit deduci aduersus dictas Bullas, & constitutiones, siue in continenti, siue ex interuallo prouocatus offenderit, vt respondet Bertazzol. in cons. 151. num. 10. seqq. cum liceat impune, tam in continenti, quam ex interuallo offendentem trucidare, vulnerare, vel percutere: vt in terminis statuti prohibentis allegare nouam causam declarat Honded. in consil. 89. num. 72. versic. quod vero vltimo loco dicitur libro secundo, quia vere isto casu, quando ex interuallo prouocatus offendit prouocantem, excedit terminos pręsentis quęstionis: quia non agitur amplius de fractione pacis, cum per primam offensionem pax iam fracta dicatur, sed solum modo de pæna imponenda isti offendenti ex interuallo a iure communi, vel municipale imposita, vt late demonstraui supra in quæstione.

In statu autem Ecclesiastico vbi nõ esset probata noua causa per testes pro informatione Curię examinatos, & sic de ea non appareret Iudici per

processum informatiuum, inquisitus non poterit audiri super allegatione nouæ causæ, quamuis releuantis, nisi obtenta licentia a Summo Pontifice, vt disponitur per dictam Bullam Pij V. & bene refert Vulpell.in tract.de pace quæst.45. in fin.Balard.ad Iul.Clar.q. 47.nu.55. vers. & qui vult allegare nouam causam Card. Tusch. d. concl. 1162.nu.49.in fin.Quę facultas,seu licentia a summo Pontifice concedi solet hic in Vrbe per commissionem in signatura coram eodem Pontifice proposita,manu eiusdem Sāctissimi signata,vel per rescriptum speciale emanatum in memoriali porrecto eidem Sanctissimo,per inquisitum,vel aliquando per ordinem oretenus datum Gubernatori Vrbis, vel alijs Iudicibus supremis in Curia existentibus, coram quibus penderet causa. In statu autem Ecclesiastico conceditur ista facultas Gubernatoribus, & Legatis de latere per Sacram Consultam, quæ est in Statu Ecclesiastico Senatus Papæ, & personam Pontificis in causis criminalibus repręsentat, & ego mensibus elapsis prę manibus habui processum coram Legato Ferrariæ fabricatum contra quemdam militem imputatum de fractione pacis,cui fuit ab eodem Legato concessa facultas probādi prouocationem,& nouam causam,vbi cōtigit disputari an prouocatio esset legitime probata per vnum testem tantum, & ego deduxi quod prouocatio, seu noua causa sufficit,vt probetur per vnum testem,vt late deduxi supra in pręcedēti quęst.sub 4.ampl.Ac etiam agebatur de offensione facta post quatuor dies aduersus prouocantem: sed quia fuerat prouocatus in Arce d. Ciuitatis Ferrariæ, ab eius superiori, vbi non poterat iniuriam sibi illatam repulsare,&occasio repulsādi nō euenerit nisi in dicto 4. die.Ego in terminis dedu-
10 xi,ꝙ sibi licuerit,nec dicatur facta ex interuallo,sed in continēti ipsa repulsa.

Marsil.in tract.de Bann.in verb.pace n.2. qui dicit quod si vnus potens expellat suum inferiorem,etiam si per sex menses recuperauerit possessionem quando poterit, dicitur fecisse in continenti, & non dissentit Ang.de malefic. in verb.& dictus Titius nu. 20. post Roman.in l.1. §. qui pręsens ff. de verb. oblig.&si velimus tenere fuisse factam ex interuallo, vt fieri potest sine fractione pacis per ea,quæ late scripsi supra;constat nouam causam posse deduci, & allegari etiam ex interuallo ad excludendam fractionem pacis: licet Farinac.in d.q.102.n.513. dicat quod ipse non meminit vnquam admissam fuisse allegationem,&probationem nouæ causæ, quando offensio sequuta fuerit ex interuallo, cuius opinio forsan posset sustineri si non deduceretur causa releuans, & verisimilis, & plene non probaretur, sed friuola, obscura,& dubia deduceretur.

11 Si vero noua causa deduceretur nō per principales paciscētes;sed per alios comprehensos in pace,qui nihil promiserunt non tollitur per dictas Constitutiones,& statuta, vt non possint allegare nouam causam. Tob. Non.consf. 111.nu.14.Mascard.in d.concl.1162. nu.5.vers.3.declaratio.Honded.cons. 97.nu.37.lib.1.Farinacc.d. q. 107.n. 515.Card.Tusch.d.conclus.1162. nu. 39.& hoc expræsse cauetur per d. Bullam Pij V.quę est x.in ordine in par.2. Bullarij fol.937.cum prius per Pium 4.per aliam Bullam fuerit sancitum generaliter nouam causam non posse, tam in pace,quam in treuga allegari, & Pius V. restrinxerit dictam dispositionem ad principales paciscentes, vt de tali moderatione mentionem facit etiam Vulpell.in tract.de pace q.45.in fin.imo nec etiam per fideiussores vigore eiusdem Bullæ Pij 4.potest allegari noua causa,ne per indirectum principales defendantur, vt etiam refert Baiard.ad Iul. Clar.in q.47.num. 55.

in princ. Marius Antonin. Maceratens. variar. resolut. lib. 3. resolut. 31. nu. 13. seq vbi dicit de Mot. propr. Pij V. non procedere in causa simplici, sed in causa adminiculata ex causa veteri Item non procedere nisi in principali, & non in alio offendente. Item non procedere in promissione facta ab impubere, & ibi concordantes allegat. Sed circumscripta d. Bulla noua causa per fideiussores non obstante statuto, vel Constitutione prohibente allegari nouam causam, poterit allegari. Card. Tusch. dicta conclus. 183. num. 37. vers. etiam restringit, Herculan. in tract. de caut. cap. 13. nu. 5. Bero. cons. 198. num. 15. lib. 3. quos refert, sequitur, & defendit late add. ad Magon. decis. Lucen. 100. in litera D, & eamdem opinionem tuentur Doctores adducti per Baiard. ad Iul. Clar. in d. quæst. 47. num. 55. vers. in materia d. motus propius.

Bene verum est, quod d. Bulla Pij V. non ligat Vassallos Sedis Apostolicæ mediatos & illos, quorum gubernium, & administrationem Ecclesia a se abdicauit. Vulpell. in responsl. 2. nu. 40. & respons. 3. nu. 21. & in simili decreto Ducis Ferrariæ Riminald. Iun. cons. 300. nu. 1. in fin. & nu. 5. & nu. 13. seq. lib. 3. contra Cephal. cons. 35. num. 33. seqq. tenet tale decretum non ligare subditos mediate subiectos, sed tantummodo comprahendat immediate subiectos, vt refert Farinac. in d. quæst. 107. nu. 516. quia dicitur dicta Bulla localis. Card. Tusch. d. conclus. 1162. nu. 39. in princ. Ac etiam dicta Bulla Pij 4. procedit in instrumentis pacis, seu cautionis, in quibus pœna applicata est Fisco, seu Cameræ apostolicæ, vt aperte legitur in illis verbis: Fiscum, & Cameram apostolicā quomodolibet concernentibus; secus erit si pœna applicaretur parti: vt consuluit Tob. Non. cons. 110. nu. 9. & refert, & sequitur Farinacc. in d. q. 107. n. 517. & idem erit si applicaretur alteri Fisco, vel Cameræ, quam Apostolicæ, quia tunc habebit locum ius commune, & non dispositio eiusdem Bullæ Pij 4. & late declarat add. ad Magon. in allegat. decis. 100. in litera B. circa finem.

12 Et in omnem casum Bullę præfatę, & similia statuta volentia non posse allegari nouam causam ad euitandam pœnam conuentionalem, & fractę pacis, tanquam correctoria iuris communis, & exorbitaria, & odiosa sunt restringenda quantum fieri potest, & non possunt extendi ad casus non expræssos, sed etiam per impropriеtatem verborum sunt restringēda, ac veniunt interpretanda secūdum dispositionem Iuris communis, vt late tuentur Herculan. in tract. de caut. cap. 51. n. 2. 3. 5. 19. & seqq. Bertazzol. cons. 151. num. 7. & 22. seqq. Eugen. cons. 82. num. 32. Riminal. Iun. cons. 300. nu. 17. lib. 3. qui respondet contrarijs, & reprobant Cephal. in cons. 35. n. 35. & Magon. decis. Lucen. 100. n. 25. prout refert Farinac. in d. q. 107. nu. 518.

Quæst. XLVII.

Pax an rumpatur ex leui offensione.

SVMMARIVM.

1 *Pax per leuem offensionem non rumpitur secundum vnam opinionem, & ponuntur plura exempla.*

2 *Quæ opinio procedit etiam si fuerit inita verbis amplis, vniuersalibus, & geminatis.*

3 *Contrariam opinionē tenent ibi Doct. vt ex modica etiam offensione rumpatur pax.*

4 *Conciliatio istarum opinionum.*

Pax

5 *Pax incita ex leuibus offensionibus rumpitur etiam per leuem offensionem.*

6 *Pax rumpitur per leuem offensionem, quando dolosè d. offensio fuerit illata, & ibi ponitur exemplum.*

7 *Pax an rupta dicatur ex leui offensione remittitur arbitrio Iudicis.*

IN ISTA quęstione animus
meus vere anceps existit:
an ex modica offensione
rũpatur pax, ob varietates
& contrarietates Doctorũ
circa eam laborantes; tamẽ spero quod
adhibitis aliquibus distinctionibus res
efficietur clara adeo, vt animus iudi-
cantis in eis acquiescere valeat. Et
1 prima opinio fuit quod pax†non rum-
patur per quamlibet offensionem mo-
dicam, cum modica offensio non ha-
beatur pro offensione, late Marsil. cõs.
80. nu. 11. cum plur. seqq. vbi loquitur
in percussione cum lapide super vesti-
bus sine Sanguinis effusione. Paris.
cons. 165. nu. 3. vol. 4. loquitur in vrta-
tione; & percussione cubitali, late Ni-
col. Moron. in tract. de Pace quęst. 173.
nu. 1. seqq. vbi in specie loquitur de
offensione facta cum pugno nisi tamen
pugnus fuisset datus super oculo, vel
ratione loci personę, dignitatis; quia
diceretur atrox iniuria. Nicol. Mor.
in d. quęst. 173. nu. 9. seqq. firmat Card.
Tusch. in dicta concl. 180. num. 33. &
idem Nic. Mor. in q. 174. num. 1. seqq.
loquitur de vulnusculo, latissime Her-
cul. vbi ponit plura exempla in tract. de
caut. cap. 27. per tot. cum leuis offensa
non dicatur offensa, & per rationes va-
lidissimas per eum plenissime dedu-
ctas, & pręcipue loquitur de pugno da
to manu vacua, & etiã pręcipue dicit
procedere sub n. 19. quãdo quis percu
teretur manu vacua in spatulis, in hu-
meris, in ventre, in brachijs, vel in simi
li parte corporis. Bertazzol. cons. 4.
per totum. vbi infinitos alios referen-
tes diuersos casus de leui offensione
adducit, & pręcipue sub nu. 7 cum plu-
rib. seqq. & cons. 147. num. 18. & cons.
248. nu. 5. Masca. de proba. concl. 1162
nu. 78. lib. 2. Vulpell. respons. 67. nu. 5.
vbi testatur hanc esse vulgarem omniũ
sententiam, & in iudicando ab ea rece-
di non posse, licet aliam opinionem in
tractatu de pace vti veriorem sustinue
rit in q. 48 Laderch. Imol. cons. 200. n.
1. vers. Quinimo, vbi de communi, latis-
sime Farinac. in tract. de var. & diuers.
crim. q. 107. art. 15. num. 210. cum plur.
seqq. vbi alios allegat, quos prius de-
duxit pręcipuę Bertazzol. in locis su-
pra adductis, & sub d. num. 210. refert
Doctores testantes de communi. Card.
Tusch. tom. 6. in verb. Pax conclus.
180. nu. 30. & 34. Mar. Antonin. Mace-
raten. variar. resolutio lib. 3. resolut.
31. n. 8. seq. vbi alios allegat, & loqui-
tur in offensione facta cum pugno.
2 Quæ opinio communis secundum
aliquos vera etiam reputatur quam-
uis pax inita fuerit cum verbis amplis,
vniuersalibus, & geminatis, quæ solent
apponi in similibus instrumentis pacis,
vt quomodocunq. & qualitercunq.
adhuc per leuem offensionem rupta
non dicatur, prout loquitur Marsil. d.
cons. 80. nu. 36. seqq. vbi respondet sub
nu. 46. contrarijs, quem sequitur Paris.
in d. cons. 165. nu. 8. & nu. 18. seqq. lib.
4. vbi loquitur de verbis directe, seu
indirecte, aut alio quoquomodo, latissi
me Bertazzol. d. cons. 4. n. 8. 11. & seqq.
vbi ponit contraria, & deinde ponit
authoritates, & rationes pro ista opi-
nione, & ad d. cõtraria respõdet, ac etiã
in eadem opinione fuit in cons. 147. n.
18. seqq. vbi testatur de communi, &
veriori opinione, confutando authori-
tates contrarias Mascard. in d. conclus.
1162. nu. 16. vbi post Doct. quos alle-
gat testatur de communi, & qui hanc
opinionem sequi vult adeat Bertazz.
in locis supra adductis, qui vere per
solidissimas rationes, & per Doct. in

Pun-

puncto hanc opinionem tenentes illam tuetur,& in d.conf.4.nu.15.firmat,inquiens;cum in terminis hanc quæstionem decidant.Bal.Soccin. Marsil.Parif.& Herculan.non sit curandum de opinibus Doct.qui in alijs terminis loquuntur,etiam si communis opinio ab eis in contrarium cõstitueretur,&præcipue respondet a d illam rationem, quæ per Doctores pro contraria parte adducitur, dispositionem generalẽ extendi ad quoscunq.casus,& eorum geminationem compræhendere eriã omnes casus, & ad illam dictionem(seu) vel illud verbum(quomodocunq.)vel aliud verbum simile,vt ralis interpretatio non procedat in pœnalibus, & odiosis, sed fiat stricta interpretatio potius verba impropriãdo,vt pœna pacis ruptæ euitetur. Crauett.cons.6.num. 736.Siluan.cons.74. num. 14.& quod non est verbum adeo vniuersale, & indistinctum,quod ex consideratione indebitarum circumstantiarum non debeat ciuiliter intelligi,& limirationem, & restrictionem recipere Oldr. cons.148.vers.ad aliam autem.Siluan. d.cons.56.num.23.late Rolan. cons.8. num. 33. vol.1.& restringi debeat ad proportionabiles modos. Crauett. cons.257.n.6.seq vt est late videre per Bertazzol.in allegar.cons.& præcipue in cons.5.n.16. seq. vbi ponit supradictas,& alias similes bonas, & considerabiles responsiones Card. Tusc.tom. 6.in verb.pax concl.182.nu.61. & late etiam Mascard.de probat.d. concl. 1162.nu.89.seqq.

3 Contrariam opinionẽ nonnulli alij Doct.sequuntur, vt ex modica offensione rumpatur pax, & præcipue Hier.Grat.cons.44.num.13 lib.2. vbi loquitur de solo impulsu;ea ratione 4 quia huiusmodi promissiones habent in se conditionem,si sequatur offensio: quo casu dicitur conditio adimpleta 5 etiam in minimo, ex authoritate Bal. & Oldr.in cons.73.nu.11.lib.2.dicit si ex leui offensione non rumperetur pax per eam deueniretur ad graues offensas,& ob id sequeretur magnum inconueniens. Vulpell.respons.51.per totum vbi respondet Bal. Marsil. contrarium tenentibus,& latius in tract.de promissio.q.101.per totam.vbi testatur ita pluries in practica obtinuisse, & eamdem opinionem tuetur in respons. 36. nu.12.& respons.92.nu.19. Farinacc. de var.& diuers.crim.q.107.art.15.nu. 216. vbi dicit hanc opinionem penes se esse veriorem.Car.Tusc.in d. concl. 182.num.65.vbi refert rationem supra adductam per Grat.in d.cons. 73.late Mascard.de probat.d.concl. 1162.nu. 79.seq. vbi respondet ad Marsil. in cons.80.vt ipse nimis audacter loquutus fuerit,& sine iuribus,& authoritatibus,& etiam ad Paris. de percussione cubitali,qui tãtummodo se fundat in authoritate Marsilij; quæ hodie penes Doctores,&rationum seruatores leuis est, & ad Grat.in d.consil. 73. vt loquatur de cautione, cui non ita facile contrauenitur,sicut paci: vt etiam animaduertit Hercul.in d.cap.16. nu. 14.& hanc eamdem opinionem tuetur Farinacc. in consil. 31. num. 1. & ad rationem Marsil. in dicto consil. 80. & Paris. consil. 165. fundatam super illis verbis generalibus, vel vniuersalibus,quomodocunq.& qualitercunq. vt, restringi debeant ad habilia, respondet Rimin.Iun.cons. 61. nu.18. seqq. vol.1. vt eorum opinio procedat in dispositione legali,vel statutaria,vt restrictio fieri debeat ad habilia, ne correctio legis vel statuti inducatur,secus vero in contractibus, qui non restringuntur ad habilia, sed operantur augumentum.

Pro conciliatione istarum opinionũ ita ad inuicem repugnantium Mascar. in eadem concl.1162.num.101.seqq. Primo declarat si pax † fuerit inita ex leuibus offensionibus, ob leuem etiam offensionem deinde sequutam rumpatur

5 *Pax inita ex leuibus offensionibus rumpitur etiam per leuem offensionem.*

6 *Pax rumpitur per leuem offensionem, quando dolose d. offensio fuerit illata, & ibi ponitur exemplum.*

7 *Pax an rupta dicatur ex leui offensione remittitur arbitrio Iudicis.*

IN ISTA quęstione animus meus vere anceps existit: an ex modica offensione rũpatur pax, ob varietates & contrarietates Doctorũ circa eam laborantes; tamẽ spero quod adhibitis aliquibus distinctionibus res efficietur clara adeo, vt animus iudicantis in eis acquiescere valeat. Et
1 prima opinio fuit quod pax non rumpatur per quamlibet offensionem modicam, cum modica offensio non habeatur pro offensione, late Marsil. cõs. 80. nu. 11. cum plur. seqq. vbi loquitur in percussione cum lapide super vestibus sine Sanguinis effusione. Paris. cons. 165. nu. 3. vol. 4. loquitur in vrratione; & percussione cubitali, late Nicol. Moron. in tract. de Pace quęst. 173. nu. 1. seqq. vbi in specie loquitur de offensione facta cum pugno nisi tamen pugnus fuisset datus super oculo, vel ratione loci personę, dignitatis; quia diceretur atrox iniuria. Nicol. Mor. in d. quęst. 173. nu. 9. seqq. firmat Card. Tusch. in dicta concl. 180. num. 33. & idem Nic. Mor. in q. 174. num. 1. seqq. loquitur de vulnusculo, latissime Hercul. vbi ponit plura exempla in tract. de caut. cap. 27. per tot. cum leuis offensa non dicatur offensa, & per rationes validissimas per eum plenissime deductas, & pręcipue loquitur de pugno dato manu vacua, & etiã pręcipue dicit procedere sub n. 19. quãdo quis percuteretur manu vacua in spatulis, in humeris, in ventre, in brachijs, vel in simili parte corporis. Bertazzol. cons. 4. per totum. vbi infinitos alios referentes diuersos casus de leui offensione adducit, & pręcipue sub nu. 7 cum plurib. seqq. & cons. 147. num. 18. & cons. 248. nu. 5. Masca. de proba. concl. 1162 nu. 78. lib. 2. Vulpell. respons. 67. nu. 5. vbi testatur hanc esse vulgarem omniũ sententiam, & in iudicando ab ea recedi non posse, licet aliam opinionem in tractatu de pace vti veriorem sustinuerit in q. 48 Laderch. Imol. cons. 200. n. 1. vers. Quinimo, vbi de communi, latissime Farinac. in tract. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 15. num. 210. cum plur. seqq. vbi alios allegat, quos prius deduxit pręcipuę Bertazzol. in locis supra adductis, & sub d. num. 210. refert Doctores testantes de communi. Card. Tusch. tom. 6. in verb. Pax conclus. 180. nu. 30. & 34. Mar. Antonin. Maceraten. variar. resolutio lib. 3. resolut. 31. n. 8. seq. vbi alios allegat, & loquitur in offensione facta cum pugno.
2 Quę opinio communis secundum aliquos vera etiam reputatur quamuis pax inita fuerit cum verbis amplis, vniuersalibus, & geminatis, quę solent apponi in similibus instrumentis pacis, vt quomodocunq. & qualitercunq. adhuc per leuem offensionem rupta non dicatur, prout loquitur Marsil. d. cons. 80. nu. 36. seqq. vbi respondet sub nu. 46. contrarijs, quem sequitur Paris. in d. cons. 165. nu. 8. & nu. 18. seqq. lib. 4. vbi loquitur de verbis directe, seu indirecte, aut alio quoquomodo, latissime Bertazzol. d. cons. 4. n. 8. 11. & seqq. vbi ponit contraria, & deinde ponit authoritates, & rationes pro ista opinione, & ad d. cõtraria respõdet, ac etiã in eadem opinione fuit in cons. 147. n. 18. seqq. vbi testatur de communi, & veriori opinione, confutando authoritates contrarias Mascard. in d. conclus. 1162. nu. 16. vbi post Doct. quos allegat testatur de communi, & qui hanc opinionem sequi vult adeat Bertazz. in locis supra adductis, qui vere per solidissimas rationes, & per Doct. in

Pun-

puncto hanc opinionem tenentes illam tuerur,& in d.conf.4.nu.15.firmat,inquiens;cum in terminis hanc quæstionem decidant.Bal.Soccin. Marsil.Paris.& Herculan.non sit curandum de opinibus Doct.qui in alijs terminis loquuntur,etiam si communis opinio ab eis in contrarium cōstitueretur,&præcipue respondet ad illam rationem, quæ per Doctores pro contraria parte adducitur, dispositionem generalē extendi ad quoscunq.casus,& eorum geminationem comprehendere etiā omnes casus, & ad illam dictionem(seu) vel illud verbum(quomodocunq.)vel aliud verbum simile,vt talis interpretatio non procedat in pœnalibus, & odiosis, sed fiat stricta interpretatio potius verba impropriādo,vt pœna pacis ruptæ euitetur. Crauett.conf. 6.num. 126.Siluan.conf.74. num. 14.& quod non est verbum adeo vniuersale, & indistinctum,quod ex consideratione indebitarum circumstantiarum non debeat ciuiliter intelligi,& limitationem, & restrictionem recipere Oldr. conf.148.vers.ad aliam autem.Siluan. d.conf.56.num.23.late Rolan. conf.8. num. 33. vol.1.& restringi debeat ad proportionabiles modos. Crauett. conf.257.n.6.seq vt est late videre per Bertazzol.in allegat.conf.& præcipue in conf.5.n.16. seq. vbi ponit supradictas,& alias similes bonas, & considerabiles responsiones Card. Tusc.tom. 6.in verb.pax concl.182.nu.61. & late etiam Mascard.de probat.d. concl. 1162.nu.89.seqq.

3 Contrariam opinionē nonnulli alij Doct.sequuntur, vt ex modica offensione rumpatur pax, & præcipue Hier.Grat.conf.44.num.13 lib.2. vbi loquitur de solo impulsu;ea ratione quia huiusmodi promissiones habent in se conditionem,si sequatur offensio: quo casu dicitur conditio adimpleta etiam in minimo, ex authoritate Bal. & Oldr.in conf.73.nu.11.lib.2.dicit si ex leui offensione non rumperetur pax; per eam deueniretur ad graues offensas,& ob id sequeretur magnum inconueniens. Vulpell.respons.51.per totum vbi respondet Bal. Marsil. contrarium tenentibus,& latius in tract.de promissio.q.101.per totam.vbi testatur ita pluries in practica obtinuisse, & eamdem opinionem tuetur in respons. 36. nu.12.& respons.92.nu.19. Farinacc. de var.& diuers.crim.q.107.art.15.nu. 216. vbi dicit hanc opinionem penes se esse veriorem.Car.Tusc.in d. concl. 182.num.65.vbi refert rationem supra adductam per Grat.in d.conf. 73.late Mascard.de probat.d.concl. 1162.nu. 79. seq. vbi respondet ad Marsil. in conf.80.vt ipse nimis audacter loquutus fuerit,& sine iuribus,& authoritatibus,& etiam ad Paris. de percussione cubitali,qui tātummodo se fundat in authoritate Marsilij; quæ hodie penes Doctores,&rationum seruatores leuis est,& ad Grat.in d.consil. 73. vt loquatur de cautione, cui non ita facile contrauenitur,sicut paci: vt etiam animaduertit Hercul.in d.cap.16. nu. 14.& hanc eamdem opinionem tuetur Farinacc. in consil. 31. num. 1. & ad rationem Marsil. in dicto consil. 80. & Paris. consil. 165. fundatam super illis verbis generalibus, vel vniuersalibus,quomodocunq.& qualitercunq.vt,restringi debeant ad habilia, respondet Rimin.Iun.conf. 61. nu.18. seqq.vol.1. vt eorum opinio procedat in dispositione legali,vel statutaria,vt restrictio fieri debeat ad habilia, ne correctio legis vel statuti inducatur,secus vero incontractibus, qui non restringuntur ad habilia, sed operantur augumentum.

4 Pro conciliatione istarum opinionū ita ad inuicem repugnantium Mascar. in eadem concl.1162.num.101.seqq.

5 Primo declarat si pax † fuerit inita ex leuibus offensionibus, ob leuem etiam offensionem deinde sequutam rumpatur

tur pax, cum illa videatur habere relationem ad offenſas præteritas, quæ leues fuerunt, ideo leuis offenſio ſuperueniens verificabit contrauentionem pacis, ea ratione, vt relatum debeat contineri in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, quam rationem allegat etiam Pariſ. in d. conſ. 156. nu. 20. vol. 4. Hinc dixit. Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 159. in princ. quod pax rumpitur ex eadem cauſa, ex qua præceſſerat qualis qualis fuerit, eamdem opinionem ſequitur Farinacc. d. quæſt. 107. nu. 22. & Card. Tuſch. in d. concl. 182. nu. 66. verſ. niſi pax, & clarius dixit in concl. præcedenti 181. nu. 5. poſt Bal. in conſ. 195. nu. 3. verſ. item, & 181. num. 5. vbi dicit quod ſi inimicitia fuit perſonalis, pax ſequuta cenſetur perſonalis; & ideo non rumpitur per offenſam realem; ſi vero fuerit perſonalis, & realis; tunc rumpitur per offenſam perſonalem, vel realem ſimilem offenſæ illatæ ante pacem, & non alias.

6 Secundo traditur alia declaratio, quæ penes me firmiſsima eſt. Aut leuis offenſio fuit illata malo animo, malaq. intentione, ac doloſe, aut ſine malo animo, & ſine dolo; In primo caſu omnino pax rupta dicatur, late Card. Tuſch. tom. 6. in verb. pax. concluſ. 180. num. 36. vbi ſubdit idem, ſi conſuetudo loci, vel qualitas perſonarum hoc requirat, vel ſi modica percuſsio eſſet in loco periculoſo ad deturpandum, prout pugnus ſuper oculo, parua cicatrix in facie, & quid ſimile, vbi allegat. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæſt. 172. & quæſt. 173. Secundo caſu minime rupta reputari poſsit, cum ad pœnam violatæ pacis incurrendam omnino dolus requiratur, vt dicam infra in quæſt. 78. & late etiam ponit in propoſito Farinac. in d. quæſt. 107. nu. 219. 220. 221. vbi declarat ita ſtatutum Vrb. lib. 2. cap. 27. eſſe intelligendum, cum vtatur illis verbis ſtudioſe, & iniurioſo animo; Quæ opinio, vt pax rupta dicatur, ſi offenſio leuis fuerit illata malo animo, & doloſe, magis procedit, quando ex ea poſſet ſequi maior offenſio; vt ſi quis vrtauit aliquem, ea intentione, vt proijceret eum in flumen; quia licet prima impulſio dicatur leuis offenſa, tamen eius intentio maioris offenſionis illam grauat ita, vt pax fracta dicatur, vt poſt Hercul. in tract. de caut. cap. 25. num. 10. declarat Maſcard. in d. concluſ. 1162. num. 83. Card. Tuſch. d. concluſ. 180. nu. 15. ea forſan ratione, vt illa prima offenſio, vel impulſio ordinata ad grauiorem offenſam, non dicatur leuis, ſed grauis offenſio, cum fuerit valde proxima maleficio; vt conſiderat reſpondendo Pariſ. d. conſil. 175. num. 18. volum. 5. Ludou. de Peguer. deciſ. 21. num. 6.

7 Tertio declaratur, vt reſideat in arbitrio Iudicis iudicare an illa offenſio, quæ dicitur leuis ſit ſufficiens ad fracturam pacis ex qualitate perſonarum, & offenſę; vt poſſemus ponere exemplũ in alapa, vel pugno datis perſonę nobili, vel ignobili, militi vel ruſtico, & an ex illa percuſsione offenſus paſſus ſit dolorem, liuorem, aut tumorem, aut ex impulſione potuiſſet pati aliam grauiorem offenſionem, nempe proiectionem in flumen, & alijs ſimilibus coniecturis, circumſtantijs, & qualitatibus, iuxta qualitatem facti, perſonarum, & loci, vel Regionis conſuetudinem; etiã ſi adeſſent in pacis inſtrumento, illa verba vniuerſalia, qualitercunq. quomodocunq. & quoquomodo, directe, vel indirecte, & alia ſimilia. Maſcard. dicta concluſ. 1162. num. 88. & num. 100. Vulpell. de promiſſion. num. 11. quæſtione 101. Hercula. de cautio. cap. 27. num. 22. Farinacc. d. q. 107. nu. 225. ſeqq. Card. Tuſch. d. concl. 182. nu. 66. Farinacc. conſ. 31. n. 1. vbi firmat quod ex percuſsione cum liuore, dolore, vel tumore rumpatur pax per authoritatem Hercul. in cap. 26. nu. 6. ſeq. & in

capit.

cap. 27. nu. 18. de caut. de non offend. quam opinionem magis procedere dicit quando pax, vel cautio esset simpliciter concepta de non offendēdo, nulla facta mentione de offensione in personam, vt ex leui offensa, vel percussione dicatur rupta pax, & cautio respectu principalis paciscentis.

Quæst. XLVIII.

An per iniuriam verbalem rumpatur pax.

SVMMARIVM.

1 *Pax rupta dicitur per iniuriam verbalem, si in instrumento fuerit simpliciter promissum non offendere.*

2 *Dummodo ista iniuria verbalis non proueniat ex noua causa, quia tunc pax non frangitur.*

3 *Iniuria verbalis inducit nouam causam, ita vt offendens non rumpat pacem, quamuis pax sit concepta de non offendendo in personam.*

4 *Iniuria verbalis frangit pacem, etiam si fuerit tantum promissum personaliter non offendere.*

5 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi.*

6 *Conciliantur istæ contrariæ opiniones.*

7 *Pax non frangitur verbis iniuriosis secundum statutum Almæ vrbis.*

RESOLVTIO præsentis quæstionis an per iniuriam verbalem pax rupta dicatur dependet a verbis instrumentis eiusdem pacis, vt tradit Laderch. Imol. consil. 200. nu. 1. vers. In qua re: Quia si fuerit simpliciter promissum non offendere,
1 & tunc pax, & cautio per eam rupta dicatur Cephal. cons. 190. num. 1. seq. & num. 11. lib. 2. Vulpell. in tract. de promiss. q. 71. nu. 4. vers. itaq. Bertazz. cons. 176. nu. 5. lib. 1. vbi Claud. in addit. litera B, Bero. cons. 203. nu. 22. seq. Farinacc. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 34. nu. 187. vbi dicit quod ab ista opinione non dissentit. Brunor. a sol. in compen d. Iun. vers. pax non dicitur rumpi fol. 150. in colum. 4. vbi testatur de communi, & post Vulpell. respons. 82. nu. 6. Honded. cons. 103. nu. 15. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 1131. nu. 4. lib. 4. qui firmat, cautionem de non offendendo per verbalem iniuriam non inducere contrauentionē, nisi expresse dictum fuerit. Farinacc. cons. 31. nu. 1. in fin. vbi loquitur etiam in cautione de non offendendo.

2 Dummodo ista iniuria verbalis non proueniat ex noua causa, quia tunc per regulam generalem firmatam in q. 43. non rumperetur pax, vt in terminis sentit Brunor. a sol. in loco proxime citato, & sequitur Farinacc. in d. quæst. 107. nu. 187. in fin. Ac etiam procederet quando verba iniuriosa essent grauia, & pœnam mererentur, quæ honori labem inferant, vt declarat Vulpell. in tract. de promiss. q. 91. n. 4. in fi. vbi subdit quod hoc residebit in arbitrio Iudicis, attenta personarum qualitate, si fuerint prolata aduersus viles homines, vel aduersus nobiles, milites, & honoris professores, quibus honor vita sit charior, & si proferantur ab ignaro, rudi, & verborum vim ignorante, cum iuxta proferentis qualitatem interprætentur l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad Trebell. & iuxta qualitatem personæ, ad quam diriguntur l. plenum §. equitis de vsu, & habit; & vulgo dici solet ex personis dicta ponderantur, quem sequitur late Claud. Bertazzol. ad cons. patris. 249. in litera B. lib. 1. vbi tuetur quod verba omnino debent esse punibilia, vel a lege, vel a Iudice, vel ab homine ex sententia Bero. cons. 202. nu. 8. lib. 3. vbi respondet Bar. in l. 1. ff. de his quib. vt indign.

vbi

vbi sentit offensam posse fieri etiam, quod ex ea quis pœnam non mereatur.
3 Et iniuria† verbalis inducit etiam nouam causam vt offendens non rumpat pacem, quamuis pax sit concepta de non offendendo facto, & in personam, vt post Roman. consil. 183. col. 2. vers. cæterum nec dicat, vbi addentes in verb. prouocor, Cardinal. Tuschus. tom. 6. in verb. pax. concl. 182. nu. 22.

Nec obst. quod Guliel. de Cun. in l. denunciamus nu. 39. seq. C. de his, qui ad Eccles. confugiunt, & Iodoch. in pract. crim. cap. 107. citati per Vulpell. in d. q. 91. nu. 1. & relati post eum per Farinacc. in d. q. 107. n. 188. vbi etiam adducit Melchior. de Facin. cons. 78. nu. 34. Crim. diuers. tom. 1. per iura per eum allegata, teneant contrarium; quia omnes loquuntur in securitate, vel pace publica, non autem in priuata, & post eumdem Melchior. Facin. declarat Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 59.

4 Si vero fuerit promissum non offendere personam, seu personaliter, adhuc nonnulli Doctores tenent pacem rumpi ex iniuria verbali. Bero. cons. 202. nu. 22. seq. lib. 3. Cephal. cons. 190. nu. 4. & 10. lib. 2. Honded. consil. 103. nu. 15. lib. 1. Quia licet offensio non tangat personam, nihilominus dicatur offensio personalis, seu personæ. Be. o. d. cons. 202. num. 22. Vulpell. de promiss. quæst. 61. nu. 2. seqq. Cephal. in d. cons. 190. lib. 2. & in consil. 549. num. 109. & 134. seq. Honded. d. cons. 103. num. 14. seqq.

5 Quamuis contrarium tenere videatur Vulpell. in d. q. 91. num. 7. vers. aut personaliter n. 10. quē sequitur Claud. Bertazz. in addit. ad patrem cons. 248. in litera B, in princ. lib. 1. & late tuetur Laderch. Imolen. in cons. 200. nu. 1. ponens exemplum, vt si quis rem rapiat, vel vxorem stupret eius, quem promisit non offendere, adhuc pax rupta non dicatur ex authoritate Rom. & Alex. in locis per eum relatis, & post Mandos. ad Roman. cons. 83. testatur de communi, quia tactus corporis omnino requiritur.

6 Quorum opiniones contrariæ conciliantur per Vulpell. in d. q. 91. nu. 9. & 18. vt si pęnę exactio fieri debeat ab eodem, qui iniuriam intulit, & tunc per verbalem iniuriam censeatur contrauentum promissioni generali, seu simpliciter præstitæ, vel etiam de non offendendo personam seu personaliter non offendere promisit, secus autem si agatur de exactione pœnæ, non ab ipso offendente, sed ipso offendente, qui pro alijs promisit, & tunc non teneatur ad pœnam pro simplici verbali iniuria, cum tractetur de odio irrationabili, vt vnus teneatur pro delicto alterius: ideo restringēda est obligatio, vt per dictam promissionem non censeatur rupta pax, vel promissio; quā distinctionem sequitur etiam Farinac. in d. q. 107. nu. 161. & in simili dixit Sim. de Pret. cons. 188. num. 9. seqq.

Si vero fuerit promissum non offendere in personam, tunc omnes conueniunt quod nisi per offensam corpus tangatur, nunquam per verbalem iniuriam censetur promissioni contrauentum, cum illa dictio, in, denotet intrinsicitatem, & requirit tactum personalem. Bero. d. cons. 202. sub nu. 22. seq. Bertazzol. cons. 147. num. 27. lib. 1. Vulpell. d. q. 92. nu. 10. & 17. Farinacc. d. q. 107. nu. 192. Honded. cons. 103. n. 15. 17. lib. 1. Laderch. Imolen. consil. 200. num. 1. vers. in qua re, vbi subdit quod nō tamen sufficeret quęlibet iniuria, vel percussio, & ibi testatur de communi, latissime Petr. Caball. quæst. crim. cas. 152. per totum. Prout etiam si fuerit promissum non offendere facto tantum. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæst. 38. num. 4. nec dissentit Herculan. de caut. capit. 24. num. 11. in fine, latissime Petr. Caball. d. cas. 152. per totū, vbi loquitur quādo

do quis promisit facto tantum, & in personam. Ac etiam si fuerit promissum non offendere in ære, seu in bonis. Cephal. in consl. 190. in discursu lib. 2. Farinacc. in d. quęst. 107. num. 193. seq. & ita cum istis distinctionibus debent intelligi Doctores, qui simpliciter tenent quod sola iniuria verbali, pax, vel promissio de non offendendo rupta dicatur, prout simpliciter tenere videtur Farinac. in consl. 31. n. 1. in fin. vers. & quod plus est.

7 Sed hic in Vrbe Romana per statutum Vrbis lib. 2. c. 27. expresse sancitū fuit ex verbis iniuriosis, vel contumeliosis non frangi pacem, nec cautionem de non offendendo, sed tantummodo posse agi ciuiliter, & criminaliter ad æstimationem iniuriarum, & ad pœnā, de qua in dicto statuto.

Quæst. XLIX.

An per minas pax rupta dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Pax rumpitur per solas minas de offendendo.*
2 *Cōtrariam opinionem tenent Doct. ibi.*
3 *Conciliaitio istarum opinionum.*
4 *Minæ nunquam inducunt fractionem pacis nisi minans posuerit se in actu offendendi.*
5 *Deambulatio cum hominibus armatis non inducit iustum timorem ad fractionem pacis; maxime ex qualitate loci, si deambulauerint ante propriam eorum domum.*

1 QVOD per solas minas pax rupta dicatur etiam si effectus minarum sequutus non fuerit voluit Angel. in l. si cū exceptione §. fatis n. 2. ff. q met. cauf. Mais. in l. is qui cum telo nu. 8. C. de Sicar. & in singul. 337. in prin. n. 50. ff. de q. Iac. Nou. in tract. de pace c. fin. n. 68. Paris. consl. 165. n. 3. & 22. lib. 4. Hercul. de caut. c. 26. nu. 14 vbi dicit bene procedere in pace, sed non in cautione, vbi requiritur maior offensa Moro. in tract. de treug. & pac. quęst. 172. nu. 13. vbi testatur ita iudicasse in Ciuitate Firmana, quia in plerisq. casibus punitur affectus, licet non sequatur effectus Tob. Non. consl. 111. nu. 18. Bertazzol. consl. 247. nu. 1. & 2. Farinac. consl. 31. n. 1. vers. verum etiam & consl. 36. nu. 6. & 9.

2 Contrariam opinionem tenet Melchior. Facin. consl. 78. nu. 34. cum plur. seqq. tom. 1. crim. diuers. vbi late tuetur promissionem de non offendendo non rumpi per eū, qui prouocauit aliū ad pugnam, & ibi respondet contrarijs, quem sequitur Laderch. Imol. in d. consl. 200. nu. 1. in fin. & adducit etiam Barbat. in consl. 11. col. penult. lib. 4. qui noluit eū teneri vti violatorē promissionis, qui inclinata hasta dixit, *vuoi tu nulla*? nisi aliquo ictu inimicum terruerit, & sub num. 2. versic. 3. in terminis adducit Bero. in consil. 202. vol. 3. qui multis rationibus defendit eum, qui data pecunia mandauit interfici aliquem, cum quo pax inita erat, vt pax per tale mandatum non dicatur rupta, & Farinacc. in d. q. 107. n. 263. seq. adducit etiam Vulpell. respons. 67. n. 3. & num 5. in fine.

3 Ego autem in ista Doctorum contrarietate arbitror opinionem affirmatiuam quod ex minis rumpatur pax esse per Doctores magis receptam, cum omnes Doctores adducti pro ista parte in specie loquantur de casu pacis, vt est in locis per eos allegatis videre: & Doctores adducti pro parte negatiua, non in pace; sed in cautione loquantur, prout ita loquitur Melchior. Facin. Barbat. & Laderc. Imolen. & sine dubio facilius rumpatur pax, quam cautio, vt per Hercul. in

d.cap.26.nu.14.Vulpell. in tract.de promissión.q.102.Card.Tusch.tom.6. in verb.Pax concl.180.nu. 27. & Vulpell. ac etiam Bero. non loquuntur in minis, sed vnus loquitur in disfida, ac prouocatione ad dimicandum,& alter loquitur in mandato ad occidendum dato absente occidendo;& ob id in primo casu non poterit considerari effectus minarum, qui est terror, & in secundo casu Doctores concludant non rumpi pacem per tractatum de occidendo,vt dixi in q.51.& in eisdem terminis Barbat.loquitur,etiam Vulpell. in d.respons.67.sub nu.5.in fin.Sed bene credo quod si minæ fuerint graues nempe ad occidendum vulnerandum, vel percutiendum, seu ad aliquam aliam grauem iniuriã inferendã, quæ potuissent concitare, eum, contra quẽ fuerint prolatæ, vt pax rupta dicatur, secus si fuerint minæ nugatoriæ, & leues,per quas non possit terror vel metus induci,&minæ fuerint prolatæ per principales paciscentes,&non per comprehensos in pace,vt late deduxi alias suo loco.

Sed scias quod ex minis nunquam minatus potest allegare iustum timorem,nisi minans posuerit se in actu offendendi aduersarium,vt post Duenn. reg. 142. in 4. ampliat. Petr. a Plach. Epithom.Delict.lib.1.cap. 28.sub nu. 18.Late Farinacc.in d.q.107.nu. 197. seq.& cons.36.nu.11.

Nec deambulatio de hominibus armatis inducit iustum timorem ad fractionem pacis,maxime ex qualitate loci si deambulassent ante propriam domum ipsorum deambulãtium, licet propinquam domui aduersarij. Mars. in cons.21.nu.29.seqq.& nu.36.seqq. Farinacc.d.cons.36.nu.10.

Quæst. L.

An per insultum pax rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Insultus cum armorum euaginatione etiam offensione non sequuta inducit fractionem pacis:secus autem in cautione de non offendendo.*

2 *Maxime stante stipulatione de non offendendo,& iniuriam inferendo.*

3 *Insultus factus a comprahensis in pace non inducit pacis fractionem, secus si a principali paciscente.*

4 *Insultus non frangit pacem quando promissio de non offendendo in personam.*

5 *Insultus factus ad domum illius, cum quo erat pax animo offendendi, inducit fractionem pacis.*

6 *Statutum Vrbis inducit fractionem pacis per insultum factum ad domum animo iniuriandi.*

7 *Declara dummodo domus fuerit illius, cum quo pax inita erat.*

8 *Author tenet contrarium etiam si domus non fuerit iniuriati.*

9 *Insultus factus cum admenatione rumpit pacem,quamuis vulnus non sequatur.*

10 *Statutum Vrbis per solam gladij euaginationem inducit fractionem pacis.*

11 *Insultus factus cum proiectione lapidis, vel teli rumpit pacem,etiamsi insultatus non remanserit vulneratus, & corpus illius non fuerit tactum.*

12 *Si promissio fuerit simpliciter concepta de non offendendo rumpitur pax,secus si de non offendendo in personam.*

13 *Percussio facta cum lapide sine sanguinis effusione non rumpit pacem, neq. cautionem.*

14 *Archibusium explosum aduersus aliquem*

quem ſine alia offenſione rumpit pacem.

15 *Archibuſii ſola directio rumpit pacem.*

16 *Dummodo tamen promiſsio fuerit ſimpliciter concepta de non offendendo, ſecus ſi de non offendendo in perſonam; quia tunc pax non frangitur.*

17 *Et iſto caſu etiam ſi equus fuerit vulneratus, & non equitans, pax non rumpitur.*

18 *Diſtingue, & declara, vt ibi.*

19 *Proiectio lapidis, vel alterius inſtrumenti ad effectum, vt ſequatur maior offenſio, inducit fractionem pacis.*

20 *Ablatio rei e manibus alicuius, cum quo erat pax, inducit fractionem pacis.*

21 *Quæ concluſio maxime procedit quando promiſſio eſſet ſimpliciter concepta de non offendendo.*

22 *Item maxime procedit quando eſſet concepta per verba pregnantia de non offendendo directe, vel indirecte, vel alio quoquo modo.*

23 *Contrariam opinionem, vt per ſolam rei ablationem ex manibus non inducatur ruptura pacis tenent ibi Doct.*

24 *Concilia iſtas opiniones contrarias, vt per Doct. ibi.*

25 *Pax rumpitur per conſputationes in faciem quando fuit concepta pax de non offendendo ſimpliciter; ſecus ſi de non offendendo in perſonam.*

26 *Inſultus factus ſuper veſtibus, ſine illarum percuſſione non inducit fractionem pacis.*

27 *Inſulutus factus cum percuſsione veſtium ſunt opiniones hinc inde an inducat fractionem pacis.*

28 *Conciliantur iſtæ opiniones contrariæ, vt ibi.*

29 *Metus illatus contra illum, cum quo erat pax, inducit fractionem pacis.*

30 *Declara quando iſte metus fuit deductus ad aliquem actum exteriorem, per quem aduerſarius potuerit habere iuſtum timorem, ſecus ſine aliquo actu exteriori.*

31 *Affectus ſine aliquo actu exteriori ad delictum ordinato non inducit fractionem pacis.*

32 *Item ſi fuerit promiſſum non offendere in perſonam, per metum non inducitur fractura pacis.*

1 PRO vera declaratione
præſentis quæſtionis plures caſus cōſiderādi ſunt,
& Primus erit ſi inſultus
fuerit factus cū euaginatione armorū, vt tunc etiam offenſione
non ſequuta pax rupta dicatur; licet
aliter iudicandum ſit in cautione de
non offendendo, vt teſtatur poſt Patiſ.
in conſ. 165. n. 22. vol. 4. & Grat. conſ.
73. nu. 5. vol. 2. Vulpell. in tract. de promiſſ. q. 102. n. 1. & 2. latiſsime addentes
ad Farinacc. in conſ. 36. in litera B, vbi
alios allegant, & Grat. conſ. 3. vol. 2. vt
ex ſola inuaſione, & inſultu proximo
maleficio pax rupta dicatur Ludou.
2 a Peguer. deciſ. 21. & † maxime
ſtante ſtipulatione de non offendendo,
& iniuriam inferendo. Baiard. ad Iul.
Clar. quæſt. 47. num. 45. in fine Card.
Tuſch. tom. 6. in verb. pax concl. 182.
nu. 63. Quæ deciſio eſt tamen temperanda cum diſtinctione ſupra poſita in
quęſtione 48. in materia iniuriæ verbalis, vt ſi agatur de inſultu ſine per-
3 cuſsione† facto a principali, tunc pęna
pacis ruptę, & cautionis exigatur, ſecus ſi ab alio, qui non offendit, ſed pro
alijs ſe obligauit, prout in ſpecie etiam
declarat Sim. de Pret. in conſil. 188.
num. 9. ſeqq. & Farinacc. in d. quęſt.
107. num. 160. Bene verum eſt quod ſi
in promiſsione fuerit dictum non offendere in perſonam, tunc ſine dubio per
ſimplicē inſultum ſine tactu corporis,
vel offenſione ſequuta non erit contrauētū promiſsioni de nō offendēdo,

vt declarat Vulpell. respons. 82. nu. 9. per dictionem, in, quę importat tactum personę, vt in casu. Dec. cons. 406. idem Vulpell. respons. 36. num. 14. late Honded. cons. 103. nu. 13. seqq. lib. 1. Card. Tuschus tom. 6. in verb. pax conclus. 180. nu. 10. late Petr. Caball. cas. 152. num. 13. seqq. Simon. de Prèt. consil. 188. sub num. 11. Farinacc. dicta quæst. 107. num. 162. vbi alios allegat, & subdit quod isto casu credit non procedere statutum Vrbis in lib. 2. cap. 27. quo disponitur, vt per solam violentam, & iniuriosam aggressionem, ac per solam fugationem cum armis, vel sine armis, tam pax, quam cautio de non offendendo rupta dicatur; quia tale statutum debet recipere interpraetationem a iure communi.

5 Secundus casus est in insultu facto ad domum illius, cum quo erat pax, & si fiat talis insultus ad domum animo offendendi, pax per eum rupta dicatur. Marsil. consil. 83. per totum, qui loquitur quando vltra insultum, insultans

6 ingressus fuit†domum cum fractura parietis Nicol. Moron. in tract. de treug. pac. quęst. 46. nu. 25. Ludou. a Peguer. decis. 21. vbi testatur ita apud eum fuisse decisum, & hic in Vrbe est expresse sancitum per statutum Vrbis in d. lib. 2. cap. 27. vt rumpatur pax per quamcunq. violentam inuasionē ad domum animo iniuriandi factam: sed

7 Vulpell. respons. 67. num. 2. declarat procedere quando domus spectat ad insultatum, aut ratione dominij, aut ratione habitationis; quo casu dixit procedere leges municipales grauiori pæna punientes insultum ad domum factum; secus si domus illa nullo iure ad insultatum spectaret: quia tunc non potest dici insultus ad eius domū factus, quam declarationem sequitur Farinacc. in d. q. 107. n. 164. quę decla-

8 ratio Vulpell. & Farinacc. nullo modo mihi placet; quia ius commune, vel ius municipale puniens insultum ad domū in fractura pacis non considerant parietes eiusdem domus, sed existentiam in domo eiusdem insultati: & ideo credo siue domus fuerit insultati, siue alterius, semper esse locum dictæ pænæ propter iniuriam illatam insultato in illa domo; & sic domus dicatur in proposito, nō ratione alicuius tituli, sed ratione existētiæ eiusdē insultati, & terroris incussis per ea, quę tradit Laderc. Imol. cōs. 200. n. 1. sub ver. & tāto magis.

9 Tertius casus est in insultu facto cum admenatione, in quo pariter pax rūpitur, & cautio de nō offendendo, quamuis nemo vulneratus extiterit. Vulpell. respons. 51. per totum, respons. 82. num. 12. respons. 88. num. 6. seq. vbi testatur quod ita millies in statu Vrbini fuit iudicatum, & in tract. de pace quæst. 9. nu. 4. & q. 101. nu. 7. vbi etiam testatur ita pluties de facto respondisse, & obtinuisse: & in cautione de non offendendo Hercul. in tract. de caut. c. 25. nu. 10. vbi loquitur in admenatione cum armis, baculo, fustibus, ictu guanti, lapidis, vel ligni, late Farinacc. in cons. 36. nu. 6. seqq. vbi loquitur in simplici directione archibusij, & ibi latius addentes in litera B, vbi loquuntur post alios, quos allegant de minantibus, & gestantibus vibrare lapides, baculum, cultrū, aut similia arma, & idem de habentibus in manibus cultellam, vel baculum, & cum eo minantibus. Petr. a Plach. epithom. delict. cap. 6. lib. 1. num. 1. 2. Ant. Gomez. de delict. cap. 5. n. 3. vers. & adde quod licet. Baiard. ad Iul. Clar. §. iniuria nu. 1. 2. Thesaur. decis. 229. num. 3. vbi dicit quod ex sola manus eleuatione inferatur iniuria.

10 Et in Vrbe in d. lib. 2. cap. 27. adest statutum quod pax, seu fideiussio dicatur rupta, non solum per admenationē cum quocunq. genere armorum; sed etiā per solam euaginationē gladij, licet persona non tangatur, nisi tamen promissum fuerit non offendere

in

in personam, nisi corpus Lædatur, & ex sola admenatione cum armis non rumpatur neq. cautio, neq. pax. Hercul. in tract. de caut. d. cap. 25. num. 10. & faciunt ea, quæ posui supra in hac eadem quæstione Farinacc. in d. quæst. 107. nu. 164. vbi etiam ponit quid si fuerit promissum simpliciter non offendere, vel personaliter.

11 Quartus casus est in insultu cum proiectione lapidis, vel telli, in quo etiam pax rumpitur, licet vulneratus ille non remanserit, & eius corpus tactum non fuerit. Com. conf. 51. num. 6. lib. 1. Vulpell. in tract. de promiss. q.
12 90. nu. 7. vers. Sed insultum † cum armis. Dummodo tamen promissio fuerit facta simpliciter, vel personaliter, quia non sequuta offensione per solam iaculationem non dicitur rupta pax, vel cautio. Hercul. de caut. cap. 25. n. 10. Vulpell. d. quæst. 91. nu. 7. 8. vbi de communi, & respons. 49. & 51. per totum, & 67. num. 5. vbi de communi, & respons. 82. in princ. vbi refert quod ita tres alij insignes Doct. consuluerunt. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl.
13 180. nu. 10. 11. 12. Imo ex percussione† facta cum lapide sine sanguinis effusione, cum talis percussio modicam inferat offensionem pax, & cautio de nõ offendendo non dicitur rupta, vt consuluit Marsil. conf. 80. nu. 31. & seqq. cum quo transit communis opinio, & in iudicando, & consulendo non esse ab ista opinione communi recedendum testatur Herculan. de caut. de non offenden do cap. 26. num. 11. & cap. 27. sub nu. 18. & num. fin. vbi loquitur quando lapides fuerunt reparati cum cappis, & eamdem opinionem sequitur Farinac. d. quæst. 107. num. 169. & num. 214. pro cuius veritate vide ea, quæ dixi supra in materia de modica offensione in quæst. 47.

14 Si vero fuerit archibusium explosum aduersus aliquem, cum quo erat pax, licet nemo ex ipsa exoneratione sclopi fuerit vulneratus tamen pax, vel, cautio de non offendendo dicitur rupta. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace q. 172. num. 13. vbi testatur ita iudicasse in Ciuitate Firmana. Vulpell. respon. 82. per totum, & respons. 88. nu. 5. & seqq. & in tract. de pace q. 91. num. 7. in fine, & nu. 16. & q. 101. nu. 10. Farinacc. conf. 36. nu. 9.
15 Imo ex sola directione archibusij rumpitur pax. Farinacc. conf. 36. nu. 6. & seqq. & dixi supra in hac eadem q. in 9. casu, & si fuerit appositus canis super fucone.
16 Dummodo tamen promissio fuerit simpliciter concepta, secus si fuerit dictum non offendere in personam: quia ex sola archibusij exoneratione, nisi ipsa persona tangatur, non rumpitur pax. Vulpell. in d. conf. 82. & in q. 91. & q. 101. Hier. Gabr. conf. 171. n. lib. 1. vbi late Card. Tusch. tom. 6. conclus. 180. nu. 1. in verb. pax, & num. 12. latissime Petr. Caball. in quæst. Crim. cas. 152. per totum, quam declarationem propositis, & reprobatis contrarijs late tuetur Honded. conf. 103. nu. 13. & seqq. lib. 1. vbi etiam ponit casum quando ex sclopi exoneratione fuit vulneratus
17 equus, & equitans, & idem † dicit esse quando fuit promissum non offendere facto tantum, & in personam, secus si non fuerit dictum in personam; quia tunc non solum ex sclopi exoneratione, sed etiam ex sola rotę exoneratione pax dicitur rupta. Vulpell. in d. quæst. 101. num. 9. vbi testatur quod ita alias Pisauri obtinuit Claud. Bertazzol. in addit. ad patrem in conf. 177. in litera B, in ista materia ponit tres casus, primus est in offensione sclopi, vt ex ea non dicatur rupta pax, secundus casus directionis cum exoneratione rotæ, & in isto censeatur fracta pax, tertius est simplicis directionis archibusij, & tunc ex ea non dicitur rupra pax, etiam si fuerit promisum simpliciter non molestare; quia dirigendo, & vlterius non

progrediendo censetur noluisse molestare, & quia etiam ex graui suspicione, nisi ad actum sit deducta non rumpitur pax per doctrinam Bald. consil. 195. laudare vos nu. 6. lib. 2. Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 44. Viui decis. 36 nu. 13. Farinacc. in d. q. 107. nu. 174 seqq. & in cons. 36. nu. 6. seqq. loquitur in directione archibusij cum demissione canis, & plus dicit quod isto casu debet etiam in Vrbe verificari dispositio statuti Vrb. cap. 7. lib. 2. per quod disponitur, vt sola armorum euaginatio sufficiat, & multo magis sufficere debeat directio archibusij cum demissione canis.

19 Si vero admenatio, vel iaculatio lapidis, vel alterius instrumenti facta, vt grauior offensa sequeretur: quia per vrtationem, admenationem, vel proiectionem quis in flumen proijceretur, vel ad lapidem collideretur; vel retineretur in flumen, vt periret, vel ei daretur potio veneni, vt occideretur, tunc pax diceretur rupta, Herculan. de caut. cap. 25. nu. 10. in fin.

20 Quintus casus erit in violentia facta alicui per ablationem rei ex manibus illius, vt pax rupta dicatur. Bar. in l. licitatio §. quod illicite vers. si aliquid arripuerit de manibus ff. de publican. Claud. Bertazz. in addit. ad patrem in cons. 147. in litera B, circa medium, vbi testatur quod eius pater Romandiolæ Magistratum gerens condemnauit quemdam Francum ad pœnam pacis ruptæ quia eripuerat Cytharam violenter e manibus cuiusdam compræhensi in pace, vbi subdit præsertim procedere quando vltra violen-

21 tiam pax†esset simpliciter concepta de non offendendo, cum eo casu pœna committatur quando aliquid fit pro

22 quo pœna†venit imponenda. Idem si promissio fuerit concepta per verba prægnantia directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, palã, vel alio quocunq. modo, & forma, vel quæsito colore, quę augent promissionẽ, & importãt omnes modos excogitabiles; licet contrariam

23 opinionem†teneat Hercul. in tract. de caution. cap. 35. nu. 1. seqq. ea ratione motus; quia in huiusmodi pænalibus stipulationibus venit proprie illa offensio, quæ infertur in personam, & per simplicem ablationem rei ex manibus non inferatur offensa in personam, cum ex ea, neq. dolorem, neque tumorem neq. liuorem corpus sentiat, vt refert Farinacc. in d. quæst. 107. num. 172. seq. vbi subdit posse istas opiniones contrarias conciliari, vt prima opinio procedat si agatur contra eum, qui non deliquit, & qui promisit non offendere. Secunda autem si agatur contra eum, qui non deliquit, & tenetur pro alijs, pro quibus promisit. Et si

25 fuerit promissum non offendere in † personam, vt post Hercul. in tract. de caut. de non offenden. capit. 25. num. 10. firmat Farinacc. in d. quęst. 107. nu. 170.

86 Sextus casus est in insultu super vestibus facto, qui solet contingere aliquando cum percussione, & aliquando sine percussione, vt si quis alium per pallium, vel mantellum trahat, & in isto casu, quando quis trahit aliquẽ per mantellum sine percussione pax rupta non dicitur, vt firmat Nic. Mor. in tract. de treug. & pace q. 173. nu. 4. & 7. vbi subdit quia scissio vestium non est offensio, quæ personæ noceat, nec per tactum vestis committatur vapulatio, & iniuria cap. nuper de sent. excomm. vbi Anch. Guid. Pap. q. 138. Bal. in l. si quis per calumniam C. de Episc. & Cleric. Bertazzol. cons. 47. nu. 28. lib. 1. vbi concludit post alios, quos allegat; quia non potest dici iniuria, vel offensa facta in personam, Aret. in tract. maleficiorum in verb. per paucos August. in addit. dicit hanc opinionem esse veriorem. Claud. Bertazzol. in addit. d. conf. 146. in litera B, circa princip. dicit hanc opinionem esse in pra-

ctica obseruandam, cum illam teneat Bart. in l. licitatio §. quod illicite nu. 3. ff. de publ. & vectigal. licet idẽ Claud. Bertazz. in eadem addit. videatur tenere quod capiens aliquem per pannos censeatur cepisse in personam, & offensio dicatur personalis ex Bal. & Aret. opin. cum qua concordat hic in Vrbe statutum lib. 2. cap. 27. per quod disponitur quod pax, & cautio rupta dicatur, si pallium alterius quis iniuriose appræhenderit, vel equitantem per frenum ceperit. Baiard. ad Iul. Clar. §. iniuria n. 1; 2. vbi allegat Vulpell. in tract. de pace quæst. 92. Adden. ad. Farinac. consi. 36. in litera B, in fine.

27 Quando vero insultus super vestibus fit cum percussione etiam sunt opiniones hinc inde, si per d. percussionẽ pax, vel cautio rupta dicatur, vt late pro vtraque parte allegat Doct. Farin. in d. q. 107. nu. 178. seqq. ad quem lectorem remitto, & pro conciliatione istarum opinionum adducitur Bar. in l. licitatio §. quod illicite nu. 5. seq. ff. de public. & vectig. vbi dicit quod si agatur de exactione pænæ ab ipso offendente propter offensionem ab ipso

28 met factam, & tunc per ablationem alicuius rei de manibus alterius, vel per scissionem vestium dicatur facta offensa in personam; sed si agatur de exactione pænæ a non offendente, quia puta promisit pro alijs de sua domo, & quia tractatur de odio irrationabili, vt vnus teneatur pro delicto alterius, & tunc non dicatur offensa in personam, & successiue pax rupta non reputetur, quam opinionem amplectitur Vulpell. in tract. de promiss. quæst. 91. num. 1. in fin. num. 9. & 18. & latissime Honded. in consil. 103. num. 28. seqq. lib. 1. ad quod consil. in proposito semper recurrendum est, quia suo solito more articulum bonis rationibus, & Doctor authoritatibus comprobat, & cum hac distinctionem pertransit etiam Farinacci. in dicta quæstione. 107. num. 183.

29 Septimus casus est in metu illato contra eũ, cũ quo aderat pax per quẽ pax & cautio rupta dicitur. Ang. in l. si cũ exceptione §. satis etiam nu. 2. ff. quod met. caus. quem sequuntur Mars. sing. 337. nu. 5. & in Pract. crim. §. diligenter nu. 90. Paris. cons. 165. nu. 3. lib. 4. Nic. Mor. in q. 172. nu. 13. vers. & infert solo metu. Tob. Non. cons. 111. nu. 18. Lud. a Peguer. decis. 21. nu. 3. in princ. Farinacc. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 14. n. 196. Viui. decis. 368. n. 13. Farin. cons. 31. n. 1. vers. verum etiam, & cons. 36. nu. 5. vers. vbi dixit, & nu. 9. Iacob. Nouell. in Pract. crim. cap. fin. n. 68. 92. Hercul. de caut. cap. 26. nu. 14.

30 Quæ opinio declaratur tamen vt procedat quando metus fuit deductus ad aliquem actum ex quo verisimiliter aduersarius potuerit habere iustum timorem, secus nullo actu sequuto. Vulpell. in tract. de pace q. 101. nu. 4; Mars. cons. 21. num. 36. seqq. vbi dicit quod simplex terror armorum, quia viderit suum inimicum armatum, nisi præcedant, vel appareant signa, & manifesti actus, quod ille armatus volebat offendere non rumpitur pax, cum dicatur metus supinus, & inconsiderabilis. Vulpell. respons. 67. in princ. vbi loquitur in eo, qui habuit simplicem suspicionem sui inimici venientis post ipsius terga cum archibusio armati. Farinac. in d. q. 107. nu. 197. Duen. reg. 192. 4. ampliat vers. 2. intellige. Petr. a Plach. in epithom. Delict. lib. 1. cap. 28. sub n. 18. Farinacc. consi. 36. nu. 10. seq. vbi loquitur in deambulatione armatorum

31 prope domum aduersarij, & quod non puniatur in ista materia affectus sine aliquo actu exteriori ad delictum ordinatum. Cephal cons. 549. n. 117. lib. 4. Ac si fuerit promissum non offendere in personam, nec etiam per illationem metus pax diceretur rupta. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 25.

32 num.

num.10.qui tamen loquitur de eleuatione manus. Farinacc.in d.q.107.nu. 200.sed pro resolutione istius declarationis sunt videnda ea, quæ late posui supra in hac eadem quæst. cas. 6. sub num.27. seq.

Quæst. LI.

Pax an rumpatur per mandatum datum ad offendendum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum datum ad occidendum non sequuto effectu non frangit pacem.*

2 *Quæ opinio procedit etiam si promissio fuerit facta de non offendendo, nec offendi faciendo, neq. offendenti consentiendo, vt quis offendatur re, verbo aut facto.*

3 *Pax non rumpitur per consilium, vel persuasionem de non offendendo, offensa non sequuta.*

4 *Nec etiam per assistentiam cum armis quando fuit promissum non offendere in personam.*

5 *Mandans etiam sequuta offensione non tenetur pœna pacis rupta quando simpliciter fuit promissum non offendere, secus si fuerit promissum non offendere per se, vel per alium.*

6 *Mandans si non promisit non offendere; sed solummodo mandatarius, non tenetur pœna pacis rupta.*

1 MANDATVM datum ad offendendum, vel occidendum non rumpit, neq. pacem, neq. cautionem non sequuto effectu. Bero. cons.202.in 1.dub.vol.3.Laderc.Imol. cons.200.in fin.Farin.in q. 107. art.14. nu.205.de var.ac diuers.crim.qui allegat tantummodo supradictos duos Doctores: hanc eamdem opinionem sequitur Bertazz.in cons.243.in princ. vol. 2.vbi Claud.Bertazzol.in addit.refert quod D.Ioannes Maria Crispus totum contrarium pronunciauit, quia tunc nō fuerat ei allegatum d. cons. Bero. cum fuerit postea repertum. Card. Tusch. tom.6.in verb.pax concl.180.nu. 9. & in concl.182.nu.60.seq. Mascard.de probat.concl.1162.nu.119.vol.2.qui se fundat in doctrina Hercul. in tract. de caut.de non offenden.cap.35.nu.3.qui loquitur in cautione, & non in pace, quæ facilius rumpitur.

2 Quę decisio procedit etiam quando quis promisit non offendere, aut offendi facere, aut consentire, vt quis offendatur, re, verbo, aut opera, vt consuluit Bero.in d.consil.202.lib. 3. per totum, quem refert, & sequitur Farinac. in d.q.107.n.205.Nec per† consilium,
3 seu persuasionem de offendendo non sequuta offensa dicitur contrauentum promissioni. Bero.in d.cons.202.lib.3. Hercul.de caut.cap.36.nu.10.Nec per
4 assistentiam † cum armis dicitur rupta pax, vel cautio, quando est promissum non offendere in personam Hercul. de caut.cap.25.nu.10.& capit.36.nu.19. Farinacc.d.q.107.nu.206.seq. Si vero
5 offensio† sequuta fuerit tunc mandans non teneretur ad pœnam fractæ pacis, & promissionis quando simpliciter fuit promissum nō offendere, secus si fuerit promissum nō offendere per se, vel aliū, aut de non offendendo, vel offendere faciendo, prout communiter apponi solet, quia tunc etiam mandans tenetur exequuto mandato, vt post Gozzad. cons.31.nu.11.Hercu.de caut.cap.26. nu.1.seqq.& cap.36.nu.17.firmat. Farinacc.in d.q.107.nu. 208. Et si man-
6 dans non promisit† non offendere, sed tantum mandatarius, tunc licet mandatarius teneatur ad pœnam conuentionalem, non tamen ad eam tenebitur mandans, qui nihil promisit. Hercul in d.cap.

d cap. 26. num. 4. idem eſt in pręſtante opem, & aſsiſtente frangenti promiſsionem, qui tenetur ad pœnam iuris communis, & non ad pænam conuentionalem. Farinacci. in dicta quæſtione 107. numero 209. & an ſtatutum loquens de percutiente, vel vulnerante in iſta materia pacis compræhendat mandantem dixi ſupra in quæſt.

Quæſt. LII.

Pax facta cum clauſula de non offendendo facto, & in perſonam quando rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta, niſi ſequuta offenſione in perſonam, quando quis promiſit non offendere facto tantum, & in perſonam; licet fuerint abſciſſe veſtes, & deuentum fuerit ad alios actus exteriores, de quibus ibi ponuntur exempla.*

2 *Pax non rumpitur etiam data offenſione in perſonam, niſi corpus fuerit læſum, data promiſſione de non offendendo facto tantum, & in perſonam.*

3 *Item iſto caſu etiam ſi fuerit occiſus equus, & non fuerit offenſa perſona equitantis, non dicitur rupta pax.*

4 *Quæ opinio magis procedit quando agitur de odio irrationabili, vt quis, teneatur ex promiſſione ſua pro delicto alterius.*

5 *Excommunicatus dicitur ſi quis acceperit veſtes, vel frenum equi clerici equitantis doloſo animo.*

1 VT pax iſto caſu rupta dicatur requiritur offenſa in perſonam, quę tangat ipſam perſonam. Vulpell. conſ. 82. nu. 5. ſeq. vbi dicit quod dictio (in) requirit tactum perſonæ, & in tract. de promiſſio. q. 91. nu. 8. firmat quod inſultus cum armis cum inſequutione, vel cum admenatione, veſtium ſciſſio, violentia occaſione rei, iaculatio, ſaxi proiectio, ſclopi, ſeu baliſtæ exoneratio, & ſimilia, ex quibus perſona non tangitur, non frangunt pacem: quę offenſæ omnes, licet perſonales dicantur, non ſunt tamen in perſonam, cum dicta dictio (in) in ſpecie noſtra perſonę tactum, & intrinſicitatem requirat, & ibi teſtatur de communi, latiſſime Gabr. conſ. 171. lib. 1. vbi loquitur quod per exonerationem ſclopi, ſi perſona non fuerit tacta pax non rumpitur. Vulpell. q. 88. nu. . & in tract. de promiſ. q. 101. nu. 9. vbi loquitur in ſola rotæ exoneratione, latiſſime reprobando omnia, quæ in contrarium adducuntur tradit Hond. caſ. 103. n. 13. ſeqq. vol. 1. vbi ponit caſum quando fuit vulneratus equus, & non equitans, & inter alios adducit Deci. conſ. 406. per totum. Cepha. conſ. 549. nu. 132. ſeq. conſ. 587. n. 41. Bero. conſ. 196. nu. 39. lib. 2. & conſ. 100. nu. 3. ſeq. lib. 3. Sim. de Pret. conſ. 188. nu. 8. ſeq. & nu. 23. Card. Tuſch. tom. 6. in verb. pax concl. 180. nu. 1. & num. 4. & nu. 8. 9. 12. & 26. vbi loquitur etiam ſi fuerit deuentum ad actum proximum, quia fuit data pecunia Sicario, prout idem firmat Bero. conſil. 202. in princ. lib. 2. cum fuerit valde proxima maleficio, vt conſiderat reſpõdendo Pariſ. in d. conſ. 175. num. 18. vol. 4. Ludoui. a Peguer. deciſ. 21. nu. 6.

2 Et data huiuſmodi promiſſione de non offendendo in perſonam, licet corpus tangatur, pulſetur, vel percutiatur, niſi corpus lędatur non dicitur eſſe contrauentum promiſſioni: quia partes,

tes,quæ ita promissionem restrinxerũt, ad offensionem,ex qua corpus lædatur intellexisse præsumatur.Cephal.consil. 734.num. 20. seq.lib.5.Honded.cons. 103.nu.19.vol.1.vbi etiam alios concordantes allegat, & in specie Bald.in rubr.ff.solut.matr.n.9.Deci.cons.406. nu.3. seq. Ang.de malefic.in verb.per pannos,&cappucium nu.1.in fin.Guid. Pap.decis.138.nu.3.Gabr.cons.171.n. 3.& 4.lib.1.Sim.de Pret.cons.188. nu. 11. Et etiam si fuerit equus percussus,
3 vel † occisus,& non fuerit offensa persona,& non fuerit lęsum corpus equitantis non diceretur fracta promissio; cum illa offensa licet sit personalis,non tamen est in persona . Aret.in d. tract. de malefic.d.nu.1.Bero. cons. 196. nu. 30.lib.3.Hercul.de caut.cap.24.nu.3. & seqq.& cap. 25. num.6.seq.Nicol. Moron.in tract.de treug.& pac.q.173. nu.7.seqq.Vulpell.de promiss. q.91.n. 8.vbi dicit id colligi ex communi sensu Doctorum,vt promissio de non offendendo in personam non dicatur rupta, licet aliter sit quando promissio fuerit simplex,vel de non offendendo in personam . Bertazzol.cons.147. num.28. seqq.lib.1.Honded.d.cons.103.n. 21. 22.23.& n.42.seq. Card. Tusch. tom. 6.in verb.pax concl.180.n.11. 12. 26. 27.vbi subdit quod eadem necessitas tangendi personam in offensa facta filio patris paciscentis cum illa clausula facto tantum, & in personam latissime Petr.Cabal.in q.crim.cas.152.per totum, & præcipue sub num.13. seqq. vbi recenset plura exempla, ex quibus tamen non dicatur rupta promissio de non offendendo quando tantat in personam.

4 Quæ etiam opinio maxime procedit quando ageretur de odio irrationabili,vt quis teneatur ad pænam pro facto,& delicto alterius;&sic si aliquis ex compræhensis fregerit pacem , vt principalis, promittens cogendus non sit ad soluendam pænam ex delicto illius,nisi ex propria, vera, & stricta offensa,quę est,quæ fit in personam per læsionem corporis,& non per tactum vestium, vel per læsionem circa cohærentias,vel equum,licet etiam sint istę offensiones personales,tamen non in potiori significatu, prout est illa, per quam lęditur immediate corpus,vt late declarat Vulpell.in d.q. 91.num.7. seq.Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl.180.nu.19.Bero.cons.199.num. fin.lib.3.Sim. de Pret.d. cons.188.nu. 9.qui loquitur quando pater molestatur pro offensione facta a filio,&latissime Honded.in d.cons,103.nu.24.cum plur.seqq.& nu.42.seqq.& ibi respondet ad opinionem Innoc.& sequacium in cap.nuper de sent.excom.vbi voluit quod dispositio Can. si quis suadente diabolo procedat,etiam si offensio non
5 tangat personam Clerici, sed eius vestes, seu frenum equi, & ipsum impediat:quia ipsa opinio aut non est tuta, quia contra eam adest magis communis opinio,aut si illam sequi velimus in practica,ob eius authoritatem sit intelligenda,non de propria,vera,vel in potiori significatu in personam illam lædendo,sed de alia offensione personali non ita stricta, & propria, cum in excommunicationem quis incidat ex sola violẽtia clerico,facta,licet lęsio corporalis non sequatur,& in isto casu opinio Innoc. est communiter inter Doct. recepta,vt testatur Hier. Gabr.consil. 171.nu.3.lib.1.Hond.dicto cons. 103. nu.26.vers.3. Card.Tusch.in d.concl. 180.nu.16.

Sed si non ageretur de odio irrationabili,sed de rationabili,vt principalis qui promisit ipse offenderit, teneretur ad pęnam conuentionalem,quamuis obligatio fuerit de non offendendo in personam,adhuc ipse per exonerationem sclopi contra eum, cum quo habet promissionem,&si ipse tãgatur, vel vestis,licet corpus non lędatur tamen pæna committatur, licet secus si

vestis,

vestis, vel persona non fuerit tacta, vt tenet Hier. Gabr. in d. cons. 171. num. 4. lib. 1. & ibi testatur de communi sequendo opinionem Innoc. prout etiam illam sequitur Card. Tusch. in d. concl. 180. num. 21. cuius opinio per Doct. supra adductos, nec etiam in casu isto est tuta, vt testatur Honded. in d. consil. 103. nu. 43. vol. 1. & ideo si statutum obligaret patrem pro filio ad pœnam; ad illius exactionem requiritur tactus personæ, quoad principalem, quo vero ad patrem, vel fideiussorem requiritur tactus vestium, vel eorum, quæ circa personam sunt, tanquam statutum odiosum ita sit restringendum ad tactum personę, Sim. de Prćt. cons. 188. n. 9. Card. Tusch. in d. concl. 180. nu. 22. per casum decisum a Bar. in l. licitatio §. quod illicite ff. de Publican. & vectigal. & an statutum puniens homicidiũ, vel aliud delictum compræhendat mandantem fieri tale delictum dixi supra in quæst 40.

Quæst. LIII.

Pax an dicatur rupta, si duo se percusserint, & non constat de aggressore.

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta quando non constat de aggressore, vel authore rixa.*

2 *Incertitudo operatur, vt nemo ex conrixantibus puniatur.*

3 *Pœna conuentionalis parti applicanda non committitur, non consitito de aggressore.*

4 *Pœna conuentionalis committitur quando constat per præsumptiones vnum fuisse aggressorem rixę.*

5 *Condemnatio in pœnam pecuniariam sequi potest ex presumptionibus.*

6 *Pœna conuentionalis Fisco applicanda committitur quando est author rixa incertus.*

7 *Contrariam opinionem, vt nec etiam isto casu pœna Fisco applicetur tenent ibi Doct.*

8 *Non consitito de aggressore quilibet tenetur de vulneribus, & percussionibus illatis.*

9 *Pœna quando debetur Fisco vna tantũ solutio sufficit per quemlibet conrixantem facta.*

1 SI duo pacem, vel treugam fecerunt, & promiserunt se non offendere sub certa pœna, & postea se inuicem offenderint, & minime constet quis prior offenderit, nullus eorum tenebitur de pace, vel treuga, aut promissione rupta, gloss. in l. 1. §. cum arietes ff. si quadrupl. pauper. fecisſ. dicatur, vbi Bar. num. 2. & Florian. sub nu. 5. Roman. in l. semel mora nu. 17. vers. tu autem ff. sol. matr. Corn. cons. 51. nu. 5. vers. & hinc est lib. 1. Tiraq. in tract. de pœn caſ. 62. nu. 2. vers. ex hoc autem, & de iure primogen. q. 17. in. 6. opin. n. 16. Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 10. vers. sed hic quęro Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace q. 167. nu. 1. seq. Riminal. Iun. cons. 1. nu. 43. lib. 1. cons. 361. nu. 20. seq. Bertazzol. cons. 46. nu. 7. vbi de communi. Iul. Feret. tit. de ferijs. n. 184. vbi de communi. Honded. cons. 89. nu. 13. vbi etiam de communi vol. 2. Farinacc. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 33. num. 4. 5. 6. vbi etiam refert Doct. testantes de communi, & Doct. etiam adducti per Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 102. n. 1. qui etiam testantur de communi. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 12. vbi etiam de communi, & num. 44. vbi pariter de communi: Ea
2 ratione motí ne propter incertitudinem innocens damnetur l. absentem ff. de

ff. de pæn. & quia præsumptionibus quis non est seuerissime iudicandus, vt late scribit Rim.Iun.in terminis huius quæst.in d.cons.361.n.21.seqq. Petr. Caball.in d.cas.101.n.2.&respectu pœnæ parti applicandæ sine altercatione transit ista communis opinio, vt nemo eorum de fractione pacis puniatur.Cepha.cons.35.n.31.seq.Vulpel.in tract. de promiss.q.106.n.1.in fi.Farinac.de var.& diuers. crim. q.107.art.33.nu. 458. Baiard.ad Iul.Clar.q.47.nu.47. §.fin.Petr.Caball.in d.cas. 102.nu.3.

4 Quæ communis conclusio respectu pœnæ pecuniariç,&non corporalis pro fractione pacis videtur limitari, si præsumptiones vrgeant potius contra vnā partem, quam contra aliam; quia tunc,illa pars,contra quā præsumptiones vrgent pœnam soluit, vt declarat Ant.Galeaz.Maluas.cons.25.num. 6.a qua opinione non videtur dissentire Vulpell.in tract.de promiss.q.106.nu. 1.vers.nisi saltē probabilibus coniecturis,& n.4.vers.si saltē probabilibus argumentis de aggressore nō liqueret,vt refert,& sequitur Farinacc.in d.q.107. nu. 458.& etiam considerat Petr.Caball.in d.cas.102.n.22.& Card. Tusc. tom.6.in verb.pax concl.182.num.46. seq.dicit quod author rixç,& qui primus offendit de pace rupta tenetur,& ibi testatur de communi.

5 Quç limitatio iudicio meo non cōuenit dictç communi conclusioni,quia tunc casus non est amplius incertus quando præsumptiones grauant alterum ex conrixantibus; quia per dictas præsumptiones res efficitur clara, vt deinde sequi possit condemnatio in pœnam pecuniariam, late Menoch. de arbitr.cas.363.num.19.lib. 2.Petr. Caball.in nostris terminis in cas.102. num.14.vers.& dicit Corneus, Hercul. de caut. cap. 30. sub num. 6. sed non in aliam pœnā corporalem pacis ruptæ Iul.Feret.tit.de ferijs.n.184. in fin.

6 Item declaratur ac limitatur, vt illa cōmunis conclusio non procedat respectu pœnæ Fisco applicandç, quia tunc vterq.ex rixantibus esset condemnandus,cum vterq. dederit operam rei illicitæ,&nihil sit,quod cum Fisco compensari possit, qui in aliqua culpa non fuit, nec contrauenit; sed obseruauit, & semper obseruat Iul.Clar.§.fin.d.q. 57.n.10.vers.& hæc quidem. Cephal. cons.31.nu.31.seqq.Menoch.de arbitr. cas.463.nu. 18. lib.2.Vulpell. in tract. de promis.q.106.n.3.vbi testatur ita in Auditorio Vrbini dū Fisci partes tueretur obtinuit,& pluries iudicauit, & resp.50.n.1.seqq.& respo.86. Baiar.ad Iul.Clar.§.final.q.47.nu.47.& nu.56. vers.ad.quod.Farinac.in d. q.107.nu. 457.Hond.cons.89.nu.12.vol.2.Petr. Caball.in d.cas.102.nu.6. vbi testatur ita audiuisse alibi sic quoque iudicatum fuisse,& per totum illum casum tuetur latissime hanc opinionem, & illam a contrarijs defendit.

7 Contrariam opinionem quod nec etiam respectu Fisci pœna fractç pacis ratione incertitudinis debeatur, nec Fiscus in casu dubio sit specialiter priuilegiatus, sed vtatur iure priuati, & teneatur probare fundamentum suç intentionis quod fuerit contrauentum promissioni, late concludit Nic. Mor. in tract.de treug.& pac.quæst.168.nu. 1.2.4.5.Hercul.de caut.cap.30.n.10. vers.prædicta autem procedunt,& eādem opinionem sequitur Riminal.Iun. cons.361.nu.21.seqq.vol 4.Farinac. in d q.107.nu.459.Baiard.d.q.47.num. 56.vers.ibi tamen illud habet locum. Bertazzol.cons. 48.num.7.seq.& cons. 48.num.septimo & octauo vers. sed licet lib. 1.& Claud.Bertazzol.ad cons. 299.in litera A, vers. primus est casus lib.2.Card.Tusch.tom.6.in verb. pax concl.182.nu.45. Imo ipse Vulpell. in d.q.106.nu.4.fatetur,vt ratione incertitudinis nemo possit reputari fidei, ac pacis fractor, quomodo omnes igitur debent puniri de pace fracta ad pœnā con-

conuentionalem, quam considerationem ad Vulpell. facit Farinacc. in d. q. 107. n. 456. in fin. Imo etiam ego hanc opinioné amplector, & Doctores, qui dicunt quod respectu Fisci posset imponi pæna publica, non intelligunt de pæna conuentionali, sed de alia pæna, quæ infligi potest de iure cómuni pro vulneribus, & percussionibus hinc inde illatis, in quibus non fit compensatio respectu Reipublicæ, vt post Bal. in l. semel. ff. sol. matr. declarat Rimin. Iun. in d. consil. 361. nu. 26. lib. 4. vbi etiam testatur quod Menochi. in alleg. cas. 363. qui aliter tenuit errauit; Bertaz-
8 zol. d. consil. 87. num. 7. & ita † quotidie in actu practico obseruatur in percussionibus, & vulneribus, vbi non constat de aggressore omnes puniuntur, si ab vtraq. parte adsunt percussiones, & vulnera, & si ab vna tantum parte extant, altera punitur; ita testatur Petr. Caball. in d. cas. 102. num. 16. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax conclus. 182. num. 45. in fin. Sed si velimus adhærere opinioni con-
9 trariæ, non credas quod † Fiscus ab vtroq. capiat integram pænam conuentionalem sibi applicandam, ex eo quod vterq. tenetur; quia imo debet esse contentus vna tantum pæna, ad quam omnes in solidum tenentur. Corn. consil. 7. sub num. 7. lib. 3. cons. 198. num. 18. in fine, & num. 19. nec in hoc casu dubio debet capere plus, quam haberet in casu certo, si haberetur author rixæ, & aggressor, vt animaduertit idem Petr. Caball. in d. cas. 102. nu. 22.

Quæst. LIV.

Pax facta inter plures inimicos cum promissione de non offendendo, neque in persona, neque in bonis sub certa pæna toties committenda quoties fuerit contrauentum, an sequuta offensione per aliquos de vna parte in persona, & bonis, duplex pæna debeatur vna pro persona, & altera pro rebus, an verò vna tantum.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo neq. in bonis, neq. in personam si sequatur homicidium cum derobatione, an plures pænæ debeantur, vel vna tantum; aliqui tenent quod duæ debeantur pœnæ.*

2 *Alij tenent quod vna tantum pœna debeatur.*

3 *Declara late, vt ibi.*

1 FACTA pace inter quosdam inimicos cum promissione de non offendendo in persona, neq. in bonis sub certa pæna toties committenda quoties contra factum fuerit, si illi de vna parte occidant vnũ & domum eius de altera parte postea inuadant, deripiant, & expolient, fuit dubitatum an duplex pæna sit commissa, videlicet homicidij, & spolij, an vero vna tantum, & Bal. in consil. 337. lib. 4. arguit quod duæ pænæ debeantur, cum sint plura delicta, vnum homicidij, alterum robariæ, & numerus delictorum inducat numerum pœnarum l. nunquam plura ff. de priuat. delict. l. si quis homicidij C. de accusat. & quia etiam duo sunt capita promissionis, vnum de offensione personę, alterum de rebus, & in vtroq. fuit contrauentum; vnde ex quolibet pæna debetur; cum actum sit; si sæpius committatur. l. si duo rei sint §. fin. ff. de arbitr. Soccin. in cap. ea

O quæ

quæ num. 12. de pæn. Baiard. ad Iul. Clar. q. 84. n. 15. in princ. §. fin. vbi ponit exemplũ post Alex. de Neuo conſ. 93. in illo, qui rapuerat mulierem, & furtũ fecerat, & muros Ciuitatis aufugiendo tranſcenderat, & quaſdã clauſuras aperuerat, vt pluribus pœnis debeat puniri, cum pæna vnius delicti, pæna alterius delicti non tollatur.

2 Pro contraria opinione, quod vna tantum pęna committatur; quia defunctus compræhenſus in pace fuit prius occiſus, quam committeretur furtum, vel rapina: & ſic morte illius pax fuit finita. Rimin. Iun. conſ. 499. num. 83. vol. 5. vbi quod magis conueniret iſta expoſitio quando omnia diſpoſita in inſtrumento pacis referantur ad viuentes, licet fuerit dictum, quod perpetuo pax eſſet duratura; quia intelligitur perpetuo duratura, ideſt dum vixerint: Vnde non potuit amplius rumpi iam mortuo S. deinceps. auth. de nupt. & omnes pęnę in futurum committendæ fuerunt etiam extinctæ l. verum §. primo ff. de minor; licet forſan dici poſſet, quod imo mortuus offendatur, & cadaueri fiat iniuria l. 1. §. quoties ff. de iniur. l. qui ſepulchra C. de ſepulchr. violat. & defunctus dicatur habere amicos, & inimicos l. 1. §. eligitur autem ff. de ventr. inſpicien. nec diſſentit quod pax ſit tranſitoria Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 80. nu. 11.

3 Qui Bald. in dict. conſ. 387. lib. 4. diſtinguendo concludit ſi rapina, vel furtũ præceſſit homicidiũ, duę debeantur pęnę, cum fuerit cõtrauentum duobus capitulis l. ſi alius §. eſt & alia verſ. quod ſi nullo ff. quod vi, aut clam; Si vero prius fuerit commiſſum homicidium, & deinde ex interuallo fuit derobata domus, vel commiſſum furtum, vna tantum pæna pro homicidio debeatur, furtum poſtea commiſſum non rumpat pacẽ, cũ iã per mortẽ fuerit extincta, & quod non eſt rũpi nõ poteſt. l. nam §. poſt defunctum ff. de inoff. teſtam. l. decẽ ff. de verb. oblig. Marſil. conſ. 125. n. 45. & defuncto non fiat amplius, neq. furtum, neq. offenſa, neq. iacent hæreditati, quę vim pati non dicitur l. 1. §. ſcæuola ff. ſi quis teſtamento, l. a Titio, & l. hæreditariæ ff. de furt. Si vero homicidium, & furtum ſimul, vel in continenti furtum poſt homicidium fuerit commiſſum, duę debeãtur pęnę; quia totum factum reputatur pace exiſtente l. qui duos ff. de manumiſſ. teſtam. l. nunquam actiones, vbi gloſſ. ff. de act. & obligat. & in continenti dicatur in propoſito factum quando in eodem loco, & ſine interuallo temporis ſequitur, ita quod actus fuerint continui, & homicida non deuenerit ad actus extraneos. l. quod ait §. fin. ff. de adult. quod conſ. Bal. tãquam famoſum refert Petr. Bell. in tract. de re milit. par. 10. tit. 2. nu. 111. verſ. tractat aliam notabilem quæſtionem. Qui tamen inquit in hac quæſtione credere latius diſtinguendum; nam ſi ſint multi contrahentes ex vtraq. parte, prout præſupponit Bal. in narratione facti, ſi vnus occidatur, cęteri offendantur, etiam ex rapina, morte ſequuta, etiam ex interuallo, ex qua offenſione occidentes contra faciant capitulo, quo promiſſum eſt etiam in bonis non offendere. Vnde ſit æquius, & iuſtius dicere vtramq. pęnam commiſſam: nec eſt cõcludens ratio dicere ruptam, & ſublatã pacẽ propter homicidiũ, & conſequenter illi iam vltra non poſſe contra fieri; quia propter clauſulam illam quod toties pęna committatur quoties fuerit contrafactum, poteſt pæna ſępius committi d. l. ſi duo rei §. fin. ff. de arbitr. & ibi ſcribent; maxime contra ipſum violatorem. Alex. in conſ. 15. nu. 9. verſ. nec his lib. 4. Muſchatel. in pract. fideiuſſ. in prima par. 15. mod. nu. 7. ſeq. vbi concordantes allegat, late Petr. Cab. in q. crim. caſ. 189. nu. 4. vbi refert quod Muſcatel. inquit iu caſu Bal. qualiter fæde-

fœdera pacis essent concepta: quia vbi ex offensa facta in personam, aut bona vnius ex vna parte, fieret offensa omnibus illius parti, quod facti series innuit, tunc etiam si non committeretur pœna propter bona rapta ex interuallo post mortē, eo respectu, quod in eis, neq. furtum, neq. rapina committitur, cum hæreditas sit iacens iuribus supra citatis, fieret tamen iniuria super extantibus ex illa parte offensa, & eorū respectu commissa esset pœna, cū, vt subdit n. 112. hęc sit vna pax quoad omnes contrahentes, non autem sint tot paces, quot personæ contrahentes, secundum Corne. cons. 248. nu. 8. lib. 4. Quæ quidem considerationes Petr. Caball. in d. cas. 189. n. 5. dicit q̄ sibi magnopere placent, cū sint palpabiles, nec ab illis, si casus occureret, recederet, & presertim si qualitercūq. colligi posset animus occidentiū etiā derobandi, vt sentit Doueśçal. in add. ad d. cons. Bal. vbi formaliter inquit, etiā quod rationes Bal. sint probabiles, ex facto tamen consideraret pœnas, vt si homo vnius partis occisus esset vt derobaretur, & sic qualitatem personarum inspiceret, sed Car. Tus. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 27. 28 29. sequitur distinctionem supra factam ex auctoritate Bal. in d. cons. 387. lib. 4.

Quæst. LV.

Ad rumpendam pacem qui actus requirantur, & sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo simpliciter, inducit fracturā pacis per omnē offensionē factā prouenientem ex actu aduersarij prouocante ad iracundiam, etiam si actus non fuerit punibilis.*

2 *Contrariam opinionem, vt etiam isto casu requiratur offensio in personam.*

3 *Conciliatio istarum opinionum.*

4 *Promissio de non offendendo personaliter, aut personam cōprehendit offensionem etiam si corpus non tangatur.*

5 *Promissio de non offendendo in personam requirit offensum per tactū personæ, cum dolore, liuore, tumore, aut sanguinis effusione.*

6 *Offensio in personam etiā dicitur quādo tāgitur res corpori cohærens inseparabiliter, prout sūt pili, capilli, & vngues.*

7 *Offensio in personam distinguitur de odio irrationabili, vel rationabili.*

8 *Promissio de non offendendo quomodocunq. qualitercunq. vel per alia similia verba vniuersalia, & geminata comprehendit omnem offensionem prouenientem ex actu aduersarij prouocante ad iracundiam.*

PRO vera resolutione presentis quęstionis sunt verba instrumenti pacis, vel promissionis inspicienda, & potest contingere quod promissum fuerit primo simpliciter non offendere, secundo non offendere in personam tertio non offendere personaliter, vel personam, quarto per verba vniuersalia, & prægnantia, ac geminata non offendere qualitercunq. quomodocunq. directe, vel indirecte, nec aliqua cogitata, uel non cogitata causa.

1 Circa primū quando fuit promissum simpliciter non offendere, nulla adiecta qualitate personæ, seu personaliter, seu in personā, & tūc fuit prima opinio vt veniat omnis offensio prouenięs ex actu aduersarij ad iracundiam prouocante, & punibili. Bero. cons. 292. nu. 1. lib. 3. Ruin. cons. 71. n. 1. lib. 3. Paris. cōsil. 165. n. 4. lib. 4. Her cul. de cau. c. 25. nu. 1. Tob. Non. cons. 111. n. 8. Vulpel. resp. 51. nu. 9. & respon. 82. n. 5. seqq. Bertazz. cons. 147. n. 26. & ibi Claud. in lit. B. vers. 2. ibi promissū fuerat lib. 1. Surd. decis. Mantua. 79. nu. 1. Farin. de var. ac diuer. crim. q. 107. art. 13, n. 142. & n. 153. seqq. Hond. cons. 103. nu. 13. lib.

lib.1.cum vere offensio dicatur quicquid alium ad iustam turbationẽ prouocat,& quę pœnam meretur,licet large modo dicatur offensio, etiam quæ pœnã nõ mereatur, vt post Bar.Florian. & alios bene declarat Marsil. in tract. Bann.in verb ab offensis n. 1.& tradũt Doctores in locis superius adductis, & sic intelligatur non solũ de offensione, quę fit ꝑ tactũ corporis in personã,sed etiam de ea,quæ fit personæ,aut personaliter.Bero.d.conf.202.n.22.& n.29. lib.3.Lad.Imo.cõſ.200.n.1. vbi inquit quod promittens non offendere simpliciter,intelligitur promittere,vt non offendat personam.Vulpell.d.respons. 84.n.4.5.Card.Tusch.tom.6. in verb. 5
2 pax†concl.180.n.10. & latissime Petr. Caball.in quæst.crim.cas.152.nu.18. Altera fuit opinio,vt in simplici promissione de non offendendo requiratur offensio in ꝑsonã.Hercu.de caut.c.25. nu.1.post Beltram. & Castren. in locis per eũ relatis,& c.27.n.18. vers. & sic offensio proprie in personã,& c.35.nu. 1.vbi declarat quod offensio erit in personam quando ex percussione prouenit dolor,tumor, liuor, vel sanguis, nec dissentit ab hac opinione Sim. de Pret.cons.188.n.1.9.seqq.&n.23.seqq. vt refert Farin.d.q.107.ar.13.nu.155.
3 Pro concordia deducitur illa distinctio de odio rationabili de eo,qui promisit ꝑ se tãtũ nõ offendere,& offēdit, & tũc ꝓcedit prima opinio,vt intelligatur cõtrauētũ per offensionẽ personæ, seu personaliter, secus quãdo tractatur de odio irrationabili de eo,qui ꝓmisit pro alijs,quia tunc non dicitur cõtrauentũ promissioni, nisi offensio fiat in personã,vt declarat Farin.in d.q. 107. nu.156.& ego late dixi supra in q.52. sub nu.5.sed ad excusandum a pœna fractæ pacis sufficeret quælibet offensio,licet non fuerit punibilis, & secundum largam significationem, vt late dixi supra in quæstione 44. ampl. 5. 6
4 Circa vero secundum casum de promissione de non offendendo personaliter,aut personam,tunc dicitur fieri offensio personæ, seu personaliter etiã ꝙ corpus non tangatur,nec aliquem dolorem sentiat.Bal.in l.si qua n.1. in fi. vers.item dicit C. de Episc. & Cleric. Hercul.de caut.cap.24.n.4.& c.25. n. 6.seqq.Cephal.cons.190.n.16.seq.lib. 2.Vulpell.respons.82.nu.5.Farinac. in d.q.107.n.150.& nu.152.Card.Tusc. d.concl.180.nu.11.vbi ponit exempla in solo insultu cũ armis,in sola ablatione pilei,bireti,in iactu lapidis, cultelli, in exoneratione sclopi,itẽ si vestis,& nõ persona tãgatur,& ego late dixi supra in quæst.53.vbi multa exempla posui.

Circa tertium casum de promissione non offendendi in personã, & tunc pax non dicitur rupta,neq. contrauentum promissioni, nisi corpus tangatur ac lędatur propter illã dictionẽ,in dictam personæ,quæ denotat offensionẽ intrinsecam per tactũ corporis,& quod patiatur corpus ex percussione dolorem,liuorẽ,tumorem, aut sanguinis effusionem.Hercul. de caut.cap.24. nu. 4.& 6.cap.25.nu.6.seqq.cap.27.n. 3. cap.35.num.1.vers. quod requiratur. Nicol.Moron.in tract.de treug. & pac. q.173.nu.3.7.Cephal.cons.190.nu. 8. lib.2.& cons.549.nu.108.seqq. lib.4. Vulpell.respons.72. num.9.& in tract. de promissio.q.91.nu.8.& 17.vbi de communi,& quęst.101.nu.10.Farinac. in d.q.107.num.149. Lad. Imol.cons. 200.n.1.vers.in qua re,latissime Honded.cons.103.num.17.seqq. & Card. Tus.tom.6.in verb.pax concl.180.nu. 1.seqq.vbi ponit plura exempla, & n. 12.vbi dicit ꝙ isto casu requiritur tactus personę,& ꝙ magis stricte in Prætoria stipulatione coacta,quam in pace voluntaria requiritur offensio, latissime Petr.Caball.in q.crim.c. 152.per totum,sed præcipue sub nu. 8. seqq.& dixi supra in q.52.

Imo etiam dicitur offensio in personã quãdo tãgitur res corpori cohærẽs in se-

ſperabiliter, prout ſunt pili, capilli, & vngues. Bar. in l. licitatio §. quod illicite num. 5. verſ. quandoq. offenſa in perſonam ff. de public. & vectigal. Herculan. de caut. cap. 24. nu. 8. & cap. 25. nu. 7. Vulpell. d. quęſt. 91. num. 4. Viui. deciſ. 368. nu. 1. verſ. contrarię ſententię. Farinacc. d. quæſt. 107. num. 149.

7 Item ſi de odio † irrationabili, vt vnus teneatur pro delicto alterius, & tunc non dicatur offenſio in perſonam, niſi corpus tãgatur, & lædatur; ſecus ſi agatur de odio rationabili, vt quis teneatur de proprio delicto: quia tunc verbum, in perſonam, non accipitur ita ſtricte, ſed ſiue corpus tangatur, ſiue etiam res corpori cohærens, prout ſunt veſtimenta, ſecundum Bar. in d. §. quod illicite nu. 5. ſeq. Farin. in d. q. 107. nu. 248. 151. Card. Tuſch. d. concluſ. 180. num. 19. 20. per illam regulam, vt mitius agatur cum fideiuſſore, quam cum principali, & ego late dixi ſupra in quæſt. 52.

8 Circa quartum caſum quando quis promiſit non offendere per verba vniverſalia prægnantia, & geminata, vt puta quocunq. modo, qualitercunq. directe, vel indirecte, aut his ſimilibus modis, & tunc dicatur contrauentum promiſſioni per quamcunq. offenſionẽ in perſonam, ſeu perſonę, vel perſonaliter illatam, & per omnem offenſionem prouenientem ex actu prouocante ad iracundiam, & punibili cum iſta verba augeant promiſſionem, & importent omnes modos excogitabiles, vt poſt Deci. in conſ. 36. in princ. Ang. conſil. 287. vol. 3. Cephal. conſil. 14. vol. 3. Marſil. in l. vnius §. cogniturum num. 23. ſeqq. ff. de quæſt. declarat Claud. Bertazzol. ad Patrem in conſil. 147. in litera B. verſ. tertio promiſſum fuerat, Ludouic. Peguer. deciſ. crim. 21. num. 6. Farinacc. d. q. 107. num. 157. Card. Tuſch. tom. 6. in verb. pax. concl. 180. num. 38. poſt Barbat. conſ. 11. num. 19. lib. 4. & de iſtis verbis geminatis vniuerſalibus, & prægnantibus vide late Maſcard. de probat. concl. 1162. num. 89. ſeqq. vol. 2. & Petr. Caball. in quęſt. crim. caſ. 152. nu. 17. vbi dicit quod in iſtis terminis loquitur Ludou. a Peguer. deciſ. 21.

Quæſt. LVI.

Pax an per coitum, vel copulam carnalem habitam cum perſonis illius, quem non offendere promiſit, rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Pax per adulterium, vel ſtuprum non rumpitur, ſecundum vnam opinionem.*

2 *Quia cenſetur potius ardore libidinis, quam animo iniuriandi commiſiſſe delictum adulterij, & ſtupri,*

3 *Contrariam opinionem quod pax frangatur per adulterium, & ſtuprum tenent ibi Doct.*

4 *Quæ contraria opinio magis procedit quando fuit promiſſum non offendere, nec in perſonam, nec in rem.*

5 *Pax rumpitur etiam per lenocinium commiſſum occaſione adulterij.*

6 *Adulterium, & ſtuprum in propoſito quoad fracturam pacis conſideratur in vxore, in ſorore, in filia, in nuru, & in nepte ex filio ipſius paciſcentis.*

7 *Opinio negatiua quod pax non rumpatur per ſtuprum, vel adulterium eſt magis communis.*

8 *Quæ opinio negatiua procedit etiam ſi fœmina fuerit rapta per vim, & percuſſa, quod adhuc non rumpitur pax.*

9 *Contrariam opinionem quod per raptũ cum violentia rumpatur pax tenent ibi Doct.*

10 *Author sequitur primam opinionem, vt non dicatur rupta pax.*

11 *Maritus, & pater respectiue agunt pro adulterio, & stupro actione iniuriarum contra adulterum, & stupratorem.*

12 *Pax rumpitur per adulterium quando fuerit facta occasione adulterij.*

13 *Quia iterum committens adulterium censetur fecisse occasione iniuriandi.*

14 *Pax dicitur rupta ob solum osculum quando fuit facta propter actus impudicos.*

15 *Pax rumpitur per adulterium, vel stuprum quando constat quod fuerint commissa causa iniuriandi.*

16 *Animus colligitur signis, & coniecturis an fuerit iniuriandi, vel causa libidinis, & ibi ponuntur exempla.*

17 *Struprum, & adulterium secundum aliquos præsumuntur potius commissa animo iniuriandi, quam causa libidinis.*

18 *Contrariam opinionem tenet ibi Doct. quæ est magis communis.*

19 *Vnum, & non plura delicta, & minus, & non maius delictum in dubio præsumitur quis voluisse committere.*

20 *Adulterium, & stuprum præbent marito, & patri iustam causam offendendi, sine incursu pacis ruptæ.*

21 *Pax per vitium nephandum dicitur rupta, etiam si fuerit commissum causa libidinis.*

22 *Contrariam opinionem tenet ibi Doct.*

1 COPVLA carnalis habens qualitatem adulterij, vel stupri cum muliere illius, cum quo quis pacem iniuit, an operetur, vt pax violata dicatur, & prima opinio fuit negatiua vt per adulterium commissum cum vxore illius, vel per stuprum cum puella eiusdem, cum quo fuerat inita pax, non rumpatur, vt videtur annuere Luc. de Penn. in l. vnic. nu. 43. in princ. C. de publ. læti. lib. 12. 3 inquiens maritus non potest dici offensus, quia offensio nō fuit in p̄sona sua, sed in vxore, quę est separata, & diuersa ab eo; nec in rebus: quia vxor appellatione rerum viri nō continetur; nec erit audiendus maritus, qui pœnam promissam non erubuit ad commodum suum propenere; eamdem opinionem sequitur Io. Andr. in cap. frustra nu. 1. vers. secunda quæst. & num. seqq. vbi confutatis contrarijs in hac opinione per tria fundamenta residet in tit. de regul. iur. in 6. Bar. post Guid. de Suzar. in l. verum nu. 4. ff. de furt. vbi inquit potius† censetur ardore libidinis, 2 quam animo iniuriandi adulterium commissum. Vulpell. in tract. de pace q. 43. nu. 1. seqq. vbi hanc opinionem tanquam receptiorem sequitur Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 12. vbi Baiard. nu. 65. in fin. testatur de magis communi Viui. opin. 566. nu. 5. vbi etiam de magis communi Farinacc. in tract. de var. diuers. crim. quæst. 107. art. 16 n. 227. vbi multos alios allegat testantes de communi, & de magis communi. Mascard. de probat. concl. 1162. num. 132. vol. 2. vbi dicit: quia principaliter non fecit animo offendendi, sed explendi libidinem suam; & quamuis in consequentiam fuerit sequuta iniuria, & offensio patris, vel mariti, attenditur quod principaliter fuit actum, & non quod venit in consequentiam ad rumpendam pacem. Hercul. de caut. de non offend. cap. 17. nu. 6. vbi concordantes cumulauit Laderch. Imol. cons. 200. nu. 1. vbi etiam de communi Mandos. in add. a Roman. in cons. 183. in verb. esse fractam, vbi allegat Doct. pro vtraq. parte, sed, firmat hanc esse magis communem opinionem, & idem repetit in verb. cęterum, & Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 34. vbi etiam de magis communi. Baiard. §. adulterium num. 74. in add. ad Iul. Clar.

Contrariam sententiam late tuetur, vt

vt per dictum adulterium pax rupta dicatur, Luc. de Penn. in l. vnica num. 54. vers. in contrarium C. de public. lętit. lib. 12. per solidissimas rationes lõga serie per eum relatas, quam opinionem sequuti fuerunt Io: Fab. in l. denũciamus num. 8. C. de his, qui ad Eccl. confug. Ant. Aug. Ariminen. & add. ad Alex. in locis relatis per Vulpell. in d. q. 43. nu. 3. vers. sed in diuersam. Petr. a Plac. in epithom. delict. lib. 1. cap. 7. n. 10. vers. & isthæc securitas relatus per Farinacc. in d. q. 107. n. 128. Quæ contraria opinio fundatur; quia animo iniuriandi, & non libidinis æstu pręsumitur fecisse, vt tradit Marsil. cons. 83. & Mandos. ad Rom. in d. cons. 183. in verb. esse fracta, qui allegat Roman. Aug. Io. Fab. & Aretin. in locis per eũ adductis, & refert Card. Tus. in d. conc. 182. nu. 36. de quo dicam infra in limitatione 4.

4 Et Luc. de Penn. in d. l. vnic. sub nu. 54. dicit procedere quando promissio fuerit facta de non offendendo, nec in personam, nec in rem, prout etiam referunt Farinacc. in d. q. 107. n. 229. & Baiard. in d. q. 47. nu. 65. vers. sed Luc. de Penn.

5 Et etiam ex lenocinio commisso occasione dicti adulterij pax etiam violata dicitur, vt bene tuetur Luc. de Penn. in d. l. vni. nu. 55.

6 Imo etiam ex adulterio cum filia, vel sorore ipsius paciscentis, aut cum nuru, aut cum nepte ex filio, vt tradit idem Luc. de Penn. in d. l. vni. nu. 54. in fine. vers. & idem videtur.

7 Tenendo primam opinionem negatiuam tanquam communem, & magis communem, illam amplia, vt procedat etiam si quis violenter rapuerit filiam, vel vxorem illius, cum quo pacem habet, & illam acriter percusserit, adhuc pax non diceretur rupta, ex Doctr.

8 Alex. in cons. 113. vol. 2. vbi † loquitur quando puella fuit abducta de vno Territorio ad aliud, & percussa, cum huiusmodi ius, non causa offendendi, sed libidinis illata videatur, quem sequuntur Bero. in cons. 208. nu. 8. vol 3. Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 109. vbi alios allegat. Farinacc. in d. q. 107. nu. 230. vbi etiam alios allegat, & fin. testatur magis communiter Doct. sequi opinionẽ Alex. Baiard. ad Iul. Cla. §. fin. q. 47. nu. 62. Mascard. de probat. concl. 1162. num. 83. 84. vol. 2. Card. Tusch. in d. concl. 182. nu. 35. Bertazzol. cons. 261. nu. 9. in fin. vol. 2. late Hercul. de caut. de non offend. cap. 17.

9 n. 6. vbi multos alios allegat. licet add. ad Alex. in d. cons. 113. in litera A, attestetur pessime Alex. consuluisse, cum ex raptu, & violentia etiam persona paciscentis percussa videatur, vt sequitur Vulpell. in d. q. 43. nu. 4 in fin. in tract. da pac. nec dissentire videtur Hercul. in tract. de caut. cap. 17. nu. 7.

10 vers. quod etiam. Quorum † opinio certe mihi non placet, cum nõ videam quod maiori iniuria potuerit maritus, vel pater affici ex ipsa abductione, vel verberibus, quam afficeretur ex ipso met actu copulæ carnalis per adulterium, & stuprum: & ideo puto omnino inhærendum esse magis communi opinioni, quam etiam attestatur post Bertazzol. Baiard. in d. quæst. 47. num. 65. in fin.

11 Primo limita, & intellige istam magis communem opinionem quod licet non sit rupta pax, tamen maritus agit pro iniuria vxoris, & pater pro iniuria filiæ contra adulterantem, & stuprantem. Alex. d. consil. 113. num. 5. lib. 2. Cardinal. Tusch. in d. conclus. 182. nu. 37.

12 Secundo limita quando pax, vel cautio, vel Promissio fuerit facta ex causa pręcedentis adulterij: quia tunc per aliud adulteriũ subsequens pax rupta dicitur. Melchior. Facin. cons. 78. n. 35. tom. 1. crim. Ioan. de Anan. in rubr. de adult. n. 6. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 64. Viui. opin. 566. in fine; quia omnis

omnis promiſſio regulatur a præcedentibus cauſis, pro quibus promiſſum fuit: vt in terminis noſtris tradit Bart. l. verum ſub nu. 5. ff. de furt. Et quia
13 etiam iterum committens † idem delictum, pro quo prima promiſſio facta fuit, cenſetur feciſſe non cauſa libidinis, ſed animo iniuriandi, vt Petr. Bell. in tract. de re milit. par. 10. tit. 2. ſub
14 nū. 42. Imo ſi promiſſio † fuerit facta propter actus impudicos cēſetur rupta ob ſolam deoſculationem etiam non ſequuto adulterio, vel ſtupro, vt tenet Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 157. nu. 5. ſeqq. & q. 158. nu. 4. & 15. vbi teſtatur ita reſpondiſſe in quadam cauſa Nurſina contra alios graues viros conſulentes, & tenentes contrarium: vt refert Farinac. in d. q. 107. nu. 232.
15 Tertio limita quando quis adulterium, vel ſtuprum commiſerit, non cauſa libidinis ſed cauſa ſe vendicandi, & iniuriandi: quia pax tunc dicitur rupta. Bar. in d. l. verum n. 4. verſ. ſed ſi faceret cauſa vendicandi, ff. de furt. Mandoſ. ad Roman. in conſ. 183. in literaB. in fine poſt Gozzad. in conſ. 31. nu. 14. Viui. opin. 566. num. 5. quos refert Baiard. ad Iul. Clar. in d. q. 47. nu. 65. Vulpell. reſponſ. 51. Maſcard. de probar. concl. 1162. nu. 83. Farinacc. in d. q. 107. nu. 231. Hercul. de caut. cap. 17. nu. 7. vbi dicit quod ſtuprator, vel raptor tenetur probare feciſſe cauſa libidinis, cum ſit fundamētum ſuæ intentionis. Et hoc colligitur coiecturis, ſignis, vel veſtigijs, ſi animo iniuriandi, vel vulciſcendi, vel potius cauſa libidinis adulterium, vel ſtuprū commiſſum fuerit. Iul. Clar. in q. 47. nu. 12. in fine, & ponit exemplum ſi mulier fuiſſet vetula, vel deformis; quia tunc diceretur feciſſe in contemptum, & ad iniuriam inferendam, & non cauſa libidinis, & conſuluit Bertazzol. in conſ. 261. in 2. dub. nu. 7. ſeqq. Vulpell. in d. q. 47. nu. 3. verſ. ego autem. Baiard. ad Iul. Clar. in d. q. 46. nu. 66. Card. Tuſc. tom. 6 in verq pax concl. 183. nu. 88. vbi poſt Vulpell. reſpon. 51. circa fin. & Mandoſ. ad Rom. conſ. 183. in verb. eſſe facta, firmat hanc opinionem eſſe veriorem. Item ſi vir commiſerit adulterium, vel ſtuprum, non prouocatus, neq. a muliere acterſitus, ſed ſua ſponte, vel illam ſollicitauerit tunc præſumatur occaſione iniurię inferendę, & non libidinis explendę, ſtuprum, vel adulterium commiſiſſe, vt bene conſuluit Bertazzol. conſ. 261. nu. 9. ſeqq. vol. 2. vbi ſubdit poſt Cin. in l. 1. num. 4. C. de rapt. Virg. Quis nam eſt adeo pulcher, & nobilis quod requiſitus a muliere quantumcunq. vetula, & viliſſima, non annuat, & conſentiat, & Hercul. in tract. de caut. cap. 12. nur 8. dicit eſſe conſiderundam pulchritudinem mulieris, & amorem adulterantis, & ſaltem eſſe probandas iſtas qualitates per famam. Farinacc. in d. q. 107. nu. 135. ſeq. & Vulpell. de promiſſ. q. 91. nu. 7. dicit requi-i euidentiſſima argumenta.
17 Quarto limita, & intellige, vt adulterium, vel ſtuprum, potius animo iniuriādi, quam cauſa libidinis commiſſum dicatur, & adulteranti, vel ſtupranti cōtrarium dicenti incumbat onus probandi. Ang. in d. l. verum nu. 10. ff. de furt. quem ſequuntur Auguſt. de Ang. de Malefic. in verb. *che hai adulterato la mia Donna* nu. 60. Marſil. conſ. 83. n. 19. & 20. Hercul. de caut. cap. 17 nu. 7. verſ. iuxta prædicta. Vulpell. in d. q. 43. num. 4. in prin. & quęſt. 91. num 7. ea ratione moti, quia dans rei improbæ operam, & ſi actus poſſit ad plura delicta ſe habere in odium delinquentis, aduerſus ipſum durior capitur interpretatio.
18 Contrariam opinionem contra Ang. tenent Doct. communiter, & magis communiter, vt teſtatur Iul. Clar. in d. q. 47, nu. 13. Mandoſ. in addit. ad Roman. conſ. 183. in 1. addit. Hercu. in tract.

tract.de caut.cap.16.nu.6.Farinacc.in d.q.107.nu. 234. qui alios allegat teſtantes etiam de communi, & magis communi, & plures alios, quam fecit Farinacc. cumulauit Bertazzol. in d. conſ.262.nu.7.8 Soarez recept.ſent.in verb adulterium nu.2.Card. Tuſch. d. concl.182.n.39 vbi ſubdit quod ſi dein
19 de conſtaret de animo iniuriandi pax† diceretur rupta. Et ea ratione præcipue mouentur, quia ſemper præſumitur quod quis velit committere vnum delictum, & ſic ſtuprum, vel adulterium, & non plura, & ſic etiam frangere pacem, vel promiſſionem, & quod minus voluerit delinquere, Marſ.conſ.21.n.2.ſeq Alciat.in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt.1 Gramm.deciſ.18 nu 5. & in terminis ita reſpondet Bertazzol. d. conſ.261.nu.10.ſeq ſed erit recurrendum ad coniecturas, & præſumptiones ex qua cauſa fuerit commiſſum delictũ vt ſuperius late deduxi in hac eadem q.in 3.limit.
20 Quinto declara quod licet per adulterium, vel ſtuprum non dicatur rupta pax, ſaltem maritus, vel pater excuſentur a fractione pacis, ſi offenderint ſtuprantem, vel adulterantem ob cauſam nouam eis præſtitam occaſione dictorũ ſtupri, & adulterij Baiard.in d q.47. n. 63. & late dixi in q.44 in 6.ampliat.in princ.
21 Sexto limita in vitio peſſimo, vt per illud dicatur contra uentum promiſſioni de non offendendo etiam quod cauſa libidinis commiſſum fuerit, vt expreſſe tenet Hercul in tract de caut. c. 17.n.7.verſ.excuſationem hanc, quam opinionem tenet ob immanitatem cri-
22 minis, cuius†opinionem Farinacc.non ſequitur in d q 107 nu. 237. inquiens quod immanitas criminis non facit rũpere pacem, vel promiſſionem, ſed animus iniuriandi, & offendendi, quã opinionẽ ego omnino amplector: quia, vt videmus, licet vitium peſſimum puniatur pæna vltimi ſupplicij, etiam adulterium punitur de iure pæna vltimi ſupplicij, Iul Clar. §. adulterium verſ. ſed quæro, & ſtuprum cum raptu eadem pæna mortis punitur. Iul. Clar. §. ſtuprum verſ ſed quæro. Petr. Cabal.in q. crim.caſ.20.nu.12.& tamen in eis non rumpitur pax, niſi probetur quod illa crimina fuerint commiſſa cauſa iniuriæ inferendæ quod idem erit dicẽdum in iſto vitio peſſimo, ſi fuerit commiſſum eadem cauſa iniuriæ inferendæ, vt ex eo dicatur rupta pax; ſed in eo magis erit ſpeciale; quia non poſſet conſiderari ex parte agentis coniectura excuſabilis, vt fuerit accerſitus, vel requiſitus a puero, ſicut conſiderari poſſet in muliere vetula, vel turpi.

Quæſt. LVII.

Pax, vel promiſsio de non offendendo an rumpatur propter furtum commiſſum aduerſus eum, cum quo eſt pax.

SVMMARIVM.

1 *Pax per furtum violata dicitur ſecundum nonnullorum opinionem.*
2 *Sed contraria eſt magis communis.*
3 *Pax dicitur fracta per offenſionem factam in bonis illius, cum quo inita erat pax.*
4 *Quæ opinio magis procedit ſi promiſſio fuerit facta per verba vniuerſalia qualitercunq. quomodocunq. & quo quomodo &c.*
5 *Contrariam opinionẽ tenent ibi Doct.*
6 *Conciliatio iſtarum opinionum.*
7 *Pax rumpitur per furtum, rapinam deuaſtationem, ſeu damnum datum in bonis, quando conſtat quod fuerint commiſſa animo iniuriandi.*
8 *Pax rumpitur per furtum, vel deuaſtationem*

tionem quando pax inita fuerit occasione furti, vel deuastationis. 3

9 *Pax per furtum rumpitur quando fuit promissum, non offendere in re, & in persona.*

10 *Furtum præsumitur factum, non lucri, sed se vendicandi, secundum opinionem aliquorum.* 2

11 *Contraria opinio est communis.*

1 BART. in l. licitatio §. quod illicite nu. 2. ff. de publican. & vectigal. pro resolutione istius quęstionis distinguit tres casus, & primus est, quando quis promisit non offendere in re, vel persona, secundus quando quis promisit non offendere in personam, tertius casus quando quis promisit non offendere simpliciter, & in primo & vltimo casu dicit pacem rumpi per furtum, secus in secundo, quando promisit non offendere in personam: quam distinctionem refert, & sequitur ibi Rom. cons. 7. & confutatis opinionibus contrarijs eidem distinctioni Bart. inhęret. Gozzadin. cons. 31. num. 12. seqq. & Vulpell. in tract. de promiss. de non offend. q. 91. n. 7. circa princ. vers. in hac promissione.

2 Contrariam opinionem quod ex furto non rumpatur pax, cum non animo se vendicandi, sed lucrandi factum censeatur tenet idem Bar. in l. verum num. 5. de furt. quem ibi sequitur Angel. n. 12. Ludou. Caro. cons. 99. n. 13. tom. 1. crim. diuers. vbi testatur Bart. in d. l. verum communiter a Doctoribus approbari. Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 42. vbi de communi. Nicol. Moron. q. 158. nu. 17. Vulpell. de pace q. 43. vbi de communi, Farinacc. de var. & diuers. crimin. q. 107. n. 238. vbi concordantes allegat Viui. opin. 566. num. 5. vbi de magis communi. Hond. cons. 103. nu. 16. lib. 1. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 49. num. 65. Cardin. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. n. 33. Rim. Iun. cons. 299. n. 31. vol. 3.

3 Et tenendo illam opinionem negatiuam, vt per furtum non rumpatur pax tanquã cõem & magis cõem illam limita, & intellige non procedere in alia offensione illata in bonis illius quem quis nõ offendere promisit. Luc. de Penn. in l. vnic. In 21. quæstione num. 51. sub vers. vnde qui facit, C. de publ. letit. lib. 12. vbi dicit quod auferens bona temporalia censetur auferre vitam. Bar. in l. licitatio §. quod illicite nu. 2. ff. de public. & vectigal. Gozzad. cons. 23. nu. 12. seq. vbi loquitur in simplici promissione de non offendendo, & in comburente fænile alterius. Nouell. in pract. crim. §. fin. num. 86. qui loquitur in damno dato in bonis. Surd. decisione Mantuan. 79. nu. 3. qui loquitur de inferẽte graue damnum in bonis alicuius. Vulpell. in tract. de pac. q. 4. vers. illud non omittam, qui loquitur in furto cum violentia. Quæ limitatio magis procederet

4 in promissione † facta per verba vniuersalia nempe de nõ offendendo quoquomodo, vt per Marsil. in cons. 80. n. 46. seqq. qui loquitur in eo, qui boues immisit in alienum agrum ad commedendum fęnum incisum, & turbando illius possessionem.

5 Contrariam autem opinionem tenuit Bart. sibi contrarius in d. l. verũ n. 5. vers. pro hac facit ff. de furt. Paul. de Castr. in d. §. quod illicite nu. 4. Corn. in cons. 44. nu. 12. lib. 4. vbi generaliter loquitur in rapina, & robaria. Hercul. de caut. cap. 25. nu. 1. Farinacc. de var. & diuers. crim. q. 107. nu. 240. seq. qui refert istas contrarias opiniones, & illas absq. conciliatione † relinquit.

6 Quarum resolutio dependet a verbis instrumenti, vel contractus pacis, vt si fuerit promissum non offendere in personam, tunc per deuastationem bonorum, vel robariam non rumpatur pax, cum requiratur quod corpus lædatur cum dolore, tumore, vel liuore, vt plu-

ries

ries dixi in superioribus quęstionibus. Si vero fuerit promissum non offendere simpliciter, vel personaliter, tunc per violentiam ablatiuam, vel expulsiuam, per quam dicitur offensa persona, occasione tamen rei, vt docet Paul. de Castr. in d. l. licitatio §. quod illicite, nu. 4. de public. & vectigal. non erit forsan inconueniens affirmare per dictam violentiam, & deuastationem pacem rumpi: & si verba fuerint vniuersalia, quo quomodo, qualitercunq. &c. credo quod essemus extra omnem difficultatem, vt per deuastationem bonorum, & per aliam offensionem illatam in bonis fracta pax dicatur. Mars. in d. cons. 80. n. 46. vers. secundo respondeo, & num. seq. cum similis stipulatio augeat promissionem, & excludat omnes modos, per quos quoquo modo iniuria inferri possit ei, cum quo pacē habuerit, vt late dixi supra in quæstione 52.

7 Secundo limita quando furtum rapina, vel deuastatio, seu damnum datū in bonis non fuerit commissum causa lucri, sed causa offendendi, & iniuriandi: vt in specie declarat Gozzad. in d. cons. 31. nu. 14. Viui. d. opin. 565. nu. 5. vers. sed idem; Farinacc. in d. quæst. 107. num. 242. & faciunt ea, quę late posui in pręcedenti quæst. sub num. ..

8 Tertio limita quando pax fuerit inita, vel promissio facta occasione furti, vel offensionis in bonis illatę; quia tūc per nouum damnum, vel furtum dicitur contrauentum promissioni: vt in specie declarant Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 29. 42. Nic. Mor. de treug. & pac. quęst. 155. per totam, & q. 158. in fin. num. 17. Farinacc. in d. quęst. 107. nu. 243. & faciunt ea, quæ late dixi in præcedenti quæst. sub nu. 15.

9 Quarto limita quando fuisset facta pax cum promissione non offendendi in re, & in persona, quia per furtum rumpitur pax Gerard. Mazol. cons. 42. num. 1. seqq. vbi tradit, nisi furtum fuerit commissum in re modica. Baiard. ad Iul. Clar. §. finali quęst. 47. num. 65. qui Mazol. loquitur in duobus manipulis frumenti, in agro existentibus.

10 Quinto limita, & intellige, vt in dubio semper pręsumatur furtum factum fuisse non causa lucri, sed causa se vendicandi, cum in delictis, supposito maleficio pro vero, semper pręsumatur contra delinquentem. Florian. in l. si quis testam. §. fin. de pac. tenen. Vulp. de pac. q. 43. n. 3. vers. ego autem, & in q. 91. nu. 7.

11 Contrariam opinionem, vt in dubio furtum pręsumatur factum causa lucri & auaritiæ, & non animo offendendi Bar. in d. l. verum ff. de furt. quem communiter consulentes sequuntur, vt testatur Ludou. Cat. cons. 99. num. 13. tom. 1. crim. Iacob. Nouel. in Pract. criminal. cap. fin. num. 29. vbi alios concordantes allegat, & n. 112. sequendo opinionem. Bar. in d. l. verum Farinacc. in d. quęst. 107. num. 245. vbi de communi, Baiard. in §. fin. ad. Iul. Clar. quæst. 47. num. 65. & faciunt ea, quę late posui in proxima præcedenti quæstione.

Quæst. LVIII.

Pax, vel promissio de non offendendo an rumpatur per actus Iudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Pax an rumpatur per actus Iudiciales.*

2 *Pax rumpitur per falsam accusationē, meram calumniam, & falsas probationes.*

Pax

3. *Pax dicitur rupta quando accusator non probauit querelam.*
4 *Nisi tamen habuerit aliquam causam accusandi, licet illam non probauerit, & ibi ponuntur exempla de causa iusta.*
5 *Secus si nullam causam habuerit; quia præsumitur calumnia, & inducitur fractura pacis.*
6 *Pax rumpitur per accusationem, non prosequendo suam, vel suorum iniuriam.*
7 *Accusatio est genus illaudabilis intentionis.*
8 *Accusatio proposita zelo Iustitiæ, & non liuore vindictæ non frangit pacem.*
9. *Author reprobat huiusmodi opinionem, & ibi illam melius declarat.*
10. *An zelo Iustitiæ, vel liuore vindictæ quis accuset relinquitur arbitrio Iudicis.*
11 *Pax dicitur rupta reducendo aduersarium ad calamitatem, vel faciendo illum priuare aliqua dignitate, vel officio.*
12 *Declara, & intellige an iudicialiter, vel extraiudicialiter id fuerit.*
13 *Instigator an incidat in pœnam pacis ruptæ.*
14 Pax per depositionem *factam in Iudicio an dicatur rupta distingue an falsum, vel verum deposuerit.*
15 *An procedat tam in causa Ciuili, quam Criminali.*
16 *Et distinguitur an sponte, vel coactè quis deposuerit.*
17 *Pax an rumpatur per Aduocatum præstantem patrocinium contra suum aduersarium, distingue vt ibi.*
18 Pax *non dicitur rupta per actum iustum, & licitum.*

1 BALD. in cons. 195. num. 6. vers. illud est sciendum lib. 2. dicit quod pax nec publica, nec priuata rumpatur per controuersias Iudiciales. Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax concl. 182. num. 16. tamen vt ista quæstio bene enucleata, & discussa remaneat, distinguo plures casus, & primus erit si per accusationem in Iudicio factam de aliquo delicto contra eum, cum quo aderat pax, vel promis-
1 sio, rumpatur: In qua resolutione dici-
2 tur, quod si accusatio † fuerit falsa, & produxerit falsas probationes, & in mera calumnia accusator fuit detectus, & tunc per accusationem pax, & promissio de non offendendo dicatur fracta. Luc. de Penn. in l. vni. quæst. 17. nu. 43. vers. distinguendum puto, & n. 51. vers. item hoc verum nisi delator C. de publ. lætit. lib. 12. Nicol. Moro. in tract. de treug. & pac. q. 160. num. 1. 4. & 5. Surd. decis. Mantuan. 79. nu. 4. Farin. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 18.
3 n. 254. Si vero non fuerit vera in calumnia; neq. produxit falsas probationes, sed tantummodo non probauit deducta in accusatione, vel ab ea destitit, & sic fuerit in præsumpta calumnia; & isto etiam casu pax diceretur rupta, vt declarat d. Luc. de Penn. in d. l. vni. nu. 43. circa finem vers. primo casu, & nu. 51. circa fin. vers. aut non probat, & vers. quod autem, qui etiam loquitur in pœna conuentionali in pace apposita, quæ sequitur. Surd. in d. decis. Mantuan. 79. nu. 3. Farinac. d. q. 107. num.
4 255. seq. vbi videtur hanc † decisionem restringere quando habuerit aliquam iustam causam accusandi; quia licet non probauerit, tamen a pœna pacis ruptæ excusetur. Quam Farinacc. restrictionem ego admitterem, si vere habuerit aliquam iustam causam; vt si audiuerit a personis fide dignis, vel adesset contra illum accusatum publica vox, & fama, & aliæ similes probationes; quæ excusare solent a calumnia. Iul. Clar. §. fin. q. 62. nu. 8. Menoch. de arbitr. cas. 177. nu. 1. & cas. 321. n. 19. seqq. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 253. nu. 21. seqq. vol. 1. Honded.

cons.

5 conſ.99.nu.31.vol.1. Secus † autem ſi
nihil deduxerit ad accuſationem pro-
bandam, cum tunc vti calumniator
puniatur ſine alijs indicijs: contra
eum exiſtentibus Garg. Bonon. quę-
ſtione 19. num. 91. tom. 1. Hieron.
Grat. conſ. 97. num. 5. vol. 1. Maſcard.
conſ. 253. nu. 1. vol. 1. de probat. vbi de
communi. Et ideo iſto caſu cum iura
pręſumant quod calumnioſe, & non ze
lo Iuſtitię propoſuerit accuſationem.
Ideo arbitror quod omnino pœna pa-
cis ruptæ puniri poſſit, per ea, quę in
terminis tradit Luc. de Penn. in d. l.
vnic. q. 22. n. 51. in fin. vbi ſubdit quod
talis delatio arguenda eſt vt ex odio
proceſſerit, & ex ea violauerit charita-
tem, quam per oſculum pacis, & iura-
mentum ſeruare debebat.

6 Secundus caſus erit quando propo-
ſuit accuſationem ſuper aliquo crimi-
ne, non proſequendo tamen ſuam, vel
ſuorum iniuriã; & iſto caſu videtur fuiſ
7 ſe pacem † violatam; cum accuſatio ſit
genus illaudabilis intentionis 2. q. 7. Si
quis Epiſcopus, & per eam fuerit factus
ſibi inimicus accuſator, Auth. de te-
ſtib. § ſi vero quis dicat, & omnis, qui
detrahit, ideſt accuſat homicida ſit: vę
per hęc fundamẽta tenet hanc opinio-
nem Luc. de Pen. in d. l. vnj. nu. 43. Qui
tandem pro reſolutione præſentis quę-
ſtionis diſtinguit, aut propoſuit accu-
8 ſationem † zelo Iuſtitiæ, aut liuore
vindictæ, & in primo caſu zelo Iuſtitię,
non frangatur pax, in ſecundo caſu li-
uore vindictæ etiam ſi probauerit ac-
cuſationem pax rupta cenſeatur; quam
diſtinctionem refert, & ſequitur Surd.
d. deciſ. Mantuan. 79. nu. 3. ſeq. & Iul.
Feret. de ferijs. n. 190. ſeqq. de qua ta-
men diſtinctione dubitat Farinac. in d.
q. 107. nu. 259. per ea, quę ipſe dixit in
eadem quæſt. num. 253. ob publicam
vtilitatem, ne delicta remaneant im-
punita: quam dubitationem non ad-
mitto ita ſimpliciter; quia huiuſmodi
delictum potuit deduci ad notitiam
Curiæ per alios: & ſic delicta non
remanerent impunita: & ideo credo
poſſe dubitationem Farinacc. ſubſtine-
ri in caſu occulto, quando delictum
non potuerit deduci per alios, quam
per ipſum paciſcentem: & tunc per
dictam rationem publicæ vtilitatis, &
ne delictum remaneat impunitum cre-
do, vt dixi poſſe ſubſtineri d. Farinacc.
dubitationem: quia tunc ſubintrat
alia conſideratio, vt potius zelo Iuſti-
tiæ, quam liuore vindictæ illud deli-
ctum ad notitiam Curiæ deduxerit; &
ob id ceſſat fractura pacis, iuxta diſtin-
10 ctionem Luc. de Penn. & Surd. & † an
liuore vindictę, vel zelo Iuſtitię in alijs
caſibus cenſeatur quis ſe mouere ad
accuſandum Iudicis eſt arbitrio remit
tendum iuxta perſonarum qualitates,
vt decidit Luc. de Penn. in d. l. vni. nu.
43. in fin. verſ. in dubio vero.

11 Tertius caſus erit quando quis intu-
lit iniuriam in perſonam alterius paci
ſcentis, per quam illum reduxit ad
calamitatem, vel periculum ſubſtantiæ
ſuę totius, aut maioris partis, aut fecit
illum honore, dignitate, vel officio,
quod habebat priuari; & tunc ſi hæc
12 omnia geſta † fuerunt extra iudicium,
prout ſolent facere homines maligni,
& falſi impoſtores hac noſtra tempe-
ſtate, malo noſtro fato, & perfidi ſuſur-
rones ad aures Principis, qui deberent
tanquam peſſimi viri a populo lapida-
ri, & a Principibus de conſortio reijci,
& a Ciuitate expelli, cum de fraudent
Principũ intentionẽ rectã, & occidant
honorẽ, famã, & ſtatũ perſonarũ. & iſto
caſu ſine dubio pax dicitur violata; aut
in Iudicio fabricato proceſſu, & ſerua-
to ordine iudicario, & tũc ſi accuſator
probauit accuſationẽ, pacis vinculo nõ
obſtãte poterit ſup deductis in iudicio
aduerſus eũ experiri, & nõ dicitur vio-
lata pax; aut non probauit, & tũc ſi ac-
cuſatus fuerit abſolutus, accuſator di-
citur pacẽ violaſſe, vt late tradit ita di
ſtinguẽdo Luc. de Pen. in l. vni. nu. 51.

per totum C. de public. lęti. lib. 12. Iul. Feret. de ferijs. n. 147. & 170. & Lud. a Peguer. decis. 21. num. 7. etiam firmat quod pax rumpatur ab eo, qui alium, cum quo pacem habet persequitur, taliter quod ex eius persequutione posset alteri damnum inferri. Si vero nō accusauerit, sed tantūmodo accusationi p aliū iā institutæ adhæserit, ac instigauerit, suā, vel suorum iniuriam nō prosequendo; & tunc omnino credo quod p ipsam instigationē in causa capitali, vel graui pax dicatur violata: quia tūc cessat ratio publicæ vindictę, ne delictum remaneat impunitū: & cessat interesse: ideo subintrat quod tantummodo liuore vindictę sollicitet causam contra accusatum, cum etiam instigator alias puniatur pœna Turpillani, & condemnetur in expensis. Ias. cons. 2. nu. 9. vers. & per istam vol. 1. late Hier. Grat. cons. 97. nu. 1. seqq. vol. 1. Quod est notandum: quia sæpe vidi in facto contingere quod facti pace firmata iuramento immemores promissionis Deo factę de non offendendo, amplius illū, quo cum pace fecerunt, & immemores proprij honoris nomen fractoris pacis per instigationem in populo assumūt.

14 Casus erit an per testimonium in iudicio factum pax, vel promissio de non offendendo violata dicatur. In quo est distinguēdum quod si falsum deposuit in iudicio, dicitur illum, cōtra quē deposuit iniuria afficere Crauett. cons. 13. n. 3. & ob id pacē, ac promissionē violasse, vt iudicauit Senatus Mantuanus teste Surd. decis. 79. in fin. quę decisio est vera ex falsa depositione emanata

15 tā in causa criminali, quā ciuili, & si in promissione fuerit dictū pacē non rumpi, nec pęnā eius incurri, nisi ex insultu studiose commisso ex morte hominis, vel membrorum debilitatione, ex combustione frumentorū, & domorum, ex amputatione vineatū, aut arborū, cū a maioritate rationis ita paciscentes interrogati fuissent idē etiā respōdissēt, pacem rumpi per falsam dispositionem omnino dicēdū est: vt late comprobat Port. Imol. cons. 213. per totum, sed Farinacc. in d. q. 107, nu. 247. seq. videtur dubitare de opinione Port. Imolen. cū in pace, quando agitur de pęna declaranda, fiat stricta interpretatio, vt omissum habeatur pro omisso, & non extendatur ad casum in pace non expręssum: vt ego late deduxi supra in quæst. 34. Sed ad huiusmodi Farinacc. dubitationem idem Port. Imol. in d. consil. 213. nu. 12. seqq. occurrit, vt non procędat, quia potius in contractibus attendatur voluntas cōtrahentiū, quam ponderentur verba: & ideo iste non sit casus omissus, sed ex voluntate contrahentium expræssus. Si vero huiusmodi falsa attestatio emanauerit, non sponte, sed coacte; quia fuerit coniectus in carcerem, vel fuerit persona rustica, & rudis, & blandis verbis, ac fraudibus fuerit inductus ad falsum deponendū, vel fuerit talis, qui de facili decipi potuerit, vel si non constet quod cōtemplatione alicuius falsam attestationem fecerit. Iudex arbitrabitur pacem non esse violatam, vt late prosequitur. Port. Imol. in d. cons. 213. n. 13. vers. quę cum & n. 14. & 15. & Farinacc. in d. q. 107. art. 18. nu. 250.

16 Si vero depositio non fuerit falsa, & emanauerit in causa ciuili, siue coacte siue sponte per eam non potest dici rupta pax, cum cesset dolus, & malus animus, sine quo non violatur pax. Mascard. de probat. cōcl. 1162. n. 14. seqq. & 122. vbi de communi lib. 2. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. n. 30. & post Hercul. in tract. de caut. c. 25. nu. 2. in fine in terminis istius casus firmat. Farinacc. in d. q. 107. nu. 251. Si vero deposuerit in causa criminali, graui, non tamen falsum deposuerit, si coacte per carcerationem, per præcepta, vel quia fuerit citatus, nō dicitur rupta pax: si vero spōte, cēseretur liuore vindictæ accessisse ad deponēdū:

&

& ideo pax violata dicatur; cum ex sola depositione in causa criminali graui consideretur rancor, & odium, & contrahatur, inimicitia capitalis. Iul. Clar. q. 24. nu. 7. Blanch. de Indit. num. 158. seqq. Sim. de Pret. cons. 15. num. 69. qui loquitur in sponte deponente; & successiue cum liuor vindictæ detegatur, pax dicitur violata: vt tenet post Ferrett. in tract. de Fer. num. 190. Surd. in d. decis. Mantuan. 74. nu. 4. in fin. & seq. Quamuis Farinacc. in d. q. 107. nu. 253. non admittat huiusmodi opinionem ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita: Quæ opinio Farinacc. posset forsan procedere quando tota probatio delicti consisteret in depositione istius testis, & veritas aliunde per alios haberi non posset, quia tunc vigeret fauor publicus, ob quem multa admittuntur, quæ alias non admitterentur. Marsil. sing. 73. & in Pract. crim. §. diligenter num. 81. & num. 124. Gram. consil. 45. num. 19. cons. 58. num. 10. late Ant. Gabr. in tit. de testib. lib. 1. concl. 7. secus si aliunde veritas haberi posset, & sponte deponeret in causa capitali, vel graui; quia tunc consideratur odium, rancor, & liuor vindictę, & contrahitur inimicitia capitalis, vt supra deduxi; & successiue pax omnino violata dicatur: & in isto casu non admitto attestationem Farinacc. in practica esse magis receptam per depositionem iudicialem in causa criminali sponte factã nõ rumpi pacẽ, nisi essemus in odio irrationabili: quia agitur de pœna cõtra illũ, qui delictũ non cõmisit; vt pluries in alijs quæstionibus superius deduxi. Sed in crimine lęsæ maiestatis, vel hęresis nunquam per accusationem, vel depositionẽ violaretur pax. Luc. de Penn. in d. l. vni. num. 43. vers. & attende C. de publ. lætit. lib. 2.

17 Quintus casus est an si Aduocatus, pręstet patrocinium suum in iudicio contra alterum in accusatione capitali per tertiam personam instituta dicatur violare pacem Luc. de Penn. in l. vnic. num. 46. seqq. C. de public. lætit. lib. 12. tangit hanc quęstionem, & ad partes illam disputat, & distinguendo illam resoluit inquiens: Aut constat quod patrocinium pręstet ex necessitate officij, & non dicatur pacẽ violare: Aut quod illud pręstat odio & dolo malo, & tunc dicatur illã rumpere; Aut est dubium, & tunc non pręsumatur quod odio, & dolo malo illud præstiterit; cum non præsumatur esse immemor salutis æternę: nisi etiam in primo casu, data opera, & affectata occasione sub prætextu necessitatis officij patrocinium susceperit: vt late prosequitur Luc. de Penn. in d. l. vni. n. 48. 49. Iul. Feret. de re mil. tit. de fetijs. nu. 185. seqq.

18 Sextus casus est quando quis aliquid facit iuste: quia non dicitur rumpere pacem. Bal cons. 195. num. 8. vers. quis ergo lib. 2. Et ideo si quis repetat damna passa tempore belli expresse nõ remissa per viam Iuris, non frangit pacẽm. Bald. cons. 140. num. 4. versic. super quarto lib. 4. Cardinal. Tusch. tom. 6. in verb. pax conclus. 182. num. 17. vbi sub nu. 20. post Signor. in cons. 5. nu. 9. seqq. firmat quod percutiens illum, qui vult eum de possessione eijcere, non dicitur rumpere pacem, quia dicitur licite facere.

Quæst. LIX.

Pax, vel promissio de non offendendo an rumpatur per offensionem factam extra Territorium loci Iudicis, coram quo partes pacem fecerunt.

SVMMARIVM.

1 *Pax dicitur rupta etiam per offensionem factam extra territorium Iudicis, coram quo fuit facta pax, vel præstita cautio.*

2 *Contrariam opinionem aliqui tenet, vt ibi.*

3 *Pax rupta extra Territorium operatur, vt delinquens puniatur pœna conuentionali, per Iudicem, coram quo contracta fuit pax, & pœna Iuris communis per Iudicem loci commissi delicti.*

4 *Pax rumpitur quando fuit promissum non offendere, vel damnificare, si damnum fuerit datum in bonis existentibus extra Territorium.*

5 *Remissio frangentis pacem an sit facienda per Iudicem loci delicti ad Iudicem conuentionis.*

6 *Remissio delinquentis de vno Iudice ad alium de consuetudine Italiæ non fit.*

7 *Sed iudex poterit concedere remissionem si vult.*

8 *De contraria consuetudine testatur Author, & ponit casus sequutos.*

9 *Remissio delinquentis non fit per Curiam Romanam de consuetudine, quæ omnino seruanda est.*

1 DOCTORES in hac quæstione tenēt partem affirmatiuam, vt etiam extra Territoriū Iudicis illius, coram quo fuit facta pax, vel promissio de non offendendo, rumpatur pax, per offensionem sequutam inter paciscētes; vt post Guliel. de Cun. defendit Bar. in l. illicitas §. ne potentiores nu. 6. ff. de offic. Præsid. cum non censeatur magis se obligasse ad vnum locum, quam ad alium; & quia promissio respicit personā, vnde cū sequitur quocūq. vadat: Quā sentētiā per istas, & alias rationes per Bar. allegatas sequitur Alberic. in d. §. ne potentiores nu. 10. quos sequuntur Ias. in l. fin. nu. 12. ff. de Iurisd. omn. Iud. & ibi Marsil. num. 16. & singul. 532. & per easdem rationes Bar. eamdem opinionem sequuntur Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 9. nu. 1. seqq. Mascard. de probat. concl. 1131. num. 8. & seq. lib. 3. Vulpell. late in tract. de promiss. quæstione 89. per totam, vbi in fine dicit; alias facile huiusmodi promissionibus fraus fieret; & hanc eamdem opinionem sequitur Farinacc. de var. ac diuers. crimin. quæstione 107. art. 16. num. 259. seq. nec ab ea dissentit Hier. de Mont. quęst. 7. nu. 2. in fin. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 47. num. 8. vers. Item adde. Mars. in tract. Bannit. in verb. pace num. 28. vbi dicit, quod in hac materia pacis non habet locum d. l. fin. ff. de Iurisd. omn.
1 Iud. licet idem Guliel. de Cun. in l. denunciamus num. 38. versic. sed quęro qualiter C. de his, qui ad Eccl. con-
2 fug. contrariam opinionem † tueatur ex generali regula l. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. vt refert Vulpell. in d. quęst. 89. num. 1. & secundum eādem opinionem Gulielm. tenet Bald. in cons. 55. num. 2. in princ. lib. 2. & Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. num. 6. Cephal. cons. 35. nu. 19. vol. 1. vbi concordantes allegat.

3 Imo contraueniens paci, vel promissioni duplici pęna puniendus est, vna Iuris communis, quæ erit exigenda a Iudice loci commissi delicti, altera conuentionali, quę applicabitur Iudici, coram quo fuit facta pax, vel data promissio de non offendendo, vt dicit Alberic. in d. l. illicitas §. ne potentiores num. 10. Nec (inquit ibi Alberic.) absurdum est reputandum a duobus Iudicibus puniri, cum hoc iura permittant. §. si vero crimen. Authen. de sanct. Episc. l. placet in fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Quod non contingeret in promissione de non offendendo, vel damnificando bona; quia

si

ſi damnum datum fuerit in bonis illius, quem promiſit non offendere in dictis bonis ſitis extra territorium, vel iuriſdictionem eiuſdem Iudicis, coram quo fuit facta promiſſio, non diceretur contrauentum promiſſioni, vt declarat Vulpell. de promiſſ. in d. 89. nu. 3. 9.

5 Sed an per Iudicem loci delicti eſſet remittendus frangens pacem ad Iudicem loci, vbi facta fuit promiſſio, Herculan. de caut. de non offend. cap. 9. num. 5. in fin. annuit hanc difficultatem, & dicit in hoc delicto, prout in cæteris eſſe attendendam conſuetudinem, & Boſſ. in tit. de for. compet. n. 58. quem refert Iul. Clar. q. 38. nu. 25. dicit quod fiat remiſſio quando agitur de pluribus delictis per aliquem commiſſis ſuper quibus duo Iudices procedunt, vt finito proceſſu per vnum fiat remiſſio inquiſiti ad alium, vt ipſe finire proceſſum ſuum valeat, & quod ita obſeruatur quotidie, qui vere tamen loquitur quando iſti duo Iudices ſub eodem Præſide, vel ſub eodem Principe ſunt ſecus ſi eſſent ſub diuerſis Dominijs: quia non fieret remiſſio de vno ad alium de conſuetudine & quod de conſuetudine remiſſio fieri non ſoleat, vltra Iul. Clar. in d. q. 38. nu. 19. & Doct. per eum allegatos teſtatur Viui. comm. opin. in verb. Iudex domicilij nu. 9. latiſſime Deci. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 219. nu. 11. & 18. & de ge-
6 nerali conſuetudine totius † Italiç, vt non fiat remiſſio teſtatur Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crim. in verb. remiſſio in fin. licet etiam ſtante dicta conſuetudine, Iudex vnius dominij poterit ad
7 alium Iudicem † alterius dominij remittere delinquentem, ſi vellet. Decian. in tract. crim. lib. 4. tom. 1. cap. 19. nu. 11. verſ. & licet ſit conſuetudo, & Iul. Clar. in d. q. 38. n. 20. verſ. bene verum eſt; & Theſaur. deciſ. 90. nu. 4. in fin. teſtantur vidiſſe obſeruari in diuerſis caſibus fieri remiſſione delinquentium, & pręcipue per Senatum Mediolani, & per Rempublicam Venetam; ſed Baiar. in add. ad Iul. Clar. in d. q. 38. num. 72.
9 eumdem Iul. Clar. reprehendit † contra illam Rempublicam Venetam ita atteſtantem: & ego vidi millies per diuerſos Principes, & Reſpublicas fieri de perſonis delinquentium ad Curiam Romanam, remiſſionem, & fere omnes Principes hodie ad nutum Summi Pontificis obediunt in remittendo delinquentes ad Sedem Apoſtolicam: & ego dũ fui Locumtenens in Criminalibus Auditoris Cameræ. ſuſpendere feci duos delinquentes remiſſos ad Tribunal Auditoris Cameræ, vnum a Republica Ianuenſe, alterũ a Duce Parmę: licet ipſa Curia Romana delinquentes ad alios Principes de conſuetudine nõ remittat, cum in ea, qui vbicunq. delinquerunt puniantur, cum ſit communis Patria, Oldrad. conſ. 124. in fine. Couarr. Pract. q. cap. 11. ſub n. 7. Iul. Clar. q. 38. n. 24. vbi Baiard. nu. 75. latiſſime Farinacc. tit. de inquiſit. q. 7. n. 12. quę conſuetudo in fauorem Curię Romanę omnino ſeruanda eſt, vt teſtatur Deci. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 19. nu. 11. & nu. 25.

Quæſt. LX.

Pax an violata dicatur ſi vnus offenſus ſit ab extraneo altero paciſcente præſente, & permittente illum offendi.

SVMMARIVM.

1 *Pax dicitur rupta per illum, qui vidit aduerſarium ſuum ab extraneo offendi, & auxilium non prabuit.*

2 *Declara, vt ibi.*

3 *In dubio quid præsumendum.*
4 *Obuiare delicto quis de Iure ciuili, & Canonico non tenetur, & insultatum defendere; secus in foro conscientiæ.*

1 LVC. de Penn. in l. vni. in
18. q. n. 44. C. de publ. lę-
tit. lib. 12. proponit hanc
Quęstionem, & ponit plu-
ra fundamenta longa se-
rie pro vtraq. parte digesta, & tandem
sub n. 45. dicit esse respiciendas condi-
tiones personarum; vt si ille, qui inter-
fuit fuerat solitus alios a similibus vio-
lentijs, & offensis eripere, & non fecit,
præsumatur hoc prætermisisse per nequi-
tiam, & odium manifestum: & ob id
propter osculum, & iuramentum pręsti
tum dicatur violasse pacem. Si vero
2 esset homo† alias debilis, & pusillani-
mis, & rixæ alterius non se immiscens
non censetur desijsse illum iuuare, &
eripere ab offensis per nequitiam: &
3 ideo non dicitur pacem violasse. In† du-
bio autem videtur in culpa si illum
paciscentem percussum, & oppręssum
non defendat, cum sanctius sit Chari-
tati, & Iustitię deseruire, eripiendo pro-
ximum a periculo, quam proximum in
offensionis periculo sub incerto relin-
quere, cum pax hominum sit ordinata
concordia, vt primo nulli noceat, dein-
de, vt prosit cui potest, quam declara-
tionem sequitur Iul. Feret. de ferijs. in.
183. & Nicol. Moron. de treug. & pac.
q. 141. per totam. Sed huic declara-
tioni, & distinctioni factæ per Luc. de
Penn. in d. l. vni. videtur obstare illa
communis conclusio, quæ se habet, vt
in foro contentioso, tam de Iure ciuili,
4 quam Canonico† quis non teneatur
obuiare delicto, nec tueri, vel defende-
re insultatum. Franc. Viu. comm. opin.
in verb. defendere n. 2. Decian. respon.
65. nu. 6. vol. 3. late Hond. cons. 98. nu.
34. vol. 1. & late in cons. 96. num. 26.
vol. 2. vbi repræhendit Couar. qui ali-
ter sentiebat Iul. Clar. §. fin. q. 87. num.
5. vbi Baiard. n. 15. qui omnes conclu-
dunt nulla pœna puniri non defenden-
tem insultatum, licet aliter sit in foro
conscientiæ.

Quæst. LXI.

Bannitus an possit impune offendi sine incursu pænæ pacis ruptæ.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus offensus per pacissentem an dicatur comprehensus in pace: & aliqui in bannito Patrię proditore tenent partem affirmatiuam, secus in bannito alia causa.*
2 *Item distinguunt an Zelo Iustitiæ, vel odio, seu iniquitate.*
3 *Bannitus vigore statuti, si impune potest occidi, sine incursu panę pacis ruptę interficitur.*
4 *Quæ opinio procedit, etiam si pax fuerit iuramento firmata.*
5 *Ac magis procedit, si tempore inita pacis fuisset bannitus.*
6 *Secus in foro honoris, & penes vulgum; quia non potest occidi sine incursu pœnæ fractæ pacis.*
7 *Bannitus interfectus non inducit fractionem pacis, etiam si post bannum superuenerit statutum quod possent banniti impune occidi.*
8 *Mulier prægnans bannita, stante dicto statuto, potest impune offendi.*
9 *Cõtrariam opinionem tenent ibi Doct.*
10 *Socium banniti interficiens, cum quo erat pax, non incidit in pænam pacis ruptæ.*
11 *Promissio facta officiali, & omnibus, quorum interest non offendere aliquem de tali familia, si quis interficiat aliquem bannitum de eadem familia a territorio loci, in quo fecit pro-*

promissionem, non efficit, vt rumpatur pax.

12 *Pax non rumpitur etiam si fuerit facta expresse cum bannitis, si bannitus occidatur.*

13 *Pax non rumpitur si fuerit offensus bannitus deinde gratiatus a Principe.*

14 *Interficiens associantes bannitos non rumpit pacem.*

15 *Pax rumpitur interficiendo bannitum, quando non poterat impune offendi.*

16 *Impuberes non continentur in pace, nisi de eis fuerit facta expressa mentio.*

17 *Bannitus, nec eius procurator admittitur ad agendum pro pœna sibi applicata occasione pacis ruptę.*

18 *Bannitus interfectus a paciscente; quia sibi tantummodo fuit concessa facultas interficiendi, inducit fractionem pacis.*

19 *Bannitus interficiens etiam se defendendo aduersarium, cum quo fecisset pacem, tenetur pœna pacis ruptæ.*

20 *Defensio, licet sit de iure naturæ, & tolli non possit, in aliquibus tamen casibus tolli potest.*

21 *Pax rumpitur si quis interficiat bannitum toleratum a superiore.*

22 *Pax rumpitur si quis interficiat bannitum, qui esset in carceribus, vel in manibus Curiæ, vel duceretur ad supplicium.*

23 *Pax rumpitur interficiendo bannitum quando ita esset dispositum per statutum.*

1 LVC. de penn. in l. vni. n. 65. seqq. C. de public. lætit. lib. 12. post Iacob. de Bell. & Oldr. ponit hanc quęstionem, & ad partes illam disputat, & sub n. 59. refert quod Iacob. tradit hanc distinctionem: Aut Bannitus quis fuit ob proditionem erga Patriam, & ille possit sine incursu pœnæ pacis ruptæ occidi: Aut fuit bannitus ob aliam causam, & tunc si fuit occisus dum Patriam oppugnaret, nec etiã homicida aliqua pęna pacis ruptę plectatur: Si vero fuerit bannitus, & eius bona fuerint publicata, tunc, cum non possit habere hæredem, nec pœna ab homicida peti poterit: Si vero bona eius non fuerint publicata sed tantummodo ipse bannitus, tunc illum offendere non liceat, & sub nu. 60. refert quod Oldr. qui etiam istam quæstionem ad plenum disputauit tenet simpliciter stipulationem pœnalem non esse commissam. Nell. in tract. de bannit. 3. par. 2. temp. nu. 52. refert etiam opiniones dictorũ Iacob. & Oldr. sed ipse Luc. de Penn. in eadem l. vnic. nu. 60. versic. vel duas, videtur distinguere quod sit attendenda voluntas, & propositum homicidæ, & sic si occidat zelo Iustitiæ excusetur a pœna, si nequitia, vel odio tunc puniendus sit: Si vero fuerit
2 dubium an zelo Iustitię, vel odio interfecerit, pręsumitur bono animo, & zelo Iustitię perpetrasse homicidium: Et hanc distinctionem de zelo iustitiæ, vel odio, seu iniquitate sequitur Cæphal. in cons. 35. num. 21. vol. 1. nec ab ea dissentire videtur Nic. Mor. in tract. de treug. & pac. q. 107. n. 9. & 10. & Ias. in l qui seruam nu. 5. ff. de verb. oblig. dicit quod Bononiæ fuit determinatum quod bannitus ex suo contractu, & prouisione securitatem haberet; & Bar. in quæst. 1. Lucanæ Ciuitatis ponit etiam hanc quęstionem, & pro vtraq. parte ponit decem fundamenta, quam quæstionem Bar. refert late Card. Tusch. concl. 176. nu. 1. seqq. tom. 6. in verb. pax.

3 Pro resolutione dicendum est, quod si bannitus vigore statuti potest impune offendi, prout est in Ciuitate Castelli Patria mea lib. 3. cap. 107. & in toto statu Ecclesiastico per extrauagantes Summorum Pontificum, & præsertim Pij 4. & Pij 5. & tunc si post factam pacem cum inimico efficiatur bannitus, poterit sine incursu pœnę pacis ruptæ inter-

interfici Bero.cõs.196.n.11.seq.&c ōs. 197.n.6.lib.3.Nell.in tract.de bannit. 3.par.2.temp.n.51.per rationes longa serie per eum adductas,& sub nu.52.in fine testatur quod ita setuatur. Vulpel. in tract.de pace q.36.n.1.vers. nihilominus,& n.2.&3.vbi inquit cum tempore offensionis bannitus sit effectus hostis Ciuitatis, & alia persona diuersa a prima, & noua offendendi causa superuenerit,scilicet bannum Hercul. in tract.de caut.cap.23.nu.5.& quia publica vindicta pacto priuatorum tolli non potest,ideo poterit impune offendi,qui Vulpell. etiam testatur de crebriori sententia Barbat.in cons.1.num. 107.vol.3.Card.Tusch.tom.6.in verb. pax concl.182.nu.2.Sim.de Pret. cons. 78.nu.18.seq.qui tamen loquitur in cautione de non offendendo. Marsil.in tract.Bannit.in verb.pax nu.24.Iacob. Nouell.in tract.crim.cap.fin.num. 54. vbi de communi. Io:Maria Monticell. pract.crim.regul.3.n.8.Quę conclusio

4 procedit etiam si pax†fuisset iuramento roborata;nam adhuc ea non obstante poterit bannitus sine incursu pœnę pacis ruptę occidi.Nell.in d. 3.par.2. temp.n.51.vers.quod si pax esset.Tob. Non.cons.112.nu.23.Gozzadin.cons. 61.nu.14.seq.Bero.d.cons.196.nu.11. seq. lib.3.Marsil.in pract. crim. §. aggredior nu.84.vers. & ideo contraueniens Hercul.de caut.cap.23.n.8.Vulpell.de pac.q.36.num.1.in fin.Baiard. ad Iul.Clar.§.fin.quęst.47.num.7.seq. & num. 34.Card.Tusch.d.tom. 6.in verb.pax concl.182.num. 2.licet contrarium voluerint Marsil. cons. 9. per totum,& cons.107.num.5.& 13.Grat. cons.44.vol.2.

5 Idemq.erit,& multo magis si tempore initę pacis fuisset bannitus : quia posset impune occidi Bar.q 1.num.12. vers.hęc contra,& vers.2.per illam regulam,quam dicit infallibilem quod ea, quę dirimunt contracta semper impediunt contrahenda.Nell.in d.3.par. 2.temp.n.52.vbi in fine testatur quod vel fuerit bannitus tempore pacis, vel postea nunquam pœna aliqua committatur,& quod ita seruatur. Bero.cons. 196.nu.11.seqq.& cons.197.nu.6. lib. 3.Mars.sing.352. vbi refert quod Bal. in contingentia facti ita obtinuit Vulpell.in tract.de pace q.37.vbi referendo alios hāc opinionē tenētes testatur hāc esse veriorē,& crebriorē opinionē licet subdat ꝗ in foro honoris,vt possumus modo ponere exēplū in illo vulgari dicto(*alla Cauallere∫ca*)aliud cēsēdum esset, nisi interuenisset Principes iussus,in prosequēdo,&occidendo bānitos, Tob.Non. cons.112.per totum, qui tamen loquitur in fideiussione de non offendendo, vt non comprahendātur banniti,& consuluit in casu statuti Ciuitatis Castelli Patrię meæ, & in eodem casu promissionis de non offendendo etiam cōsuluit Sim. de Pret. in cons.78.in primo dub. nu.1.seqq.& Card. Tusc. qui loquitur in pace in d. concl.182.nu.2.Rim.d.cons.299. num. 27.seqq.vol.3.qui dicit quod pax facta cum Vniuersitate non comprehendat bannitos.Baiard.ad Iul.Clar.§.fi. q.47.nu.34.

7 Primo ista conclusio extenditur si prius fuerit facta pax inter duos, & deinde emanauerit statutum quod bānitus posset impune offendi, vt non incurratur pœna pacis ruptę.Bar.in d. q.1.vers.è contra,& nu. 12. vers.secundo.Card.Tusch.d.tom.6.in verb. pax concl.178.nu.2.

8 Secundo extenditur ad mulierem bannitam prægnantem:quia sicut potest impune interfici, ita poterit absq. incursu pęnę pacis ruptæ. Bero. consil. 197.nu.8.lib.3.Card.Tusch. d. concl. 182.nu.5.Sed quod non possit impune

9 interfici mulier†pręgnans etiam si fœtus fuerit adulterinus,vel in carcere conceptus,vel si esset prægnans decem, vel viginti dierum tantum Nell. in tract.de bannit.2.par.2.temp.q.15.&.

Io: de Anan. in loco relato per Marsil. in pract. crim. § nunc videndum nu. 50. Io: Maria Monticell. in pract. crim. reg. 3. nu. 36.

10 Tertio ampliatur si quis interfecerit socios bāniti, qui ei auxiliū præstabāt, vt pax rupta non dicatur. Bero. cons. 196. num. 16. seq. lib. 1. & cons. 197. nu. 7. eod. lib. Card. Tusch. d. conclus. 182. nu. 4. Bero. cons. 196. per totum vol. 3. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 34. & nu. 57. & eo magis si ille socius banniti fuerit interfectus ignoranter ab eo cum quo pacem habebat. Mascard. de probat. concl. 1162. nu. 229. seq. vol. 2. Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax. concl. 182. nu. 56.

11 Quarto ampliatur in promissione facta Officiali, & omnibus, quorum inter est non offendere aliquem de tali familia, nec in persona, nec in ęre, vt non dicatur contrauenire promissioni, si interficiat aliquem de dicta familia bannitum a Territorio loci, in quo fecit promissionem. Calderin. cons. 55. n. 2. vers. secundo quia lib. 2. Bero. cons. 196. nu. 10. seq. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 182. num. 1.

12 Quinto ampliatur, vt etiam si expresse, pax facta fuisset cum bannitis, adhuc absq. incursu pænæ conuentionalis occidi possunt. Nell. in d. tract. de bannit. 3. par. 2. temp. num. 52. Barbat. cons. 1. nu. 107. vol. 3. Bursat. qui alios allegat cons. 134. nu. 12. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 299. nu. 25. seqq. vol. 3. & in promissione de non offendendo idem firmat Tob. Non. cons. 112. n. 24. quicquid dixerint Grat. & Mars. cum ita quotidie de consuetudine obseruetur, & hoc dicit esse notorium Hercul. de caut. cap. 23. num. 5. 6. vbi firmat non posse pacisci non offendere, quem lex permittit offendi. Sim. de Pret. in cons. 74. nu. 6. Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 7. qui tamen loquitur in treuga, & sub nu. 34. loquitur in pace.

13 Sexto ampliatur, vt procedat etiam si post promissionem factam de non offendendo fuerit bannitus restitutus, vel gratiatus a Principe, vt si offendatur non incurratur pæna fractæ promissionis; *Bal.* in rubr. in fin. C. de cond. ob turp. caus. vbi decidit quod bannitus prohibitus assumi in officium Priorum tempore electionis, & imbussulationis bannitus existens, tempore vero extractionis, & executionis officij a bā no liberatus, non poterit tamen ad tale officium assumi, ea ratione, quia actus viuentium vno momento, & vno contextu debent cōcludi, a quibus autem sufficit momento quem esse exclusum comprobat. Mars. in l. quęstionis n. 44. ff. de quæstionib. & consuluit Sim. de Pret. in cons. 88. n. 9. seqq. per palpabiles, & solidissimas rationes.

14 Septimo amplia, vt procedat etiam si interficeretur aliquis compræhensus in pace, qui non esset bannitus, si fuerit in societate bannitorum; quia neq. pax, neq. treuga rupta dicitur, vt post Bero. cons. 196. & cons. seq. vol. 3. firmat Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. num. 34.

15 Primo limita supradictam communem conclusionem non procedere quando bannitus non posset impune interfici; quia tunc dicitur bannitus mulctatus, & retinet iura communia, & ciuilia Ciuitatis, nec est hostis Ciuitatis, vt concludit Bar. in d. q. 1. n. 13. seq. & nu. 15. vers. quid ergo dices. Card. Tusc. d. tom. 6. in verb. pax concl. 176. nu. 7. seq. vbi tamen subdit procedere, si in pace fuisset facta expressa mentio
16 de bannitis, prout † dicitur de impuberibus; quia non continentur sub pace, nisi de eis fiat expręssa mentio ex sententia Com. consil. 167. lib. 3. & Bero. cons. 196. nu. 26. vers. 4. principaliter, &
17 num. 27. lib. 3. Sed non admitteretur † bannitus, nec eius procurator ad agendum pro pæna pacis ruptæ sibi applicandę, quando ex dispositione statuti ad agendum non admittuntur, vt firmat

mat post Bero. in cons. 197. nu. 1. vol. 3. Baiard. ad Iul. Clar. §. final. q. 47. num. 69.

18 Secundo limita, & intellige, vt procedat quando cuilibet extraneo iure publico competeret facultas occidendi bannitum, secus si daretur ista facultas soli offenso; quia istud priuatum ius poterit per pactum tolli: ita declarat post multos Doct. quos allegat Mars. sing. 352. vers. & dicit ista, & praecipue post Alex. in l. qui seruum ff. de verb. oblig. & latius in pract. crimin. §. aggredior num. 84. circa fin. vbi etiam plures alios Doct. eamdem limitationem facientes adducit.

19 Tertio limita, vt ipse bannitus non possit versa vice illum, cum quo fuerat pax inita interficere absq. incursu poenae pacis ruptae, licet ipse bannitus possit impune offendi, & occidi: vt late prosequitur Nicol. Moron. in tract. de pace q. 108. per totam, vbi allegat rationes diuersitatis, & respondet ad regulam correlatiuorum: Imo nec etiam se defendendo poterit bannitus alium non bannitum sine incursu poenę pacis

20 ruptę † offendere, vel occidere: quia licet defensio sit de iure naturae, vt in terminis tradit Hercul. de caut. capit. 22. nu. 3. ex doctrina Ferret. in tract. de ferijs nu. 91. tamen hoc est verum regulariter, sed in plerisq. casibus defensio, quae est iuris naturę a statuto tolli potest. Alberic. in l. vt vim. nu. 3. ff. de iust. & iur. Felin. in cap. dilecti nu. 7. de exceptio; prout tolli potest in casu nostro ad late tradita per Moron. in d. q. 108. vbi in fin. dicit quod doctrina Ferretti est intelligenda vbi offensio relinquitur impunita, & quod ita etiam declarat Petr. a Plach. epithom. delict. cap. 39. lib. 1.

21 Quarto limita quando quis interficeret bannitum toleratum in loco, qui sicut non potest licite, & impune interfici; quia tolerantia Superioris pro indulgentia recipitur. Marsil. in l. 1. in princ. nu. 13. ff. de Sicar. in l. fin. n. 436. ff. de Iurisd. omn. Iud. in pract. crim. §. aggredior. n. 25. Io. de Anan. in c. sicut col. 5. de Iud. qui testatur ita vidisse Bononiae seruari. Farinacc. cons. 53. num. 6. vbi addentes in litera B. Io. Mar. Monticell. in pract. crimi. reg. 3. num. 35. seq. & num. 37. qui loquitur in bannito, qui communi reputatione habetur pro bannito nec etiam poterit sine incursu poenae pacis ruptę offendi. Cephal. cons. 35. nu. 20. vol. 1.

22 Quinto limita quando bannitus esset in fortijs, vel in manibus Curiae, vel Baroncelli, & duceretur ad carceres non potest impune interfici sine incursu poenae fractae pacis. Nell. in tract. de bannit. 2. par. 2. temp. num. 28. Gandin. de malefi. Rub. de bannit. num. 29. Mars. in pract. crim. §. aggredior num. 22. Io. Mar. Monticell. in pract. crim. reg. 3. nu. 27. vbi alios concordantes allegat, & etiam si duceretur ad supplicium, quia tunc ab aliquo priuato offendi non potest. Mars. in dicto §. aggredior num. 24. vers. vlterius, & in l. prima in princ. n. 15. ff. de Sicar. Io. Mar. Monticel. in d. reg. 3. nu. 38. Idemq. erit in bannito carcerato, qui nec etiam potest impune offendi etiam stante statuto. Mars. in d. l. 1. in prin. nu. 56. ff de Sicar. Io. Mar. Monticell. in d. reg. 3 num. 40. nec etiam poterit per paciscenrem sine incursu poenae pacis ruptę offendi, cum cessent omnia fundamenta publicę vtilitatis, & q lex permittat, ac alia relata per Luc. de Penn. in d. l. vni. num. 57. C. de publ. laetit. lib. 1. 2. & per alios Doct. superius allegatos.

23 Sexto limita quando extaret statutum, vt banniti comprehendantur in pace, quia tunc bannitus offendi non poterit sine incursu poenae violatę pacis. Cephal. cons. 35. num. 22. vers. nec omitto lib. 1.

Quęst.

Quæst. LXII.

Pax sub conditione quod bannitus intra certum tempus ad Patriam redire non possit, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones apposita in instrumento pacis, vt non possit delinquens transire ante domum offensi, vel redire ad aliquem locum, non tenent.*

2 *Gratia non impeditur, si fuerit obtenta cum rescripto quod quis non possit redire ad patriam, si gratiatus reuertatur.*

3 *Pax facta cum dictis conditionibus substinetur, ipsis conditionibus reiectis.*

4 *Fideiussor datus pro obseruatione dictarum conditionum non tenetur ad pœnam, si conditionibus fuerit contrauentum.*

5 *Conditiones præfatæ, licet non possint apponi per paciscentes, possunt tamen apponi per Superiorem.*

6 *Transitus per locum prohibitum non frangit pacem.*

7 *Etiam si diuersis vicibus, & temporibus quis steterit in loco prohibito per aliquot dies etiam ibi pronoctando.*

8 *Procurator constitutus ad pacem ineundam non potest in pace similes conditiones apponere.*

9 *Secus autem in foro honoris, quia non excusatur paciscens si contraueniat conditionibus.*

1 CONDITIONES appositæ in pacis instrumento, vt non liceat offendenti ante domũ offensi transire, vel quod non possit venire, stare, & habitare in aliquo loco, vel in sua Ciuitate, vel Patria, sunt contra naturam pacis, cum ex istis cõditionibus in animo odium, & rancor remanere videantur l. seruus. ff. de seruu. asportan. l. cum precario ff. de Precar. cũ alijs cumulatis per Alciat. respons. 134. lib. 4. n. 3. tom. 2. Ac etiam lędunt publicam vtilitatem cum Reipublicę intersit habere Ciuitatem hominibus plenam l. 1. ff. sol. matr. l. cum ratio ff. de bon. damnat. & ideo huiusmodi cõditiones in pace appositæ sunt nullæ, & attendi non debent, vt late consuluit Ancha. cons. 75. num. 3. & 4. Vulpell. in tract. de pace quęst. 55. n. 1. seqq. vbi etiam subdit quod istæ conditiones repugnant præcepto Euangelico: benefacite his, qui oderunt vos Matth. 5. non enim bene facimus, sed male si paciscentes a patria exules tenemus viui. opin. 574. per totum latissime, vbi etiam testatur ita fuisse decisum in Consilio Neapolitano, & eamdem opinionem sequitur Farinacc. de var. & diuers. crim. q. 107. nu. 262. seq. Nic. Mor. in tract. de pace quæst. 107. num. 1. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 58. num. 19. in fin. Card. Tusch. rom. 6. in verb. pax conclus. 191. num. 13. Baiard. ad Iul. Clar. §. fi. q. 58. n. 19. q. 66. nu. 21. seq. Et ideo si offendens obtinuerit
2 rescriptum cum hac conditione cum parte inita, quod non possit redire ad patriam, huiusmodi pactum in pace adiectum non impedit gratiam Principis quod non possit redire ad ipsam patriam, vt tenet Vulpell. in d. q. 55. num. 3. vers. insuper ex doctr. Alciat. in d. cons. 134. tom. 2. lib. 4. nu. 3. quos refert, & sequitur Farinacc. in d. q. 107. art. 20. nũ. 273. Nicol. Moron. in tract. de pace q. 187. n. 1. vers. nec pactiones.
3 Nec impediunt validitatem pacis, sed pax substinetur, reiectis dictis conditionibus. Anchar. d. cons. 75. num. 3. 4. Vulpell. d. q. 55. nu. 1.
4 Et paciscens contraueniens d. pacto

vel

vel conditioni in pace appositis, & si fuerint dati fideiussores pro obseruatione pacti, vel conditionis, non tenerentur ad pœnam, stante nullitate præfatę conditionis. Anchar. d. cons. 75. num. 4. vers. ex prędictis etiam: quia si principalis obligatio non subsistit, nec etiã potest subsistere obligatio fideiussoria, quę est accessoria l. fideiuss. obligari l. Marcellus ff. de fideiussor. Nicol. Moron. in d. q. 178. num. 1. in tract. de treug. & pac. etiam si instrumentum pacis esset iuramento vallatum cap. si diligenti de for. comp. l. non dubium C. de legib. Anchar. d. cons. 75. num. 4. vers. nec etiam iuramento. Farinacc. d. q. 107. nu. 264. Baiard. ad Iul. Clar. S. fin. q. 58. nu. 19. & q. 66. nu. 20. seq. vbi alios concordantes allegat; licet Corn. cons. 218. num. 6. lib. 2. conetur sustinere quod huiusmodi pactum valeat, & pæna exigi possit a paciscente contrauenientę.

5 Sed licet per partes paciscentes tale pactum apponi non possit in pace, poterit superior tamen, vel Iudex, si sibi videbitur expedire ad tollenda scandala similes prohibitiones facere, ne redeat gratiatus ad Patriam, vel non transeat ante domum offensi. Petr. a Plach. epithom. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 3. vers. hinc etiam deduci videtur, qui alios allegat. Nicol. Moron. in dicta q. 187. nu. 2. qui etiam alios concordantes adducit. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 191. nu. 3. A qua prohibitione Iudex etiam debet cauere, quia si pax est facta, sunt sublata odia, atq. eradicati rancores, & successiue non possunt amplius scandala oriri: & ob id arbitror quod ipse Iudex debeat esse multum circumspectus in faciendo huiusmodi prohibitiones: nam sicut dicit Vulpell. in dicta q. 55. nu. 3. vers. putarim in tract. de pac. aliquo breui tempore Principes possunt similes prohibitiones indicere.

6 Et si volumus inhęrere opinioni Corn. in d. cons. 218. nu. 6. lib. 2. vt valeat similis prohibitio & si paciscens cũ hac prohibitione acceptet, non contrauenie prohibitioni si transiuerit per locum prohibitum occasione proficiscendi ad alia loca non prohibita. Anchar. in d. cons. 75. nu. 4. vers. venio ad secundum, & num. 6. quia non dicitur venisse qui non stetit. cap. 1. de Iudic. & fingitur non fuisse in loco qui fuit per breue tempus l. ex facto ff. de hæred. instit. l. seruis Vrbanis ff. de leg. 3. Marsi. cons. 122. n. 8. qui Anchar. &

7 Mars. loquuntur etiam si paciscens diuersis temporibus steterit in loco prohibito, quandoq. per quatuor dies, quandoq. per diem, & noctem, etiam per septem vices; vt in casu Anchar. in d. cons. 75. n. 4. sub vers. venio. Idemq. erit in bannito ab aliqua Ciuitate, vel Territorio cum prohibitione quod ibi stare non possit sub pæna capitis, aut alia; quia si transeundo per locum prohibitum fuerit ibi captus, non poterit tali pœna pleti Nell. in tract. de bannit. par. 1. 2. temp. q. 58. vers. alia dubitatio est, qui testatur de facto ita vidisse seruari, quem sequitur Marsil. in d. cons. 122. nu. 7. & in pract. crim. S. aggredior. num. 42. late *Bertazzol.* cons. 144. num. 4. lib. 1. vbi adden. in litera A, & nec etiam dicitur contrauentum gratię factæ cum clausula quod accedere non debeat ad locum vbi habitant partes offensæ, nisi ab ipsis pacem habuerit, si per dictum locum prohibitum transiuerit Foller. in pragm. de exul. num. 45. qui allegat Gandin. in tit. de bannit. quæst. 8. Farinacc. in d. q. 107. num. 268. Quod erit notandum in statu Ecclesiastico, quia vigore Bullæ Pij 4. quotidie emanant similia rescripta; cum per dictam Bullam prohibeatur gratiato accedere ad locum delicti, & ad locum, vbi habitat pars offensa, vel eius hęredes donec ab eis pacem habuerint.

8 Nec procurator constitutus ad pacem

iniendi potest similes conditiones in pace apponere, vigore mandati procurę simpliciter sibi facti, & dati, vt latissime per Anchar. in d. cons. 75. in 1. Rub. vbi dicit procedere etiã si haberet facultatem apponendi in pacis instrumento pro illius obseruatione omnem pœnam ad prę̃stãdũ quoscunq. fideiussores. Far in. d. q. 107. art. 20. nu. 269. Quia si propter publicam vtilitatẽ principales paciscẽtes nõ possunt similes conditiones apponere, cũ etiã repugnẽt substãtiæ pacis, multo magis erit firmandum quod vigore dicti mandati procurę minus possit procurator
9 easdem † conditiones apponere. Sed Vulpell. in tract. de pac. d. q. 55. in fin. dicit quod in foro honoris, & penes probos viros non excusatur paciscens, si cõtraueniat dictis cõditionibus, quibus offensus ad pacem iniendam allicitus fuit. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax. concl. 191. nu. 2.

Sed bene possunt partes apponere conditionem quod non possit aliquis Forensis per triduo in domo eorum cõmorari, & pax intelligatur rupta per d. forensem, qui stetit per triduum in eorum domo, si ab eo fuerit facta aliqua offensio, vt consuluit Gerard. Mazol. cons. 20. per totum, & ibi declarat quis dicatur in proposito forensis.

Quæst. LXIII.

Pax, vel promissio de non offendendo an rumpatur per offensionem factam filio, vel vxori paciscentis.

SVMMARIVM.

1 *Pax rupta dicitur per offensionem factam vxori filio paciscentis.*
2 *Contrariam opinionem tenẽt ibi Doct.*
3 *Vxor non venit in promissione facta de non offendendo affines.*
4 *Idem in promissione de non offendendo tam masculos, quam fœminas consanguineos, non venit vxor.*
5 *Istæ opiniones contrariæ concordantur, vt ibi.*
6 *Promissio facta ratione interesse, damnorum, vel expensarum, vel sub aliqua pœna pecuniaria facta de non accedendo, neq. transeundo per aliquem locum per contrauentionem inducit illam pœnam.*
7 *Pax non rumpitur si alius vnius paciscentis offendat alium principalem paciscentem.*
8 *Pater non tenetur ad pœnam, si vnus filius interficiat alterum filium eiusdem paciscentis.*

1 HAEC quęstio fuit ad plenum discussa propositis hinc inde fundamẽtis per Luc. de Pen. in l. vni. in q. 20. nu. 50. C. de publ. lęti. lib. 12. & tandem sub vers. priorem sententiam tenet opinionem affirmatiuam tanquam veriorem, vt rupta pax dicatur, & ibi respondet cõtrarijs. Vulpell. in tract. de pac. q. 38. nu. 3. vers. sed in contrariam sententiam, & n. 4. vbi etiã firmat quod hanc eamdẽ sententiã tenent Doct. in l. si ita stipulatus §. Gbrisogonus ff de verb. oblig. & in specie Din. Bar. Imol. Raphael. Fulg. & Paul. de Castr. ea ratione quia certę sunt personæ, per quas iniuriam patimur, vt expræsse in vxore tenet in d. §. Gbrisogonus Ias. num. 52. Deci. l. prima num. 10. 12. de in ius vocan. & in vxore, & filijs Alciat. in l. si quis nec causam num. 40. ff. si cert. petat. Tiraquell. de leg. connub. glos. 2. nu. 57. & num. 67. quia offendens filium, vel vxorem dicitur vere patrem vel maritum offendere: quia sunt vnum corpus

& vna caro, vt late prosequitur Vulpell. in d.q.38.nu.4. & ibi concordantes allegat. Farinacc. de var. crim. q. 107. art. 25. n. 337. seq. qui etiam alios concordantes adducit. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. n. 24. qui loquitur in filio.

2 Contrariam opinionem quod pax non dicatur rupta post relata fundamēta pro vtraq. parte, late tuetur Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 134. sub n. 1. seqq. & n. 21. vers. teneas tamē; & quod etiam promissio de non offendendo rupta non dicatur per offensionem factam filio, & vxori. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 19. nu. 7. seqq. vbi ponit hanc quęstionem, & arguit pro, & contra, & tandem concludit pro ista parte negatiua quod promissionī de non offendendo non dicatur contrauentum obligationi de non offendendo filium, nepotem, siue alium descendentem, vel ascendentem ipsius paciscentis. Mascard. de probat. concl. 1131. nu. 40. lib. 3. Gabr. cons. 182. sub nu. 5. lib. 1. Petr. a Plach. epithom. delict. lib. 1. cap. 6. n. 29. vbi etiam respondet contrarijs, & Hercul. in d. tract. de caut. cap. 20. nu. 6. seqq. qui loquitur in vxore, & relatis, ac reprobatis contrarijs hanc amplectitur opinionem Farinacc. in d. q. 107. num. 339. seqq. vbi etiam alios concordantes cumulauit loquentes in specie de filio sub d. nu. 339. & de vxore sub d. num. 240. seq.

3 Imo quod in † promissione de non offendendo affines, non veniat offensio facta vxori paciscentis, cum illa non inducat affinitatem, sed principium affinitatis, & idem non iudicetur de numero, quod de principio numeri. Her-

4 cul. de † caut. cap. 20. nu. 14. & sub nu. 15. dicit idem esse in promissione de non offendendo consanguineos Titij, tam masculos, quam fœminas, non venire offensionem factam vxori promittentis, & eiusdem aduersarij consanguineæ ex rationibus per eum relatis. Vulpell. in d.q.38. nu. 6. seq. Mascard concl. 1131. n. 40. lib. 3. & Cephal. c. 587. nu. 17. lib. 4.

5 Pro concordia istarum opinionū aduertentium, & de directo aduertantium attendi debent verba promissionis; & si illa sint concepta de non offendendo in personam, seu personaliter, & tunc non censetur contrauentum promissioni per offensionem factā vxori, vel filio illius, quem sic non offendere promisit. Aretin. in l. si stipulatus §. Chrisogonus in fin. de verb. oblig. Alciat. in l. 4. §. cato nu. 219. de verb. obligat. in repet. Tiraquell. de leg. Connub. glos. 2. num. 67. vers. dicit tamen; & omnes pręlatos Doct. alleg. Vulpell. de pac. q. 38. n. 5. vers. limita tamen, qui subdit quod putat hoc procedere in promissione de non offendendo, & pęna conuentionali, non autem in pace, quę nihilominus rupta diceretur, & post Vulpell. eosdem Doct. pro hac conciliatione allegat Farin. in d. q. 107. n. 343. Si vero verba sint concepta de non offendendo simpliciter, tunc per offensionem factam filio, vel vxori paciscentis, ex causa pręcedentis inimicitię propter quam fuit inita pax, & promissum non offendere, pax, & promissio de non offendendo rupta censeatur, secus si offensio prouenıat ex noua causa; vt relatis contrarijs distinguit Nicol. Moron. de treug. & pac. q. 21. & Farinac. d. q. 107. nu. 344. art. 22.

Imo quod per simplicem promissionem de non offendendo dicatur rupta pax per offensionem factam vxori, & filio tenēt Vulp. in d. trac. de pac. q. 38. n. 6. seq. Card. Tus. d. concl. 182. nu. 24.

6 Si vero pars in remissione promisit illi, qui dedit pacem, vel remissionem, aliquid ratione interesse, damnorum, vel expensarum, vel aliquam pœnam pecuniariam, & per aliquod tempus non accedere ad Ciuitatem, vel nō trāsire penes domum ipsius partis offensę; talis pœna pecuniaria deberetur.

Bar.

Bar. in l. si vnus §. pactus in fine ff. de pact. quem sequitur Alex. ibi nu. 16. & Iaf. nu. 46. quos refert, & sequitur Baiard. ad Iul. Clar. q. 48. num. 19. §. fin. in pract. crim.

7 Sed non erit è contra si filius offendat paciscentem cum eius patre: quia non rumpitur pax, neq. promissio de nō offendendo: quia non militat eadem ratio, cum offendens filium paciscentis, patrē offendat, & iniuriarum actio ipsi patri competat; cum pater sit caput familiæ, & non filius: & quia magis operatur amor patris, in filium, quam filij in patrem; vt bene explicat Vulpell. in d. tract. de pac. q. 39. nu. 3. seqq. Farinac. d. q. 104. nu. 345.

8 Nec pax diceretur rupta si pater teneretur ad pœnam quando vnus filius alium occideret per rationes allegatas per Nic. Mor. de treug. & pac. q. 175. n. 5. seqq. Card Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 21.

Quæst. LXIV.

Pax, vel promissio de non offendendo an dicatur rupta per offensionem factam fratri, vel consanguineo paciscentis, seu illius, quem quis non offendere promisit.

SVMMARIVM.

1 *Pax dicitur rupta per offensionem factam fratri, vel alteri consanguineo paciscentis,*

2 *Contrariam opinionem tenēt ibi Doct.*

3 *Istæ opiniones contrariæ conciliantur duplici modo.*

4 *Offensio facta consanguineis paciscentis grauius punitur, & in statu Ecclesiastico per Bullas Pij 4. Pij. V. punitur pœna criminis læsæ maiestatis.*

1 HVC. de Pen. in l. vnica sub n. 50. C. de publ. lęti. lib. 12. tenet partem affirmatiuam, vt pax rupta dicatur per offensionem factam fratri, vel alteri consanguineo paciscentis; quam opinionem multi Doct. sequuntur, quos refert Tiraq. de pæn. temp. caus. 51. num. 76. Marf. sing. 331. qui etiam alios concordantes allegat, & precipue Petr. de Anchar. in capit. sciant cuncti de elect. in 6. Iacob. Nouell. in cap. fin. num. 39. 73. Iaf. in l. 1. num. 7. de Indict. vidui. toll. Bald. conf. 165. num. 15. volum. 2. cum offensio, & iniuria facta vni censeatur etiam facta illius fratri, & omnibus alijs de eadem consanguinitate, & familia. Crauett. conf. 41. num. 3. Grammat. conf. 12. num. 3. seqq. Parif. conf. 152. nu. 10. vol. 4. Hond. conf. 102. num. 64. seqq. vol. 1. Riminal. Iun. conf. 364. nu. 18. vol. 4. Burfatt. conf. 216. nu. 37. vol. 2. Farinac. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 22. n. 319. qui refert quod Hercul. in tract. de caut. cap. 19. num. 3. vers. quid dicendum, & n. 4. videtur dubitatiue loqui an frangatur pax per offensionem factam dictis consanguineis; & in simplici promissione de non offendēdo committatur pæna per offensionem factam eisdem cōsanguineis. Rim. Iun. conf. 101. num. 13. lib. 1. Bettazzol. conf. 248. num. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 335. num. 4. vbi concordantes allegat.

2 Contrariam opinionem, vt per offensam, vel iniuriam factam fratri, vel alteri consanguineo, nō dicatur rupta pax deducitur illa palpabilis ratio, vt illa proprie dicatur offensa, ex qua alicui competit actio iniuriarum proprio nomine pro offensa facta; sed dicto fratri non competit talis actio nomine proprio pro offensa facta suo fratri, ergo ex ea non dicitur offendi, neq. contrauentum promissioni de non offendendo, vt docet Bald. in c. 1. §. similiter

nu.4.quib.mod.feud.amit. vbi testatur quod ita communiter Doct. tradūt post Bar.in l.si ita stipulatus S. Ghrisogonus nu.16.de verb.oblig.vbi subdit, quia persona fratris non intelligitur, nisi exprimatur, & Bar. sequuntur ibi Castren.num.12.Imol.num.14. qui reprobat Ang. contrarium tenentem, & fuit originalis doctrina Io. Andr. in cap.frustra quæst.1.n.2.seqq. de reg. Iur. qui post longam disputationem hanc opinionem tuetur. Ceph. cons.587.num.2.seqq.nu. 19. 43. seq. vbi de communi. Nicol. Moron. in tract.de treug. & pac. quæst. 35.num. 4. Vulpell. in tract. de pace quęst. 40. num. 4. vers.sed diffiteri, reprobando Mars.in d.sing.331.& Ias.in d.S.Ghrisogonus contrarium tenentes, & Anchar. minus fideliter allegantes Iul. Clar. q. 47.num.11.vbi de communi. Farinacc.in d.quæst.107.nu. 317.seq. vbi alios concordantes allegat, & testantes de communi.Bero.cons.195.n. 14.in fin.& n.15.vol.2.Baiard.ad Iul. Clar.in d.q.47.nu. 58.Claud. Bertazzol.in addit.ad patrem cons.248. litera B.Card.Tusch.tom.6. in verb. pax, concl.182.num.22.vbi communi.Hercul.qui loquitur in caut. de non offend. & maxime quando promissio esset cum illa clausula facto tantum, & in personam, vt dicit Hercul. de caut. cap.19.nu.1.2.vbi testatur de communi,& nu.3.seq.sed Vulpell.in d. q. 40. in fine firmat quod saltim opinio offendentis penes graues vires, ac si paci contrauenerit grauatur, nisi de noua superuenienti causa offendendi doctum fuerit. 4

3 Quę opiniones possunt reduci ad concordiam,vt prima opinio affirmatiua procedat,quando pax fuisset facta pro se, & pro tota parte sua;quia tunc per offensam factam fratri paciscentis censetur rupta,alias secus.Imol.in d.S. Ghrisogonus n.14.quem sequuntur ibi Alex.nu.10.Ias.n.52.Aret.nu,13.in fi. quamuis contrarium teneat Vulpell.in tract.de promissio.q. 80.per totam, qui loquitur in pace facta pro se,& suis cō sanguineis,vt si alter ex paciscentibus consanguineum alterius offendat non dicatur violata pax, cum ipsi consanguinei non passiue,sed tantum actiue censentur compræhensi;&idem consulendo tenuit in respons.2.nu. 15.seqq. & respons. 3. nu.1. seqq.

Et ideo datur alia conciliatio, quæ est melior, vt si fuerit offensus consanguineus ex veteri inimicitia, vt quia nullam aliam causam inimicitię haberet cum ipso fratre vel consanguineo, tunc sit vera opinio affirmatiua quod pax,vel promissio rupta dicatur: secus vero si ex alia causa offensio sequuta fuit, vt declarat Iul. Clar. in S. fin. q. 47.n.15.in fin. Vulpell.in tract. de pace q.40.num.4.vers.ita vt concludendum sit,& respons. 3.sub num.6.Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. in q. 21.per totam,qui tamen confuso ordine more suo solito, postquam adduxit hinc inde fundamenta, concludere videtur,vt refert Farinac.in d.q.107.nu. 320. qui semper mordet ipsum Nicol. Moron. quod confuse se habuerit in explicando istam materiam pacis in d. suo tract. Imo ista offensio in fratribus, & in consanguineis grauius puniri debet,vt firmat Iul.Clar.in d.q.47.n.17. in fine,& in statu Ecclesiastico per Bullam Pauli 2. quę licet esset localis in Vrbe per Clementem 7.constit. 6.fuit extensa per totum statum Ecclesiasticum, & postmodum fuit confirmata per aliqs Pontifices, & in specie per Pium.4. & Pium 5. fuit imposita pęna criminis lęsæ maiestatis,& rebellionis, prout etiam refert Baiard.late in d.q. 47.nu.59.60.S.fin.in pract.crim.& an ex noua, vel veteri causa pręsumatur facta offensio late dixi in q.43.

Quæst.

Quæst. LXV.

Pax, vel promisſio de non offendendo, pro ſe, & conſanguineis an compræhendat conſanguineos vtrinq. coniunctos.

SVMMARIVM.

1 *Pax non rumpitur per offenſionem factam conſanguineis vtrinq. coniunctis.*
2 *Caſus mixtus non comprehenditur in Conſtitutione pœnali, & odioſa.*
3 *Coniunctus reputatur pro illa parte, cui magis eſt coniunctus.*
4 *Caſus mixtus non dicitur quando magis participat de vno, quam de alio.*
5 *In materia pacis, & promiſsionis attenditur magis affectio, quam coniunctio ſanguinis; de cuius veritate vide ibi late.*
6 *Conſanguinei vtrinq. coniuncti compræhenduntur in pace, vel promiſsione de non offendendo quando non adſunt alij coniuncti.*
7 *Coniuncti communes ne includantur in pace ſufficit quod vnus coniunctus ſolus adſit, qui non ſit vtrinq. coniunctus.*
8 *Coniuncti ex latere mulieris non veniunt in pace, vel promiſsione de non offendendo, quamuis ſint maſculi.*

1 IN hac quæſtione omnes Doct. conueniunt, vt conſanguinei vtrinq. coniuncti in pari gradu non compræhendantur in pace, vel promiſſione de non offendendo, & ſucceſſiue pax non rumpatur per offenſionem factam in perſona vnius conſanguinei communis l.1. in princ. & præcipue Vinc. Hercul. n.2. de verb. obligat. late Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 176. nu. 1. 2. vbi multos alios concordantes allegat, Vulpell. etiam late in tract. de pac. q. 34. nu. 1. ſeqq. Farinacc. de var. & diuerſ. crim. q. 107. art. 24. nu. 221. Laderch. Imol. in conſ. 20. nu. 9, Card. Tuſch. tom. 6. in verb. pax concl. 172. n. 11. qui omnes loquuntur in pace, & in cautione de non offendendo. late Socci Iun. conſ. 165. nu. 1. ſeqq. lib. 3. late Hercul. de caut. cap. 27. nu. 1. ſeq. & c. 34. ſub nu. 6. & omnes mouētur, cū caſus mixtus non comprehendatur in promiſſione pœnali, prout etiam tradunt quod in conſtitutione pœnali, & odioſa non comprehendatur caſus mixtus. Tob. Non. conſ. 102. nu. 9. Afin. in pract. Iudic. in princ. cap. 4. nu. 15. latiſſime Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 3. nu. 40. & cap. 4. per totum, & quia ſanguinis coniunctio, & affectionis paritas omnem dolum, & ſiniſtram ſuſpicionem excludit vt latius recenſere melius, quam alij ſupra citati Vulpel. in d. q. 34. n. 5. ſeqq. & præcipue ſub nu. 10. verſ. verius, & æquius eſt, vbi teſtatur hāc opinionem eſſe veriorem, & æquiorem vtriuſq. partis conſanguineos in generali ſtipulatione non contineri, & etiam Nic. Mor. in d. q. 177.

Nec eſt curandum quod Hier. Grat. in conſ. 114. nu. 1. ſeqq. lib. 2. contrariū ſentiat, cum propter pacem multa ſpecialia concedantur contra omnes iuris regulas, & quia agitur de materia fauorabili, & ob id, non ſtricte ſed large eſſe faciendā interpretationem, & ſucceſſiue comprehendi conſanguineos vtrinq. coniunctos: quoniam cum agatur de fractura pacis, & ſic de pœna exigenda, pax non dicitur amplius fauorabilis, ſed odioſa, & in ea fieri debeat ſtricta, & arcta interpretatio, vt late deduxi ſupra in q. 33.

3 Si vero offendens, vel offensus vni parti, vel consanguineo magis coniunctus sit, quam alteri, & sic stante disparitate gradus in coniunctione, & consanguinitate, tunc reputatur coniunctus illius partis, cui magis attinet, & in propinquiori gradu coniunctus est, & respectu illius dicitur comprahendi simpliciter inter coniunctos, licet respectu alterius partis aliquo modo coniunctus sit. Hieron. Grat. cons. 114. sub num. 9. vers. preterea. Hercul. de caut. cap. 17. nu. 3. & 4. & cap. 36. nu. 7. vers. coniunctum tamen, qui loquitur in cautione de non offendendo. Nic. Mor. de treug. & pac. q. 176. num. 5. quia, vt ibi inquit post alios, quos adducit, dispositio mixti assumit naturam illius, cum quo maiorem habet coniunctionem; & sic magis coniunctus attendatur. Vulpell. in tract. de pace q. 34. nu. 9. & 10. Vel non dicatur amplius casus mixtus

4 cum magis participet de consanguinitate vnius partis, & mixtus casus dicatur quando æqualiter participat de vtraq. parte, vt declarat Asin. in pract. crim. in princ. cap. 4 nu. 16.

5 Sed Doctores in proposito videntur considerare, nõ æqualitatem graduum, neq. disparitatem, & an vnus sit magis proximus vni parti, quam alteri, sed beneuolentiam, vel affectionem, seu factionem, vt si magis vni, quam alteri adhæreat, & promissio magis respiciat affectionem, quam graduum denumerationem post Paris. in cons. 114. n. 21. vers. præterea lib. 4. ita expræsse declarat, & sequitur Vulpell. in d. q. 34. n. 10. & nu. 12. seqq. & latius comprobat hanc opinionem resp. 2. n. 8. nec inspiciendum est si duo vincula affectionis, & consanguinitatis vincant vinculum vnum consanguinitatis. Hercu. in tract. de caut. cap. 17. nu. 3. & 4. Farinacc. in d. q. 107. sub nu. 324. seq. Card. Tusch. d. concl. 182. n. 11. ver. quod intellige, & ex ista ratione nec etiam attenderetur si ex parte vnius concurreret etiam vinculum affinitatis vna cum consanguinitatis vinculo, quia esset, & affinis, & consanguineus, vt late prosequitur Vulpell. d. quæst. 34. nu. 12. seqq.

Quorum opinio redditur dubia per ea, quæ tradit Socc. Iun. cons. 103. n. 5. vol. 3. dum firmat, quod licet concurrat beneuolentia, vel affectio magis erga vnam partem, quam erga alteram, tamen non debet attendi, cum sit quid accidentale, sed attendi debeat consanguinitas, quæ est quid naturale, quam rationem Soccin. refert Hercul. in d. cap. 17. nu. 5. in fin. & ob id Farinacc. in d. q. 107. nu. 324. vers. sed tamen, dubitat de opinione Vulpell. & aliorum, vt restringatur quando daretur consanguinitas in pari gradu, & tunc attendatur beneuolentia; secus data disparitate graduum, & dicit super hoc esse cogitandum. Ego autem omnino sequor opinionem Hercul. & Vulpell. tum quia video quod pro ista parte plures concurrunt Doctores, tum etiam quia pax, vel promissio de non offendendo fit, & præstatur ad cohibendum odia, & rancores, ac factiones, & sic magis vere respicit affectionem, quam consanguinitatem, vel graduum denumerationem: & quod in hoc magis versetur vtilitas publica quies atq. tranquillitas, super qua totaliter est fundata pax, & promissio de non offendendo: & magis hæc omnia poterit Iudex ex suo arbitrio dignoscere quæ qualitas esset sequenda. Hercul. in d. cap. 17. n. 4. sub vers. hinc pertermitto.

6 Si vero inter paciscentes, & promittentes de se inuicem, & eorum consanguineos non offendendo, non adsunt alij coniuncti, vel consanguinei, quam illi, qui ex vtraq. parte coniuncti sunt, ne verba illa essent frustratoria, est censendum, quod etiam in dicta promissione compræhendantur, vt tradit Hercu. de caut. cap. 34. num. 7. Farinacc. d. q.

7 107. n. 328. qui Hercul. ibi dicit quod sufficeret si extaret vnus solus consan-

guineus, qui non esset vtrinq. coniunctus ad excludendum, quod vtrinq. coniuncti non venirent in promissione, & verba promissionis possent operari effectum, & ne dicerentur frustratorie apposita, vt dixi.

Et si fuerit dictum in stipulatione pacis, quod pro se, & eius consanguineis alterius ex parte altera, tunc communem, sanguinis coniunctionem, quæ nullo ciuili dirimi potest penitus illa verba excludunt, vt firmat Vulpell. d. quęst. 34. num. 18. vers. idque, in tract. de pac. Rim. Iun. cons. 534. n. 3. 7. vol. 5.

8 Scias etiam quod coniuncti ex linea materna, & sic ex latere mulieris, nec actiue, nec passiue in promissione de non offendendo veniant, quamuis etiã masculi sint. Vulpell. in tract. de pac. q. 33. qui allegat Deci. in cons. 531. num. 5. Farinacc. d. quæst. 107. art. 29. nu. 383.

Quæst. LXVI.

Pax, vel promissio de non offendendo an rumpatur per offensionem factam fœminis, & è contra per offensionem factam a fæminis,

SVMMARIVM.

1 *Pax rumpitur per offensionem tam factam feminis, quam factam a feminis.*

2 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct.*

3 *Pax comprehendit feminas quando facta fuit occasione feminarum.*

4 *Pax per offensionem tam actiue, quam passiue sequutam in feminis an rumpatur est attendenda Regionis, vel loci consuetudo.*

5 *Fideiussio præstita pro affinibus an comprehendat affines in secundo genere vide ibi.*

1 SVPRA in quæst. 15. iam diximus quando sit habenda pax a feminis, modo videamus an pax rumpatur per offensionem factam feminis, & versa vice per offensionem factam a feminis alteri ex paciscentibus: In qua quæstione pro parte affirmatiua tenet Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 166. nu. 1. inquiens; quia agitur de materia indifferenti, cum vtriq. sexui conueniat, & ideo masculinum concepit femininum ex relatis per Tiraq. in retract. glos. 9. nu. 218. & late per Ant. Gabr. conc. 6. tit. de verb. sign. & per eamdem rationem sequitur hanc opinionem Vulpell. in tract. de pac. quęst. 23. num. 5. seqq. ex traditis per Bar. Alciat. & Curt. Sen. in locis per eum relatis; & quia, vt ibi inquit etiam coniunctorum, & propinquorum appellatione ex proprietate sermonis venit vtraq. linea, & vterq. sexus per Alexand. cons. 115. nu. 10. lib. 2. & per not. per Doct. in rubr. de consang. & affin. nec dissentire videtur Hercul. in tract. de caut. cap. 17. num. 13. vers. sed vereor, cum feminę sint propensiores in offendendo, saltim veneno, ordine, vel mandato dato alteri, medianre pecunia, & quando alio modo non possunt ex fenestra transeuntem lapidibus petunt, & percutiunt, vt late dixi in d. q. 15. nec non quia adeo viget hominum iniquitas, aut audeant feminas trucidare, & eas alio modo offendere, vt testatur idem Hercul. dicto cap. 17. sub nu. 13. d. vers. sed vereor.

2 Contrariam opinionem, ut nec actiue, nec passiue mulieres ueniant in pace, uel promissione de non offendendo late

late tenet Hercul. de caut. d. c. 17. nu. 10. seq. ex tribus fundamentis: & primo quia feminæ leuare inimicitias non possunt, nec vindictam facere; secundo quia feminæ finis familiæ dicuntur, tertio quia in contractibus masculinum non concipit femininum, prçsertim vbi agitur de odio irrationabili, prout est quando vnus tenetur pro delicto alterius, qui iuribus, & Doctorum authoritatibus has rationes comprobat, a qua opinione, non dissentire videtur Alex. cons. 113. num. 8. seq. lib. 2. & eamdem sequitur, ac tuetur Farinac. in tract. de var. ac diuers. crim. q. 107. art. 29. num. 380. 382. vbi bene respondet rationibus adductis pro prima opinione qui tenendo hanc opinionem duobus modis limitat. Primo quando promissio fuisset præstita pro se, & affinibus; quia verbum, affinis non dicitur generis masculi, sed communis, & verbum commune de sui proprietate compræhendit masculinum, & femininum genus, vt declarat Hercul. in d. tract. de caut. d. cap. 17. num. 13. in fin. Secundo quando de feminis fuit facta expræssa mentio secundum eumdem Hercul. in d. tract. de caut. cap. 24. num. 1. seqq. vbi arguit pro, & contra, & in hac sententia residet. Ego addo quan-
3 do promissio, vel pax fuisset facta occasione feminarum; quia tunc feminę compræhenderentur in pace, & per offensionem, tam actiue, quam passiue sequutam per feminas, pax diceretur rupta, per ea, quæ late dixi supra in quæst. 48.

4 Item addo, quod sit attendenda consuetudo Regionis, vel loci; quia si esset solitum per inimicos trucidari, vel offendi feminas, ac etiam feminæ essent adeo viriles, quod arma deferrent, archibusium exonerarent, & viriliter offenderent inimicos, ac defenderent masculos, & eorum factionem; nam tunc credo quod tam actiue, quam passiue per offensionem sequutam a feminis, pax rumpatur, & tota vis in consuetudine Regionis, & in qualitate loci consistat, vt in simili dicit Bar. in l. tutor quoque. §. si tutor ff. de suspect. tutorib. Thom. de saluet. cons. 29. nu. 5. tom. 2. crim. diuers. Rim. Iun. consil. 534. nu. 33. seq. vol. 4.

5 Sed in fideiussione præstita pro affinibus an compræhendantur affines in secundo affinitatis genere Vulpell. in tract. de pac. quæst. 35. per totam dicit quod adhuc ipse non vidit hanc quæstionem fuisse ab alijs discussam, sed in Ciuitate Senogalliç iudicasse pro parte affirmatiua in marito priuignæ, cuius sententia dicit quod fuit deinde confirmata; quia quando primo affinitatis generi, per copulam persona additur, affinitas in secundo gradu contrahitur, vt per glos. in cap. non debet de consangu. & affin. quç ponit exemplum in marito vxoris olim fratris mei; quod vinculum, licet hodie iure Pontificio respectu matrimonij sit sublatum, secus est quoad alios effectus ciuiles, quam gloss. communiter Doctores approbant, vt testatur idem Vulpell. d. q. 35. nu. 2.

Quam tamen gloss. & eius communem opinionem intellige, quando viueret persona, puta priuigna, quæ secundo affinitatis generi causam prçbuit, cũ morte illius affinitas dissoluatur, vt in terminis de promissione adducit Caccialup. in repet. c. omnes populi ff. de Iust. & Iur. Ac etiam inter promittentem, & talem affinem in secundo affinitatis genere esset amicitia, & vicissitudo talis, ex quibus dignosci posset eos ad inuicem pro coniunctis, seu attinentibus haberi, cum plerumq. soleant Vitricus, & priuigna, priuignus, & nouerca mutuo se odio prosequi; quç etiam circumspectus Iudex ex eius arbitrio, & religione perpendere diligenter debet, vt firmat idem Vulpell. d. q. 35. n. 3. 4. 5. de pace.

Quæst.

Quæst. LXVII.

Pax an rumpatur per offensionem factam a Filijs Spurijs, Spiritualibus, & adoptiuis.

SVMMARIVM.

1 *Filij spurij non rumpunt pacem, nec promissionem de non offendendo datam pro se, & filijs.*

2 *Filius naturalis natus ex concubina non compræhenditur nec in pace, nec in promissione de non offendendo.*

3 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi.*

4 *Author tenet quod filij spurij, nec actiue nec passiue in pace compræhendantur, & declarat, vt ibi.*

5 *Filij spirituales, & adoptiui neq. actiue, neq. passiue in promissione de non offendendo compræhenduntur.*

6 *Pater an teneatur præstare cautionem pro filio spurio, vide Vulpell. vt ibi.*

IAM dixi supra in quæst. 13. an a filijs adulterinis, spurijs naturalibus, spiritualibus, & adoptiuis esset habenda pax: modo vi deamus stricte an per offensionem factam a dictis filijs promissio de non of-
1 fendendo, vel pax † rumpatur; & opinio est negatiua, vt filij spurij, & bastardi non rumpant pacem, nec promissionem de non offendendo datam pro se, & filijs Vulpell. in tract. de promiss. q. 84. num. 1. seqq. vbi testatur de com muni voto Doctorum post Alexand. conf. 60. nu. 13. lib. 3. qui Alex. se fundat in Doctrina Dyn. & Bar. in l. cum pater §. volo ff. de leg. 2. quos post Vul pell. refert etiam Farinacc. in tract. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 26. num. 346. vbi etiam ipse testatur de communi. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 32. num. 2. seqq. vbi loquitur tam actiue, quam passiue, & multorum authoritates adducit Nicol. Mo ron. in tract. de treug. & pac. q. 282. per totam. Decia. respons. 88. n. 16. lib. 3. Honded. conf. 95. lib. 1. vbi concludit quod sine dubio spurij non continentur sub promissione de non offendendo in præiudicium tertij; licet Herculan. in tract. de caut. cap. 32. num. 10. aliud sentiat quo ad præiudicium ipsorum spuriorum.

2 Et quod filius naturalis, qui nascitur ex concubina non veniat in promissione, vel pace de non offendendo. Decian. in respons. 88. nu. 16. lib. 3. Marsil. singul. 133. Herculan. de caut. cap. 32. nu. 2. seqq. vbi concordantes allegat. Vulpell. in tract. de pac. q. 85. Farinac. d. q. 107. num. 348. Quoniam isti bastardi, & filij spurij non veniunt sub nomine domus aut familiæ, nec sunt de agnatione nec de iure, nec de consuetudine, nec possunt portare arma illius domus, nec insignia; cum portare arma sit honor, qui non competit bastardis, nec spurijs; auth. ex complexu C. de incæpt. nupt. Alex. in l. ex facto S. si quis rogatus nu. 53. ff. ad Trebell. vbi Ang. refert fuisse quæstionem in facto ita decisam; quia emanauerat Edictũ quod omnis de Domo de Petra mala essent banniti de Ciuitate Perusij, & quod capiens aliquem de dicta Domo in dicta Ciuitate haberet aureos 500. captus fuit vnus bastardus, fuit determinatum per quemdam Vgolinum Iudicem quod ille bastardus non diceretur de domo de Petra mala, nec consequi posset præmium a statuto concessum.

3 Contraria opinio, vt in pace, vel promissione de non offendendo compræhendantur bastardi potest ex multis rationibus, & fundamentis comprobari: & primo quia sine dubio filij bastardi

stardi prosequendo suam, vel suorum iniuriam possunt accusare super morte patris, vt fatetur Petr.a Plach.in epithom.delict.lib.1.cap.41.sub num.24. & 28. Ergo possunt etiam remittere, & facere super morte patris, vt per Ant.Gomez.de delict.cap.3.num. 66. vers.Item quęro, cum in his, quæ concernunt iura sanguinis sine commodū successionis bonorum bene sunt habiles, & capaces, & reputantur filij, & allegat Bart.in l.2.ff.de accusat.&alios de quibus ibi per eum:& ideo si spurij continentur appellatione filij ad vindictam prosequendam multo magis debent contineri in promissione de nō offendendo, ac in pace, quę tendit ad reprimendum vindictam, talisq; præsumptio laudabilis sit, per quam fit bona prouisio, & tollatur malus euentus, vt declarat Riminal.Sen. in cons. 224.num.44. quem sequitur Riminal. Iun.in cons.216.num.139.& in consil. 442.num.19.cum plur. seqq. vol. 4. & quod filij illegitimi admittantur ad prosequendam accusationem super nece patris,& quando agnoscunt certum patrem, & ab eis pax habenda sit est communis opinio, vt dixi supra in q. 23.sub nu.32.in fin.

Secundo deducitur quia agitur de materia indifferenti qualis est offensio, cum in ea consideretur affectio quia naturalis est: ideo ratione insitę charitatis a naturali affectione de filijs etiā spurijs intelligi debet, cum ad filios spurios etiam dolor pertranseat: ideo compræhendi debent in dicta pace, vt 4 determinat Bal.in cons. 431. vers.5.& vlt.vol.3.& deseruit etiam quod dicit Ang.in cons. 366. vers. post hæc, dum firmat quod hæc omnia nomina filius, mater,& pater sunt significatiua naturæ;quę naturalitas congruit etiam naturalibus, & spurijs, cum iure prisco omnes homines liberi nascerētur:ideo Ang.inquit quod hoc nomine absolute prolata in materia indifferenti, licet odiosa,& pænali, spurij, & naturales compręhendantur.Rim.Iun.cons.442. nu.30.vol.4.

Tertio magis stricte deducitur, quod spurij sunt in mala consideratione; adeo quod in dubio,nisi appareat de excellenti virtute, & singularibus moribus illorum semper de illis malum pręsumitur; quia spurij non sunt Deo amabiles,nec hominibus honorabiles, nec bello fortes,nec fide stabiles. Deci.cons.602.nu.26.Decian.respons.93. nu.21.vol.2. citans aurea verba tex.in cap. si gens Anglorum 56. dist. Ideo partes pacem facientes, & promittentes se inuicem non offendere sub pæna pro se,& filijs pręsumitur voluisse spurios quoque filios contineri pro tollenda suspicione contra eos insurgente;& secundum hanc intentionem partium verba pacis debent continere non solum legitimos filios, sed etiam naturales;& spurios,cum in contractibus verba menti deseruire debeant, non autē mens verbis cap.sedulo 38.dist.& verba se habeant,vt corpus,& superficies, mens vero, vt spiritus anima Roland. cons.8.nu.1.vol.1.Rimin.Iun.cons.54. nu.31.vol.1.& cons.442.nu. 53.seqq. vol. 4. vbi per totum cons. per plura alia fundamenta tuetur hanc opinionem, vt filij spurij compræhendantur in pace confutatis, & reprobatis contrarijs: quæ fundamenta si bene perpendantur, reddunt supra firmatam communem opinionem negatiuam valde dubiam,& obscuram.

Ego autem non audeo recedere a dicta opinione negatiua, vt filij spurij non compręhendantur neq. actiue, neq. passiue in pace, tanquam a Doctoribus communiter recepta;sed bene illam declaro,vt minime procedere valeat quando pax, vel promissio facta fuerit pro se,& filijs;& deinde si in ratificatione filius spurius ratificauerit dictam promissionem,& pacem,sine dubio sub dicto verbo filijs, contineatur

tur filius spurius, cum dicta ratificatio sequens declaret animum contrahentium fuisse a principio quod filius spurius comprahenderetur in ea, cum ex sequentibus declaretur animus in præcedentibus l. sed Iul. §. proinde ff. ad Macedon. Neuizzan. consl. 50. n. 51. & seq. Deci. consl. 431. nu. 14. Grammat. consl. 13. nu. 2. consl. 22. nu. 11. & in specie hanc declarationem sequitur Rimin. Iun. in d. consl. 342. n. 56. & maxime si viuerent sub patris gubernio, prout late tuetur, vt comprahendantur tam naturales, quam spurij in promissione de non offendendo, etiam quod non adesset aliud signum, vel alia declaratio per ratificationem subsequutam: Vulpell. in tract. de promiss. q. 85. num. 6. & seqq. per rationes per eum ibi deductas. Item illam declaro, vt procedat si pax, vel promissio de nō offendendo sequuta fuerit occasione iniutiæ, vel offensæ factæ actiue, vel passiue per spurios, tunc sine dubio pax, vel promissio deinde sequuta comprahendat spurios, tam actiue, quam passiue per ea, quæ dixi supra in quæst. 48.

5 Quod filij spirituales, ac etiam adoptiui non comprahendantur neq. actiue, neq. passiue in promissione de non offendendo, & quod ipsi in ista materia nōn veniant appellatione filiorum probat Hercul. de caut. capit. 33. num. 7. seqq. & sequitur Farinacc. in d. quæst. 107. art. 26. num. 350. sed circa filios adoptiuos videtur reddi dubitabilis opinio Hercul. quando per adoptionem transeunt in potestatem adoptantis; cum tunc eis competat ius prosequendi mortem patris, & adoptantis, & ab eis pax omnino habenda sit, cum proprie tunc dicantur filij eiusdem patris adoptantis, iuxta terminos l. cum adoptio C. de adoptio. §. sed hodie inst. eod. titulo prout ego dixi supra in quæst. 13. nu. 34. Ideo isto casu arbitror quod in ipsa promissione de non offendendo, vel pace facta pro se, & filijs comprahendantur etiam filij adoptiui.

9 Pro complemento istius quæstionis oritur dubitatio an pater teneatur præstare cautionem de non offendendo pro filio spurio vide Vulpell. in tract. de pace quæst. 84. & q. 85. Hercul. de caut. de non offend. cap. 32. Farinacc. in d. q. 107. nu. 351. de quo late dicam infra in Secunda par. §. 3. qq. 11. & 12.

Quæst. LXVIII.

Pax, vel promissio de non offendendo an rumpatur per offensionem factam cadaueri.

SVMMARIVM.

1 *Cadauer non potest offendi.*
2 *Pax per mortem finitur.*
3 *Defuncto non fit iniuria, nec cum eo pax rumpitur.*
4 *Iniuria, quæ fit cadaueri dicitur ficta iniuria.*
5 *Hæredes pro iniuria facta cadaueri agunt actione iniuriarum contra offendentem.*
6 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi quod pax rumpatur per offensionem factam cadaueri.*
7 *Actio pro iniuria facta cadaueri datur omnibus hæredibus pro portione hæreditaria.*
8 *Cadaueri infertur iniuria quoad famam, & honorem.*
9 *Iniuria, quæ infertur cadaueri, maior reputatur.*
10 *Defunctus dicitur habere amicos, & inimicos.*
11 *Conciliatio istarum opinionum per distinctionem.*

DO-

1 DOCTORES in resolu-
tione istius quæstionis
sunt adeo contrarij, & in-
ter se pugnant, vt vix per-
cipi possit quæ opinio se-
quenda sit, cum pars negatiua, vt per
iniuriam, vel offensam cadaueri factam
non rumpatur pax, vel promissio, dedu-
catur ex illa probabili ratione, vt mor-
tuus, vel cadauer non possit offendi,
cum morte finiatur contractus pacis, &
2 omnia eius † capitula, & omnes pœnæ
in futurũ committendæ l. verum. §. 1.
ff. de minor. §. deinceps authe. de nupt.
nec pœnalis causa transit ad hæredes, si
non fuerit dictum; cum omne omis-
sum habeatur pro omisso. Vulpell. in
tract. de pac. & promiss. q. 80. in fin. &
q. 87. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax.
conclus. 188. num. 2. Et ideo si amplius
non datur pax, nec etiam potest ada-
ptari qualitas rupturę pacis. Paris.
consil. 165. num. 30. lib. 4. Grat. con-
sil. 44. num. 15. lib. 2. Nicol. Moron. in
tract. de treug. & pace. quæstione 126.
Mars. consil. 125. num. 45. Honded.
cons. 89. nu. 18. volum. 2. Et in nostris
3 terminis quod defuncto non fiat † iniu-
ria, vel offensio, nec rumpatur pax.
Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 189. n.
2. in princip. & num. 3. vers. aut primo,
& adducitur doctrina Barthol. in l. 4.
§. cato num. 21. ff. de verbor. obligat.
& quia quatenus aliqua iniuria ca-
4 daueri, vel † mortuo inferatur, non
erit proprie iniuria, sed ficta; & propte-
rea pœnalis stipulatio non censetur
commissa, cum illius verba non ficte,
sed proprie accipienda sint, vt in termi
nis tenet Aret. in d. l. 4. §. cato n. 32. ff.
de verb. oblig. quem ibi sequitur Lu-
douic. Bologn. nu. 195. vers. quibus ad-
de, & nu. 146. Hercul. in tract. de caut.
cap. 20. n. 22. 23. Ang. de Perigl. in d. §.
cato num. 55. dicit quod licet hęredes
5 agere possint actione † iniuriarum
propter offensam factam cadaueri, non
possunt tamen agere ad contrauentio-
nem pœnę promissionis de non offen-
dendo.
6 Contrariam opinionem quod per of
fensionem, vel iniuriam factam defun-
cto, vel cadaueri rumpatur pax, & fi-
deiussio de non offendẽdo, tenet Ang.
7 in d. l. 4. §. cato nu. 16. in fin. vers. † &
ideo adde; & detur actio non vni soli
hęredi; sed omnibus proportione hæ-
reditaria, quem sequitur ibi Imol. nu.
8 44. vers. adde prędictis, cum † inferri
possit iniuria mortuo quoad famam, &
honorem. Claud. Seisel. in d. §. cato n.
35. & ob id committi pœnalem stipu-
lationem per offensionem cadaueri fa-
ctam tenet ibi Alciat. in repet. nu. 217
seqq. Hier. Butticell. ibi nu. 173. nititur
probare quod non solum iniuria pro-
9 prie † mortuo inferatur; sed illa sit gra-
uior ea, quæ viuenti infertur. Hor-
mandor. etiam ibi n. 521. seq. sequitur
opinionem Ang. & facit etiam, cum de-
functus dicatur habere amicos, & ini-
micos Petr. Caball. in q. crim. cas. 189.
nu. 2. in fin. per tex. in l. prima §. eligi-
tur autem ff. de ventr. inspicien. Hercu-
lan. in tract. de caut. cap. 20. num. 23.
vers. contra tamen, vbi dicit quod non
debet addi afflictio afflicto, & mors
prodesse solet, non autem obesse, vt
quis non offendatur. Et tenendo hanc
opinionem affirmatiuam Io. Crot. in d.
§. cato in prima repet. n. 138. respondet
ad obiectionem Aret. quod licet de-
functo, non vere, sed ficte iniuria infe-
ratur, tamen per offensam cadaueri fa-
ctam sit commissa stipulatio pœnalis;
cum dispositio etiam stricte interpre-
tanda loquens in casu vero respectu
vnius personæ compræhendat etiam
casum fictum respectu eiusdem per-
sonę.
11 Pro conciliatione, & resolutione
istarum opinionum ita ad inuicem re-
pugnantium Rip. in d. l. 4. §. cato num.
55. seqq. ff. de verb. oblig. vbi relatis
opinionibus contrarijs consideranda
verba instrumenti, vel stipulationis es-

se

se dicit, vt si loquantur de offensione personali, videlicet quia fuit promissum non offendere in personam, tunc non committatur pœnalis stipulatio; & si loquantur de iniuria, tunc nulla facta mẽtione de hæredibus nec etiam committatur stipulatio, & Alciat. ibi num. 217. seqq. etiam tenet, vt per offensionem factam cadaueri, si non fuerit promissum non offendere personam pænalis stipulatio nec etiam committatur. Bal. Nouell. ibi num. 18. etiam tenet quod commissa dicatur stipulatio pęnalis, si fuerit promissum non simpliciter non offendere, secus si fuerit promissum non offendere in personam. Quæ distinctio credo quod sit vera, & omnino amplectenda, non solum propter authoritates eorumdem Doctorum, sed etiam propter firmissimam rationem, quę se habet, vt promissio non offendendi in personam requirat tactum corporis, & offensionem in ipsa persona per liuorem, tumorem, ac dolorem, vt pluries dixi supra qui actus non conueniunt cadaueri insensibili, & ob id ista promissio in personã, nullo modo in ipso cadauere possit verificari: & licet dicatur quod mortuus dicatur habere amicos, & inimicos, ac etiam honor defuncti læda tur; imo maior iniuria fiat defuncto; quam viuenti, non per hoc rumpitur pax, quę respicit particularem offensam per dolorem in personam; sed bene hæredes possent vendicare d. iniuriam per aliam pænam quam pacis ruptę, & stipulationis pęnalis, iuxta doctrinam Ang. de Perigl. in allegato S. cato num. 55. & sic iniuria potius dicatur respicere hæredes, quibus prouisum erit per d. actionem iniuriarum, quam personam principalis defuncti per contrauentionem pænæ conuentionali.

Quæst. LXIX.

Pax, vel promissio de non offendendo an comprahendat hæredes, tam actiue, quam passiue, vt pax rupta dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes, neq. actiue, neq. passiue comprahenduntur in pace, & num. 2.*
3 *Proprietas verborum est attendenda in pænalibus.*
4 *Hæredes repræsentant personam defuncti ficta, sed non propria.*
5 *Pæna conuentionalis si non fuerit soluta ab offendente debet solui ab eius hæredibus.*
6 *Pax comprahendit hæredes sanguinis, & hæredes extraneos quando fuit promissum pro se, & hæredibus.*
7 *Declara hoc tribus modis, vt ibi.*
8 *Pax non rumpitur per ignorantes fuisse factam pacem.*
9 *Hæredes in primo gradu tantummodo veniunt in pace quando fuit stipulata pro se, & hæredibus.*
10 *Pæna commissa an sit applicanda vni hæredi offenso, vel omnibus, & an solus offendens teneatur ad pænam, vel omnes eius cohæredes.*

1 VERBA Instrumenti pacis, vel promissionis de non offendendo sunt consideranda, vt si quis simpliciter pacem fecit cum aliquo, promittens illũ non offendere, non censeatur promisisse eius hæredem non offendere, & ex parte stipulatoris passiue in istis stipulationibus hæredes non veniunt, nisi expræsse dicatur. Doct. in l. 4. S. cato ff. de verb. obligat. & pręcipue Bar. sub num. 31. versic.

 modo

modo in proposito. Rip.sub num. 49. Claud.Seisel.sub n.36.Bal.Nouell.sub n.17.Ludou.Bologn.num.149. Petr.a Plach.in epith.Delict.lib. 1.c.6.nu.29. vers.hinc etiam constabit Nic.Mor.de treug.&pac.q.134.n.5.Hercu.de caut. cap.18.num.17.

2 Quę conclusio ex parte promissoris 6 nec etiam venire hæredes actiue, vt si quis promisit non offendere, non censeatur promisisse quod nec etiam eius hæredes offendent, si non fuerit in promissione facta expræssa mentio de hæredibus Claud. Seisel. in dict. l. 4. §. cato num. 36. vbi dicit hoc habere pro indubitato; quem ibi sequuntur Galliauol. num. 21. in fin.& sub num. 122. vbi testatur de communi. Hormanot. num. 516. seq. Marlan. Soccin. sub num. 265. Farinacc. de var.& diuers.crim.quæst. 107. art. 7 27.num.364. vbi etiam de communi, & credit hanc opinionem Iudicio suo esse veriorem, quicquid videatur dici in contrarium ex mente Bar. in d. §. cato num. 32.vers.licet enim ex parte stipulatoris, quem ibi sequitur Bal. Nouell. in repet. num. 17. & Hercul. de cautio.cap.18.nu.17. & Vulpell.in tract.de pace quęst.87.nu.5.seq.tenet

3 opinionem † contra Bar.per illam rationem, vt in pœnalibus non sit recedendum a proprietate verborum, & omissum habeatur pro omisso, & proprie loquendo persona hęredis sit persona

4 ficta, & repręsentatiua, & in † materia, in qua proprie, & non per interpretationem verba percipi debent heres eadem persona non censeatur per Doctores per eum ibi allegatos.

5 Bene verum est quod si pœna fuerit commissa per primum promissorem, sed in vita non fuerit de hoc conuentum, nihilominus eius hæredes teneantur ad solutionem dictæ pœnę conuen- 8 tionalis, cum illa transeat ad hęredes quicquid dicatur in contrarium de pœna legali, vt late concludit relatis, & reprobatis contrarijs Hercul. in tract.de caut.cap.40.n.7.seqq.& idem erit si ageretur pro damnis, & interesse contra hęredes occasione fractę pacis, vt sentit Minsinger.obseruat.98. cent. 1.& sequitur Farinac.in d.q.107. art. 7.nu.358.

Si vero verba instrumenti cantent etiam in hęredibus; quia quis promisit simpliciter pro se, & adhærentibus, tunc sub ista promissione veniunt non solum hæredes sanguinis, prout filij, sed etiam hæredes extranei, & non consanguinei promissoris ex doctrina Bar. in l. Gallus §. etiam si parente ff.de liber.& posthum. Vulpell. in respons. secundo num.10.post Alex.Curt. Iun. & Afflict.per eum relatos Farinacc. d. quęst.107.num. 355. vbi testatur opinionem Bar. esse crebrius receptam. Quæ opinio tribus modis † limitatur, & restringitur; & primo si fuerit promissum pro se, & hæredibus consanguineis, vel affinibus absq. copula, vel pacto inter verbum hæredibus, & verbum consanguineis; quia tunc in ista promissione veniunt solum modo hæredes consanguinei, vel affines, & non extranei hæredes. Vulpell.respons. 3.num. 1. & latius respons. 201. num. cum plurib. seqq.vsq.ad num. 11.vbi hanc limitationem pluribus comprobat, & contrarijs respondet. Imo in dicta respons. 2. num 4. firmat in hac promissione sine copula concepta non contineri consanguineos promissores, nisi etiam fuerint hæredes: a qua declaratione non dissentit Farinacc. in quęst.107. art. 27. num. 356. quod est valde notandum: quia, vt plurimum notarij, vel ex imperitia, vel ex negligentia concipiunt promissiones, & instrumenta pacis sine capula præfata

Secunda est limitatio quando hęres ignorauit pacem fuisse factam a defuncto: quia per contrauentionem hęredis pęna non committitur. Io.Crot. in

in d.l.4.§.cato n.146.de verb.obli.post Paul.de Castr.dicit in dubio in hærede præsumi ignorantiam,& non scientiam.Hormanot.ibi sub n.518.& Marian.Soccin.sub nu.265.quam declarationem etiam sequitur Farinacc. in d.q.107.nu.357.

9 Tertio etiam declara, & intellige quod in promissione, de non offendendo, vel pace, licet veniant hęredes actiue, & passiue; quia de eis fuerit facta expræssa mentio non veniunt tamen hæredes, & successores in infinitum, sed tantum primi hæredes; vt bene explicat reprobatis omnibus contrarijs Herculan. de caut. cap.4. num.1.seqq.& cap.42.nu 14. seqq.vbi etiam,quod in proposito appellatione hæredis veniat bonorum possessor, vel alius, qui loco hęredis subrogetur, & eamdem opinionem sequitur Nicol.Moron.in tract.de treug. & pace quęst 144.num.5. vers.& vbi pro hęrede, & Farinac.in d.q.107.nu.366.seq.

10 Pæna autem commissa an sit tota applicanda vni hęredi offenso,vel distribuatur inter omnes hæredes pro virili portione, & an vnus, hęres offendens teneatur ipse solus,vel omnes eius hæredes in solidum dicam infra in q.75.

Quæst. LXX.

Pax an rupta dicatur per offensionem factam adhærenti principalis paciscentis.

SVMMARIVM.

1 *Pax per offensionem factam adhærenti non dicitur rupta.*

2 *Romana Ecclesia laudatur; quia nunquam facit pacem, nisi eius adhærentes comprahendantur in pace.*

3 *Contrariam opinionem quod adhærentes comprahendantur in pace,& per offensionem eis factam rupta dicatur pax, tenent ibi Doct.*

4 *Familiares si fuerint offensi pax dicitur rupta.*

5 *Opinio negatiua quod non rumpatur pax tenetur a Farinacc.*

6 *Author non sequitur Farinac. sed conciliat opiniones contrarias.*

7 *Impuberes non veniunt in pace, nisi de eis fuerit facta expressa mentio.*

8 *Adhærentes comprahenduntur in pace per Principes, & vniuersitates cum bellum non faciant sine adhærentibus.*

9 *Adhærentes comprahenduntur in pace quando sine eis pax esset frustratoria.*

10 *Consiliarij Principis comprahenduntur in pace.*

11 *Adhærentes non comprahenduntur in pace, quando pax fuit concepta in personam, secus si in rem.*

12 *Consanguinei ignoti non faciunt pacis fractionem, neq. actiue, neq. passiue.*

13 *Ignorantia in proposito quomodo esse debeat.*

1 QVAE fuerunt opiniones in hac quęstione,& prima, negatiua, vt per offensionem factam adhærenti nō dicatur fracta pax, vel pro missio de non offendendo, tex. in cap. ad Apostolicæ circa med.de sent. & re iud.in 6.vbi Doct. & pręcipue Gemin.nu.10.Franch.nu.5.Io.Andr. n.3. qui valde laudat fidelitatem Ecclesię Romanæ, quæ nunquam vult pacē tractare, nisi in ea adhęrentes comprahendat,& Felin. in rubr. de treug. & pac. sub n.11.in verb.quinta declaratio dicit post Bald. quod omnis faciens pacem debet promittere pro familiaribus, socialibus, adhęrentibus si vult esse fidelis. Nouell.in pract. crim. c. fin. num.53.Riminal.Iun.consil.103.num.

 4.&

12 Quarto limita, & intellige, vt in promissione; vel pace facta pro se, & consanguineis non compræhendantur consanguinei ingnoti; nec pax rupta dicatur quando offendens ignorabat illum esse talem consanguineum Nic. Mor. in tract. de treug. & pac. q. 180. num. 8. Hercul. de caut. de non offend. q.
13 39. n. 1. seq. vbi tamen† loquitur quando ignorantia erat probabilis; quia is, qui consanguineus erat habebatur pro nó consanguineo, secus si non esset probabilis; quia haberetur publice pro consanguineo sequitur Farinacc. d. q. 107. num. 336.

Quæst. LXXI.

Pax quando compræhendat affines consanguineos seu adhærentes futuros, tam actiue, quam passiue, vt locus sit pœnæ pacis ruptę.

SVMMARIVM.

1 *Adhærentes, & consanguinei, & affines futuri non veniunt in pace.*
2 *Posthumus non comprahenditur in pace.*
3 *Contrariam opinionem quod futuri affines, & adhærentes compræhendantur in pace tenent Doct. ibi.*
4 *Author sequitur opinionem affirmatiuam quod pax rumpatur per offensionem, quæ fieret adhærentibus futuris.*
5 *Quæ opinio Authoris magis vera est in pace facta inter Vniuersitates, & Principes.*
6 *Castra, vel villæ acquisita post pacem compræhenduntur in ipsa pace facta cum Ciuitate.*
7 *Pax non dicitur rupta per offensionem factam alicui adhærenti, qui esset adhærens tempore offensionis.*
8 *Pax non rumpitur per offensionem factam adhærentibus, si sequuta fuerit offensio ex priuatis inimicitijs; & non occasione guerrę, pro qua fuit facta pax.*
9 *Adhęrentes, fautores, complices, familiares, & domestici qui dicatur remissiue.*

1 DOCTORES inter se certant in resolutione istius quęstionis, cum aliqui teneant quod pax facta pro se, filijs, affinibus, consanguineis, & adhærentibus non dicatur rupta per offensionem factam per adhærentes, & cósanguineos futuros, & quod in pace, neq. actiue, neq. passiue veniant futuri adhærentes, vel consanguinei; & adducitur originalis doctrina Bal. in cap. inquisit. nu. 9. de appellat. qui licet loquatur in posthu-
2 mo, tamen† Doctores extendunt etiam ad affines, & consanguineos futuros, vt per Marsil in §. aggredior num. 48. Iul. Ferret. de re milit. tit. de ferijs nu. 62. Bero. cons. 198. nu. 12. seqq. lib. 3. Tob. Non. cons. 100. nu. 1. seqq. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 8. nu. 3. in fin. & in cap. 36. nu. 6. seq. Bertazzol. cons. 30. per totum, & cons. 185. n. 1. seqq. volum. 1. & consil. 245. num. 7. Anton. Galeott. consil. 33. num. 21. seqq. Laderch. Imol. consil. 20. per totum, vbi tuetur hanc opinionem, & contrarijs respondet, & consil. 77. n. 3. 8. Nicol. Moron. in tract. de treug. pac. q. 180. vbi late Farinacc. de var. & diuers. crim. quæst. 107. art. 24. num. 129. seq. vbi in fine testatur penes se hanc opinionem esse veriorem, & magis receptam.
3 Altera fuit opinio, vt compræhendantur affines consanguinei, & adhærentes futuri tenuit Io. Andr. in annotat. ad Speculat. rubr. de treug. & pace,

ce, Marsil. in §. aggregior nu. 49. Alex. conf. 178. num. 10. & 12. lib. 2. Ang. conf. 261. nu. 2. seqq. Rimin. Iun. conf. 101. per totum lib. 1. vbi late tuetur hanc opinionem, & respondet contrarijs, Marcabrun. ab Anguil. etiam reprobatis contrarijs residet in hac opinione in conf. 202. nu. 1. seqq. & num. 68. seqq. & nu. 79. seqq. & nonnulli alij relati per Farinacc. in d. q. 107. n. 331. & vltra illos tenent etiam Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. nu. 33. Nouell. in pract. crim. cap. fin. n. 73. Petr. de Sord. conf. 262. num. 49. vol. 2. Card. Tusch. tom. 6 in verb. pax concl. 171. nu. 18. & Vulpell. in tract. de pac. q. 31. num. 1. & nu. 3. vbi testatur ita iudicasse, & eius sententiam fuisse confirmatam, & testatur ibi de crebriori opinione: ex quibus opinionibus contrarijs resultat decisio, quia si non comprehendantur per eorum offensionem, tam actiuam, quam passiuam, non rumpitur pax; secus si comprehendantur.

4 Ego autem credo quod opinio affirmatio magis sustineri possit; cum si bene Doctores enumerentur pro illa, præualent tam in numero, quam in authoritate; & postea, quod magis me mouet ad istam opinionem tenendam, quicquid latrent Doctores circa istum articulum, videmus quod pro ista parte affirmatiua pluries fuit decisum, & sententiatum Bertazzol. in consil. 30. in fin. vol. 1. ac etiam Vulpell. in tract. de pace quæst. 31. in fine, vbi testatur etiam ipsum pro hac parte affirmatiua iudicasse, eiusq. sententiam fuisse comprobatam; cum alias paci de facili fraus fieri posset per nouos, & futuros affines, & adhærentes, & sic non esset plene consultum partibus paciscentibus per ipsam pacem contra naturam ipsius, per ea, quę late dixi supra in quęstione tertia, & ideo, vt verum fatear, non possum discedere ab ista opinione affirmatiua.

5 Quæ opinio affirmatiua magis vera erit in pace facta inter Vniuersitates, vel Principes, vel inter confederatos: cum enim lega, seu confederatio recipiat augumentum, & diminutionem, & crescat, & decrescat secundum temporis diuersitatem, & tamen semper sit eadem, Ideo sub dicta pace compræhendantur personæ futurę sub eadem lega, vel confederatione, vt tenet Hercul. in tract. de caut. capit. 36. num. 6. seqq. licet teneat contrarium in pace facta inter priuatos; quam distinctionem tenet Bertazzol. cons. 30. vol. 1. & latissime Laderch. Imol. cons. 20. per totum. Nicol. Moron. de treug. & pac. n. 6.

6 7. Item in pace † facta cum Ciuitate, vel Castellis, vt in ea veniant Castra deinde post pacem acquisita Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace num. 40. Iacob. Nouell. in pract. crimin. cap. fin. nu. 102.

7 Item pax † facta pro se, & adhærentibus, si tempore dictę pacis, vel promissionis de non offendendo aliquis fuerit adhærens, beneuolus, & sequax alicuius ex paciscentibus, & postea desierit esse adhærens, beneuolus, & sequax tempore quo fuit offensus, per talem offensionem non dicatur rupta pax, vel promissio de non offendendo; & sic tam actiue, quam passiue veniant adhærentes. Marcabrun. ab Anguil. consil. 102. per totum, vbi istum casum disputat ad partes, & postea huic opinioni negatiuæ adhæret Farinacc. d. q. 107. num. 336. art. 24. Intellige tamen dummodo offensio sequatur occasione belli, vel guerræ; secus si ex priuatis inimicitijs existentibus inter ipsos homines particulares. Felin. in rubr. de treug. & pac. num. 11. ante vers. sexta declaratio: vbi tamen subdit: nisi tamen materia super qua fiat pax aliud suadeat, & faciunt quæ dixi supra.

An requiratur ratificatio ipsorum adhærentium, vt in pace, tam actiue, quam passiue comprehendantur

...ac prima parte quæstion.

9 Qui dicantur adhęrentes, fautores, complices, & sequaces, ac familiares, & domestici, videantur Felin. in rub. de treug. & pac. sub num. 11. in verb. quinta declaratio, Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in verb. de adhærentibus num. 5. & 6. Hieronym. de Monte quęst. 27. num. 11. Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace num. 13. Deci. in repet. cap. quanto de Iud. & in c. ad hęc num. 32. de postulat. Pręlat. Vulpell. in tract. de pace q. 32. nu. 2. Mascard. de probat. conclus. 534. per totam vol. 1. late Bertazzol. cons. 145. num. 1. seqq. vol. 1.

Quæst. LXXII.

Pax an dicatur rupta per offensionem factam socio itineris.

SVMMARIVM.

1 *Pax dicitur rupta per offensionem factam socio itineris.*

2 *Iniuria facta meo socio dicitur mihi facta.*

3 *Socius itineris est a consocio defendendus etiam in foro honoris.*

4 *Pax rumpitur per offensionem factam habitanti cum illo, cum quo pax erat inita.*

5 *Quod declaratur quando offensio fuit facta a socio in domo habitationis illius, cum quo pax habetur; alias secus.*

6 *Offensio facta socio præbet nouam causam, vt si reoffendatur offendens per alium paciscentem, non dicatur rupta pax.*

7 *Pax magis rupta diceretur per offensionem factam socio itineris, si fuerit facta in odium alterius paciscentis, secus si citra animum offendendi dictum principalem paciscentem.*

8 *Socio iniuria facta punitur pœna iuris communis; sed non pœna conuentionali.*

1 DOCTORES in l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. firmanr quod per iniuriam, vel offensam factam socio itineris, etiam quod principalis paciscens non fuerit principaliter offensus pax rupta dicatur, vt firmant ibi præcipue Io. Crot. in 2. lectu. nu. 79. Ang. de Perigl. num. 75. in fin. Bal. Nouell. nu. 18. in fin. per gloss. in l. item apud labeonem §. si quis virgine in verb. eorum ff. de iniur. cum † iniuria 2 itineris meo socio facta, mihi dicatur illata, & qui aggreditur meum socium me aggredi dicatur. Iul. Ferret. tit. de ferijs n. 63. & late prosequitur Vulpel. in tract. de pac. q. 41. num. 1. seqq. & ideo † ibi subdit; mihi licet ipsum defendere. Gandin. tit. de defens. reo facien. num. 3. Imo in foro honoris mihi 3 Comiti maximo dedecori adscriberetur si ego alterum comirem non adiuuarem: Quæ conclusio † procedit etiam 4 in offendente habitantem cum illo; cum quo offensor pacem habet. Felin. in cap. repellantur num. 7. de accusat. Blanch. in repet. l. fin. ff. de quęstion. n. 175. quos refert, & sequitur Vulpell. in tract. de pac. q. 41. nu. 4. in princ. Hercul. de caut. cap. 19. sub nu. 70. circa medium, & Farinacc. de var. & diuers. crim. art. 30. q. 107. n. 389. Quod pro-5 cedit quando offensio † infertur in domo habitationis illius, cum quo pax habetur, alias secus, vt declarat idem Vulp. in d. q. 41. nu. 4. vers. quod censeo, sequitur Farinacc. d. q. 107. num. 6 389. vers. vbi declarat. Et si † principalis paciscens offendat pro defensione sui consocij offensorem principalem paciscentem, tanquam ex noua causa non diceretur rumpere pacem. Vulpell.

quando quælibet,& sic omnes ex vna parte designantur pro vno corpore Tobi.Non. cons.108.nu.23.seq. Vulpell. in tract.de pac.q.63.Bertaz.cons 271. num.4.vers.& maxime,& vers.& post. Corn.lib.2.Hond.d.cons.89.num. 19.
3 vol.2.Et adeo dicatur † sublata per offensionem vnius pax,vt alter offendens non teneatur de pace rupta Honded. d.cons.89.nu.14.lib.1.vbi de communi,& latissime post alios fere infinitos, quos allegat Petr. Caball.in d.cas.101. nu.2.vbi pluries testatur de communi; & quod hoc est adeo verum, vt non egeat pomposa Doctorum allegatione, & procedit siue secundus offendens; fuerit ille,qui prius fuerit offensus, siue alius ex parte offensa; quia satis est quod vnus ex vna parte offenderit aliũ ex alia parte; vt pax quoad omnes rupta dicatur, & alius ex parte offensa possit aliquem ex alia parte offendere sine incursu pacis ruptæ. Tob. Non. cons.110.nu 4.Bertazzol.cons.271. n. seqq & fere per totum cons vbi reprobat contraria, & post alios, quos allegat Honded consil 89 num.23 lib.
4 1 Imo † si vnus ex vna parte fregerit pacem, alius ex altera parte etiam ex interuallo possit offendere offendentem, & compręhensos in pace absque metu pœnæ conuentionalis;ea ratione quia secundus offendens non dicitur fregisse pacem, sed fractam inuenisse: late Honded.d cons 89 nu.22.lib.2 latissime Petr.Caball in tract crim cas. 101.n.4.seqq vbi concordantes allegat, & reprobat contrarium tenentes; sed
5 tantummodo secundus offendens † puniatur pœna ordinaria Iuris communis,vel municipalis,vel si excesserit in defensione teneatur pro excessu, latissime Petr Caball in dicto cas 101 nu.5. 8.9 11 Baiard ad Iul Clar quęst 47.n. 42.§ fin & ego late dixi sup. in quæst. . vbi declaraui quando adesset in pace clausula : rato manente pacto,vel clausula : toties pæna committatur quoties fuerit contrauentum, vel si intelligatur de pęna parti applicanda, vel de pœna Fisco applicanda,& an pęna debeat per compræhensos in pace solui pro rata vide latissime Bertazzol cons.149 per totum
7 † vol.1. & feminæ non compræhenduntur in solutione dictæ pænæ conuentionalis,quãuis sint coniunctę per virilem sexum. Rimin Iun cons 499 per totum vol. 5.
8 & † femina pupilla debet extrahi ab obligatione facta per patrem de non offendendo ne compræhendatur in distributione pænæ in euentum contrauentionis Rim Iun.cons 307 per totum vol 3.

Quæst. LXXIV.

Quando plures promiserunt per pacem,vel promissionem de non offendendo, an vnus pro alio in casu contrauentionis, vel in solidum,vel pro virili teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis solui debet per offendentem, quando plures promiserunt simpliciter alios plures non offendere.*

2 *Contrariam opinionem tenent ibi nonnulli Doct.*

3 *Pęnam ex parte offensi omnes hæredes exigere possunt pro virili portione.*

4 *Contrariam opinionem quod tota pœna conuentionalis applicetur offenso, & non alijs tenent ibi Doct.*

5 *Pœna ab omnibus exigi potest in solidũ quando plures promiserunt cum expręssa obligatione quod vnus teneatur pro altero.*

6 *Pœna conuentionalis potest exigi in solidum ab omnibus, qui omnes promiserunt non offendere vnum solum.*

Pro-

7 *Promissio de non offendendo in dubio cẽseatur facta pro virili portione, & non in solidum.*

8 *Pœna conuentionalis exigitur ab omnibus in solidum per offensionem factam vni ex compræhensis, quando sumus in pace inter duas Ciuitates partes, & factiones.*

9 *Bene verum est quod alij, qui non fuerint culpabiles recuperare debent eorum portionem ab offendente.*

10 *Pœna conuentionalis debet exigi pro rata personarum comprahensarum in pace, & ibi ponitur exemplum.*

1 RESOLVTIO pręsentis quęstionis oritur ex verbis instrumenti pacis, vel promissionis factę per partes de non offendendo, & si plures promiserunt simpliciter alios plures non offendere, & vnus contraueniat tali promissioni, offendendo vnum ex dictis pluribus, quem non offendere promisit, tunc ille solus qui offendit tenetur ad pęnam, & alij consortes non tenentur pro eo, nec in solidum, nec pro virili. Bar. in l. fin. in 2. q. ff. de duob. reis, cum non sint omnes correi actiue, & passiue; cum in huiusmodi stipulatione extet diuersitas in re; & sic in persona offensi, vt idem Bar. per hæc formalia verba tradit in auth. hoc ita nu. 15. C. eod. Tob. Non. conf. 108. n. 23. conf. 152. per tot. tom. 1. conf. crim. diuers. Ludoui. Senz. conf. 155. num. 12. Raynal. Rodulph. Pręceptor meus recolendæ memoriæ conf. 156. nu. 9. tom. 1. crim. diuers. & post alios, quos allegat. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 27. & q. 29. Farinac. de var. & diuers. crim. art. 10. q. 107. num. 96. vbi suo solito more lacerat eumdem Nicol. Moro. quod obscure, & confuse loquutus fuerit, late Vulpell. in tract. de pac. q. 57. num. 1. seqq. vbi alios plures concordantes allegat, And. Gayl. in tract. de pac. publ. lib. 1. cap. 3. num. 17. licet contrariam
2 opinionem † in eodem casu, in quo consuluerunt Tob. Non. Ludouic. Senz. & pręceptor meus, teneat Collegium Maceratense inter eadem consilia criminalia conf. 150. nu. 72. sequen. affirmans pœnam conuentam non posse totam peti ab offensore, sed pro virili portione ab omnibus promissoribus: & magis in terminis Iacob. Nouell. in tract. crim. cap. fin. nu. 76. vbi late; & inter alios dicit adesse pulchrum consilium Alex. conf. 116. num. 1. vol. 4. & eamdem contrariam opinionem sequitur Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 33. §. final. in pract. crim. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 188. num. 5. Et è
3 conuerso † quod omnes possint ex parte offensi agere pro virili portione cõtra alios de parte offendentis, late declarat Iacob. Nouell. in pract. crim. cap. fin. in d. num. 76. in fin. & idem voluit Herculan. in tract. de caution. cap. 18. n. 14. sed Rim. Iun. in conf. 136. lib.
4 3. dicit † pœnam esse applicandam ipsi offenso tantum; cum qua opinione Riminal. transit etiam Farinacc. in d. q. 107. nu. 99. & Card. Tusch. d. concl. 178. num. 1. Et ego etiam libenter pertranseo cum opinione eiusdem Rimin. quia illam, & rationibus, & authoritatibus bene comprobat, & contraria confutat.

5 Si vero plures promiserunt non offendere alios plures, non simpliciter, sed cum expressa obligatione, quod vnus teneatur pro altero, & omnes in solidum, non est dubium quod pęna exigi possit ab omninus in solidum, & ab vno quoq. eorum, prout colligitur ex Doctoribus allegatis in principio quæstionis, qui expresse loquuntur, quando promissio est simplex, & non in solidum; ergo secus si fuit in solidum, prout ita argumentantur Doctores allegari in principio quæstionis Farinacc. in d. quęst. 107. art. 101. post Nicol. Moron. in tract. de treug. & quęst.

pac. quæst. 27. num. 2. in fin. & quæst. 28. num. 2. & Herculan. de caur. cap. 18. num. 19. vbi tamen remissiue loquitur.

6 Si vero plures promiserunt non offendere vnum solum puta Sempronium & tunc sicut si Sempronius offendisset vnum ex aduersarijs teneretur ad totam pœnam conuentam; ita pariter ratione æqualitatis seruandę omnes ex parte offendentis in solidum teneantur, & ab eorum vnoquoq. pæna exigi possit, aut saltem ille contraueniens ad totam pænam teneatur, secundum Collegium Maceratense in d. cons. 150. nu. 73. vers. tamen in casu, de quo agitur, & num. 74. tom. 1. Nec obstat quicquid dicat Farinac. in dicto art. 10. q. 107. num. 103. quod Doctores Perusini supra adducti contrarium sensisse videantur ea ratione, quia sine plures promittant pluribus, siue vni tantum, promissio in dubio censeatur facta pro virili portione, & non in solidum, & relinquat super hoc esse cogitandum: quonia in ipsi Perusini, & pręcipue Tob. Non. in cons. 152. nu. 16. & 17. loquitur quando promissio fuit facta per plures repręsentantes vnum corpus, & tunc omnes pro virili teneantur vt mox inferius dicam, secus si simpliciter per vnum tantum; quia tunc ille solus conuenitur, vt apparet expresse in d. num. 17. vers. & ideo non mirum.

8 Si vero plures pacem fecerunt, ac promiserunt se inuicem non offendere, non, vt singuli, sed tanquam vnus corpus, vt si fiat pax inter duas vniuersitates, aut partes, seu factiones, & tunc data contrauentione per offensionem illatam ab vno non solus offendens ad pænam conuentam conueniri potest, sed omnes pro virili portione Tob. Non. d. cons. 108. num. 20. & 24. & cons. 152. nu. 13. 16. & 17. tom. 1. crim. diuers. Nic. Moron. de treug. & pac. q. 28. n. 1. Farin. d. q. 107. art. 10. n. 100. Vulpell. in tract. de pace q. 57. nu. 3. Alex. cons. 116. vol. 4. nec dissentit Paris. in cons.

9 160. lib. 4. Si vero alij consocij nullam culpam habuerint in offensione facta per vnum, æquissimum est, vt eis succurratur, & a delinquente repetant portionem solutam. Vulpell. de pace dicta q. 57. num. 4. de quo late dicam in sequenti quæstione.

10 Sed si dictæ duę partes, vel familię, quæ fecerunt pacem, si vna tantum habeat viginti homines, altera decem, & pænę medietas applicatur Fisco, & altera medietas parti obseruanti, debetur illis decem pro rata, & debet exigi ab alijs viginti pro rata, qui contrauenerunt, licet vnus solus contrauenerit, vt post Alex. cons. 116. per totum art. 4. & ibi addentes in verb. pacem. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 187. nu. 2.

Quæst. LXXV.

Pax facta pro se, & suis hæredibus an omnes hæredes, vel offensus tantum pœnam petat, & quomodo fiat distributio pænę.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis, secundum vnam opinionem debet tota applicari offenso, etiam quod pax facta sit pro se, & hæredibus.*

2 *Contrariam opinionem quod debeat distribui pro rata inter omnes hæredes tenent ibi Doct.*

3 *Conciliantur istæ contrariæ opiniones.*

4 *Pœna conuentionalis per offensionem factam per vnum ex hæredibus pro portione hæreditaria potest exigi contra*

contra

tra omnes hæredes.

5 *Contrariam opinionem tenet ibi Doct. quod possit agi contra omnes hæredes in solidum pro pœna conuentionali.*

6 *Conciliantur istæ contrariæ opiniones, & ponitur differentia inter pacem, & cautionem.*

7 *Pace facta, non voluntarie, sed ex necessitate statuti pœna committitur pro portione contrafacientis, & non in solidum.*

8 *Pax facta in dubio præsumitur ex propria voluntate, & non compellente statuto.*

9 *Offensione facta per vnum ex cohæredibus in casu, in quo alij cohæredes incurrunt periculum fractæ pacis, an solus offensus, vel omnes cohæredes teneantur ad pœnam.*

1 BART. in l.4.cato nu.30. 31.ff.de verb.oblig.decidit pœnam conuentam applicari totam ipsi offenso, quem ibi sequuntur cæteri Doct.& præcipue Angel.nu. 6. versic.sed vni.Imol.num.44.circa medium.Ias.nu.54.Soccin.Sen.n.34. qui late opinionem Bar.tuetur Alciat.etiã late n.205.dicit hanc Bart.opinionem communem Ang. de Perigl. num. 53. Nicol.Moron.in tract. de treug. & pace quæst. 134.nu.7.licet referat quod Claud.Seysell.in d. §. cato num.38.& num.86.testetur de communi contraria opinione Vulpell.in tract.de pac.q. 58. per totam post Corn. in cons. 218. in fin.vol.2.dicit non esse ab ista opinione Bar.in iudicando recedendum, quamuis Imol.Comen. Alex. & Ias. in d.§.cato in locis per eum relatis disputatiue aliter sentire videantur Hercul. de caut.de non offend.cap.18. nu. 16. vbi de communi,& ad saturitatem more suo solito Rimin. Iun. in cons. 306. per totum lib.3.qui rationibus, & authoritatibus defendit, reiectis, & confutatis contrarijs per eum relatis. Iul. Ferret.tit.de ferijs nu.63.

2 Contrariam opinionem quod non tota pœna hæredi offenso applicetur, sed inter omnes hæredes sit distribuenda pro rata tenent multi alij Doct. in d.§.cato, & præcipue Alexan. nu. 52. seqq. Alciat.n.268.vbi de magis communi, Io.Crot.nu.140.sequen.in prima repet.vbi de probabiliori opinione Bal. Nouell. num. 17. qui tuetur opinionem contra Bart. Ruin. num. 94. seqq. Hormanot. num. 500. seqq.vbi de magis communi. Marian. Soccin. nu.261.seqq.vbi de communi, & probabiliori sententia.

3 Pro conciliatione istarum opinionum multæ accomodantur distinctiones, & declarationes per Doctores in d.l.4. §. cato, & præcipue per Alciat. sub num.205.& per Gallia. num. 101. & per Marian. Socci. sub nu. 274. vt quilibet apud eos videre poterit; sed illa mihi magis placet relata per d. Marian. Socc. vt si fuerit promissum non offendere cum clausula rato manente pacto,vel quod pœna toties committatur quoties fuerit contrauẽtum; tunc offensus, vel omnes hęredes possint simul in solidum pęnam petere effectualiter.

4 Quando autem pax facta est pro se, & suis hęredibus, si vnus ex hæredibus contraueniat, potest contra omnes pro portione hęreditaria occasione offensæ sequutæ,exigi pęna. Bar. in d.l.4.§.cato num. 32. ff. de verb.obligat. quem ibi communiter Doctores sequuntur, vt testatur Rip.sub.num. 100.Alciat.sub.num.214.Hier. Butricell.num.174.& de crebriori sententia testatur Vulpell.in tract.de pac.quęst. 59.num.1.in princ. Herculan.de caut. cap.18.num.15.Andr. Gayl. de pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 18. late Vulpell. in tract. de pac. quęst. 63. num.1.

5 Quamuis nonnulli dissentiant ab ista

ista opinione, vt possit agi pro pęna in solidum contra quemlibet hęredem, & pro portione hæreditaria, vt totis viribus strenue more suo solito defendere conatur Alciat. in d. repet. §. cato. nu. 212. seqq. & in alijs locis per Vulpell. in d. q. 59. nu. 1. vers. pro contraria, nec dissentit Marian. Soccin. in d. §. cato nu. 265.

6 Pro conciliatione istarum opinionum ita de directo inter se aduersantium, aliqui conantur differentiam cōstituere inter pacem, & cautionem; vt in pace firma remaneat prima communis opinio, in cautione sit vera secunda opinio, q. vno ex hęredibus contrauenienti, nec etiam pro portione hæreditaria alij conueniri possent, vt late tuetur Vulpell. in tract. de pace quęst. 69. ea ratione, vt æquius sit in istis pęnalibus Pretorijs stipulationibus, quæ sunt stricti Iuris, vnus pro altero non pergrauetur; sed solum pęna teneat contra offendentem suum authorem; & quod Doct. tenentes contrariam opinionem, non loquantur, quod fiat distributio pro hæreditaria portione, sed tantum quod pæna per offensionem vnius sit commissa in totum; & quia etiam in cautione possent pænam pecuniariam cohęredes repetere ab offendente; quod secus erit in pace, cuius pęna est, vt rumpentes pacem possent offendi, quæ pęna corporalis non potest repeti ab offendente, vt post Ang. & Senen. refert Rip. in d. § cato num. 10. vers. declaratur vt procedat; vbi subdit, quod hoc videtur esse verum, sed aliqua lege non probatur; & ideo ibi, tradit aliam declarationem, vt in pœnali stipulatione interposita super pace voluntaria, pæna committatur contra omnes pro hęreditaria portione, secus in pace inita ex necessitate statuti æditi a Superiore, & tunc pæna tanquam prætoria committatur contra offendentem dumtaxat pro portione sua hęreditaria, quam declarationem dicit ibi ponere Roman. quam sequitur etiam ibi Ias. Quę declaratio non placet eidem Rip. & dicit quod Rom. non bene loquutus fuit per l. cum ex clausula ff. iudic. & sic videtur ibi concurrere, quod pæna committatur quoad omnes etiam in pace: quę opinio restringi debet quoad pænam conuentionalem in pace promissam, secus quoad alias pęnas corporales; quia cohęredes, qui non contrauenerunt pænis legalibus, vel bannimentalibus, & pręsertim defectus fidei, vel honoris teneantur, vt declarat Vulpell. in d. q. 59. nu. 2. vers. illud autem; & quoad pænam pecuniariam, vt etiam aliqui hæredes, qui non deliquerunt, licet cogantur soluere pęnam pro rata, possent tamen habere regressum contra offendentem pro eorum indemnitate, & releuatione, vt voluit Bart. in d. §. cato n. 32. & annuit Rip. ibi nu. 100. in princ. & post Ias. Vulpell. in d. q. 59. num. 1. vers. sed etiam; & cum hac etiam opinione transit Farinac. in d. quæst. 107. nu. 362. vers. ego tam in pace.

7 Et si pax non fuerit facta voluntarie sed ex necessitate statuti, tunc talis pæna adiecta Prætoriæ stipulationi non committitur in totum nec in solidum, sed pro portione contrafacientis tantum contra hæredem offendentem, & pro rata eius, qui fuit offensus quicquid dixerit Rip. in d. §. cato sub num. 100. vt tenent ibi Roman. sub nu. 46. quem sequuntur ibi Ias. nu. 55. Claud. n. 36. circa finem Butticel. n. 174. Crot. nu. 144. seqq. in prima repet. vbi subdit quod in dubio pręsumitur facta ex 8 propria voluntate, & non compellente statuto. Bal. Nouell. num. 17. circa finem. Hercul. de cautio. capit. 18. num. 15. circa fin. vbi subdit quod rationes allegate per Rip. facile negari possent.

9 Si vero offensio fuerit facta per vnum ex hæredibus in casu, in quo alij cohęredes incurrerent periculum fractæ pacis; vt si extaret pactum quod pax rupta ab vno, censeatur rupta ab alijs, tunc solus offendens debet teneri ad pænam, & non alij cohæredes, secundũ Ang. in d. l. 4. §. cato sub nu. 18. ff. de verbor. oblig. qui Ang. ab omnibus repræhenditur, quod inepte loquutus fuerit, vt dicit ibi Imol. nu. 44. in fine, licet ibi Aretin. sub n. 32. defendat Ang. ab impugnatione Imol. vt illius doctrina procedat in hæredibus sanguine coniunctis, & de consuetudine Bart. Socc. sub num. 35. relata declaratione Aretin. aliam affert declarationem Bologn. sub n. 197. Aretin. declarationem sequitur, & Hercul. de caut. c. 18. nu. 15. versic. hoc tamen, vbi ponit duas alias declarationes, ad quos doct. lectorem curiosum remitto.

Quæst. LXXVI.

Pax facta pro se, & suis consanguineis, & affinibus, si vnus contraueniat, & rumpatur, quomodo pæna exigatur.

SVMMARIVM.

1 *Pæna conuentionalis promissa pro se, & consanguineis in casu contrauentionis potest exigi ab vno, vel eorum quolibet in solidum.*

2 *Et hoc magis procederet, si fuerit in pacis instrumento dictum; tales ex vna parte promiserunt, &c. & sub tali pæna obseruanti applicanda, &c.*

3 *Secus si fuerit promissum in diuersis stipulationibus: quia tunc quilibet pro eius offensione tenetur.*

4 *Pæna conuentionalis censentur promissa per consanguineos pro illo, qui magis attinet, & non pro alio in remotiori gradu, eum quo si sequatur offensio, non rumpitur pax.*

5 *Pax non diceretur rupta circa honorem & fidem per alios, qui nihil fecissent contra pacem.*

6 *Sponsus, & sponsa non comprehenduntur in pace, nec eorum consanguinei, & affines.*

1 VVLPEL L. in tract. de pac. q. 63. in princ. concludit quod sequuta contrauentione ab vno ipsorum promittentium, seu eorum cõsanguineo, ab vno vel eorũ quęlibet pæna exigi, ac peti possit, ex quo quęlibet pars pro vno corpore designatur, quod idem diximus in proxima præcedenti quęstione; & clarius erit si in instrumento † pacis fuerit dictum, prout
2 solitum dici: tales ex vna parte &c. & sub tali pęna obseruanti applicanda,
3 secus si promissum fuerit in diuersis † instrumentis, & stipulationibus; quia tunc quilibet pro eius offensione teneretur, nisi tamen ab vno ex pariter attinentibus offensio facta fuisset; quia tũc ab vno tantum, vel ab omnibus promittentibus fieret exactio.

4 Si vero ab vno ex affinibus fiat contrauentio, qui alijs promittentibus nõ attineat, vel ab vno ex consanguineis magis vni, quam alijs coniuncto, & tũc censetur, quod quilibet promisisset pro magis attinentibus, & sit conueniendus offendens pro magis affine, & consanguineo; ita vt nec respectu aliorum pax rupta cẽseatur, Vulpel. in tract. de pac. in d. q. 63. n. 1. vers. quod si ab vno, vbi testatur in quadã causa ardua in Ciuitate Soræ ita respõdisse per ea, quæ recollegit ex dictis per Bart. Ang. Alex. Corn. in locis per eum relatis, & dixi supra in q. 65. num. 3. versic. si vero offendens.

Sed

5 Sed circa honorem, & fidem obseruatam, alij, qui nihil fecerunt, nec culpã habuerunt in fractione pacis, ob offensionem factam ab vno, erunt tuti, & circa pœnam conuentionalem habebunt regressum contra offendentem, vt idem Vulpell. firmat in d. quęst. 63. num. 2. licet omnes pro virili portione conueniri possint, & contra principales promittentes in totum pęna exigi valeat, vt tradit Vulpell. in dicto tract. de pace q. 61. n. 1. & ego late dixi supra in proxima pręcedenti quæst.

6 Sed in ista promissione de non offendendo vsq. in tertium gradum, secũdũ ius canonicum inclusiue computandũ, non compræhenduntur sponsus, & sponsa, nec eorum consanguinei, & affines, vt post Viui. comm. opin. 808. num. 32. & 41. volum. 3. Baiard. §. fin. q. 47. num. 61.

Quæst. LXXVII.

Interesse vltra pænam conuentionalem an in pace debeatur parti offensæ.

SVMMARIVM.

1 *Interesse vltra pænam conuentionalem in pace appositam debetur.*

1 QVICQVID Doctores inter se certauerint circa resolutionem istius quęstionis illa crebrior sentẽtia dicitur, quę se habet etiã in foro conscientiæ pęnam conuentionalem non impedire satisfactionem damnorum, & interesse; cum pęna debeatur potius ratione contemptus, quã ratione interesse, per ea, quę tradit Vulpel. in tract. de pac. q. 64. per totũ, vbi firmat hanc opinionẽ esse veriorem, & crebriorem, & illam auctoritatibus cõprobat, & reprobat contrarios in locis per eum allegatis tenentes de qua q. dicam infra in 2. part. §. 3. q. 49.

Quæst. LXXVIII.

Pax an sine dolo, & per ignorantes rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Dolus requiritur ad pœnam pacis, vel promissionis de non offendendo.*

2 *Dolus requiritur ad pœnam pacis ruptæ, quando statum puniret rumpentem pacem, & vteretur illis verbis studiose, vel animo iniurioso.*

3 *Pacis crimen est de atrocioribus, pro quo frangens grauiter puniendus est.*

4 *Dolus præsumptus non sufficit ad pœnam pacis ruptæ sed requiritur verus dolus.*

5 *Dolus requiritur ad rumpendam pacẽ, etiam si verba pacis concepta essent vniuersaliter quoquo modo, &c.*

6 *Dolus requiritur ad rumpendam pacem, & non sufficit lata culpa.*

7 *Offensiones factæ sine dolo, sed leui, vel lata culpa recensentur ibi per Authorem.*

8 *Dolus, vel animus offendendi dignoscitur ex actu; si actus fuerit prohibitus, tunc præsumatur dolus, secus è contra.*

9 *Pax rumpitur etiam ex minima offensione vbi interuenit dolus.*

10 *Pax, vt rupta non dicatur qualibet causa excusat, & ibi ponuntur plura exempla.*

11 *Causa sufficit quod fuerit colorata, quamuis fuerit iniusta.*

12 *Causa sufficit quod sit talis quæ prouocet ad iram, si proueniat ex ioco, rixa, vel ebrietate.*

13 *Causa excusat etiam si non proueniat a comprahenso in pace.*

14 *Causæ sufficiens ad excusandum a pœna pacis ruptæ remittitur arbitrio Iudicis, & dantur plura exempla remissiue.*

15 *Offensio facta per ignorantiam non frangit pacem, & ibi ponuntur exempla.*

16 *Animus, vel dolus adeo requiritur, vt principaliter interuenire debeat ad effectum fractionis pacis, & non sufficiat si incidenter, vel in consequētiam sequeretur offensio, & ibi ponuntur plura exempla.*

1 CONCLVSIO est, vt sine dolo pax, vel promissio de non offendendo non rumpatur, Paris. consil. 165. nu. 13. lib. 4. Hercul. de caut. cap. 34. nu. 4. seqq. Bero. consil. 196. num. 8. lib. 3. Bertazzol. consil. 4. num. 5. & 7. & consil. 245. nu. 5. Cephal. consil. 587. num. 9. seq. lib. 1. Rimin. Iun. consil. 101. nu. 5. lib. 1. Farinacc. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 15. num. 220. Minsinger. obseruat. 98. centur. 3. Mascard. de probat. concl. 1162. nu. 122. vbi de communi lib. 2. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 182. nu. 4. vbi de communi, & conclus. 183. num. 10. vbi de cōmuni in eod. tō. 6. in d. verb.
2 pax; & si per † statutum disponeretur quod pœna pacis ruptæ plecteretur, qui studiose, vel animo iniurioso offenderet illum, cum quo pacem habebat, prout disponitur per statutum Vrbis requiritur dolus, & malus animus, vt testatur Farinacc. in d. quæst. 107. sub num. 220. circa fin. in 15. art.

3 Et ea ratione mouentur Doctores, quia crimē ruptę pacis dicitur de atrocioribus delictis, pro quo grauiter quis venit puniendus: & ideo dolus, & animus delinquēdi interuenire debet, Bero. consil. 198. n. 9. vol. 3. Mascar. d. concl.
4 1162. num. 123. seqq. Et in † tantum quod non sufficiat dolus præsumptus sed requiratur verus dolus. Bero. in eodem consil. 196. num. 8. Farinacc. in d. q. 107. nu. 220. circa princ. Bertazz. consil.
5 4. num. 5. & 7. & 21. vol. 1. Etiam † si promissio de non offendendo esset concepta per verba generalissima quo quo modo, non rumpitur pax sine dolo, & animo nocendi Bertazz. in d. cōs. 4. nu. 21. quem sequitur Farinacc. in d. q. 107. sub nu. 220. Herculan. de caut.
6 c. 34. n. 4. in princ. Imo in † tantum requiratur dolus ad rumpendam pacem, vt non sufficiat lata culpa, late per Hercul. in tract. de caut cap. 34. nu. 8. cum plur. seqq. & Farinac. d. q. 107. art. 15. nu. 122. circa med.

7 Et plura in proposito dantur exempla de offensione facta sine dolo, sed leui, vel lata culpa, quæ recenset Herculan. in d. cap. 34. num. 10. seqq. & inter alia si quis putans offendere Titium offendat Meuium, cum quo habebat pacem, vt non dicatur fracta pax. Item si quis offendat mediatorem, cum quo habebat promissionem de non offendendo; Item si medicus per imperitiam offendat ægrotum; Item si quis per impotentiam offendat, quia forte ab alio fuit impulsus, Item si quis arborem putans, vel mutans ramo, vel lapide habente offenderit illum, cum quo erat promissio de non offendendo; Item si quis ad clamorem occurrens offendat; Item si quis faciat ad suam defensionem, Item si quis offendat calore iracundiæ; Item in offensione facta ab hebræo; Item si per iocum alium offendat. Bertazzol. consil. 245. num. 5. seq. quia voluntas nocendi attenditur, & animus, & propositum distinguant maleficia l. 4. C. de Sicar. l. prima §. Diuus Adrianus ff. eod. tit. Mascard. conclus. 1162. nu. 124. seqq. de probat. lib. 1. vbi etiam ipse ponit plura exempla, & in eo, qui combussit inimicum, cum quo pacem habebat ignorans quod esset cum bannitis, quia non dicitur fuisse in dolo,

neq.

neq. fregisse pacem. Cardin. Tusch. tom. 6. in verb. pax conclus. 182. num. 41.

8 Ad cognoscendum autem, an quis habuerit animum offendendi, & fuerit in dolo, traditur hæc distinctio in terminis nostris de pace per Riminal. Iun. consf. 101. num. 20. seq. vol. 1. Aut actus est de sui natura prohibitus, & tunc si quis prohibita scienter faciat in dolo esse dicatur. Crauett. consf. 193. num. 2. cum in prohibitis præsumatur animus offendendi, l. 1. vbi Bal. & alij scribentes C. de Sicar. Aut actus de sui natura non fuit prohibitus, & tunc nec dolus, neq. animus nocendi desumatur, vt proijcere lapidem ioco; & cum non sit prohibitum, ideo desumitur interpretatio in exclusionem doli, vt late prosequitur Claud. Bertazzol. ad Patrem consf. 245. in litera A, vol. 1.

9 Et vbi interuenit malus animus, & dolus, rumpitur pax etiam ex minima offensa Hier. Grat. consf. 44. nu. 5. circa med. lib. 2. vbi loquitur in eo, qui impulit alterum dolose, vt rumpatur pax Vulpell. responsf. 51. num. 3. & in tract. de promissio. quæst. 101. num. 6. Farinac. d. quæst. 107. num. 221. Mascard. de probat. conclusf. 1162. num. 85. seqq. lib. 2. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 183. nu. 9.

10 Bene verum est quod quęlibet causa excusat a dolo, vt pax rupta non dicatur; late Mascard. de probat. d. conclusf. 1162. num. 15. seqq. vol. 2. Soccin. Iun. consf. 103. nu. 8. seq. lib. 3. Vulpell. in tract. de pace q. 48. in prin. Card. Tusch. d. concl. 183. nu. 10. vbi de communi, & post Alex. in consf. 19. num. 2. lib. 1. ponit exemplum, vt pax rupta non dicatur, etiam si offensus cum armis offendisset bouem, vel animal eius, qui percussit, quando constat quod ex illa causa sequuta fuerit percussio; imo etiam quælibet causa etiam leuis, & leuissima, & siue iusta, siue iniusta excuset a dolo, & a fractione pacis, Mascard. d. concl. 1162. n. 16. vbi de communi Vulpel. d. q. 48. in princ. vbi firmat, quod satis est quod causa † fuerit 11 colorata, quamuis iniusta, dummodo fuerit prouocatus, & Hercu. in tract. de caut. cap. 13. n. 10. seq. dicit quod † sufficit 12 quod pręcedat tale, quod prouocet ad iram; imo etiam si proueniat a ioco, rixa, vel ebrietate Bertazz. consf. 245. num. 5. lib. 1. Farinac. d. q. 107. nu. 220. in fine.

Et magis Doctores hoc admittunt in pace, quicquid controuertant in cautione, vt per Vulpell. in q. 48. in fine, & late prosequitur Card. Tusch. in d. tom. 6. in verb. pax concl. 183. num. 11. 14. & sub num. 12. post † Hercul. 13 de caut. in d. cap. 13. num. 10. seq. firmat etiam si causa iniusta superuenerit non a compręhenso in pace, vt quia fuerit offensus famulus, discipulus, vel similis.

14 Et tandem quę causa sufficiat ad excusandum a pęna pacis ruptę remittitur religioni, vel arbitrio Iudicantis, vt firmat Mascard. in d. conclusf. 1162. num. 66. seqq. vbi ponit plura exempla, ex quibus noua causa possit esse, vel non esse secundum arbitrium Iudicis, & sequitur Card. Tusch. in eadem concl. 183. num. 17. de quo ego late dixi supra in q. 47.

15 Et quod si quis ignoranter percusserit illum, cum quo aderat pax, percutiens non dicatur fregisse pacem, deducitur, quod si quis combusserit inimicum suum cum quo pacem habebat vnà cum bannitis ignorans eumdem inimicum fuisse cum illis non dicitur fractor pacis, vt consuluit Bero. consf. 197. nu. 9. vol. 3. Mascard. d. concl. 1162. num. 130. lib. 2. Vulpell. in tract. de pac. q. 41. nu. 2. Card. Tusch. concl. 182. num. 41. Idemq. videmus in offendente cõsanguineum, quem quis ignorabat fuisse consanguineum compræhensum in pace, vt per ipsam offensionem ignoranter factam, pax non frangatur

gatur, vt dixi supra in quæst.79. & si offendens ignorantiam habuerit de pace non incidat in pœnam; late Rim.Iun. cons.470.num.16.seqq.num.23.seqq. lib. 4. Farinacc. de var.& diuers.crim. q.107.nu.294.qui Rim. Iun.vbi supra dicit; quia inciuile est ignorantem teneri,& quod in dubio ignorantia præsumatur sub nu.23.seqq.Lader. Imol cons.77.nu.4.

16 Imo in ista materia an rupta, vel nō rupta dicatur,adeo attenditur animus, & intentio frangendi pacem principaliter, vt non dicatur rupta si dignosci poterit secundario, vel in consequentiam,vt habemus in casu, in quo consuluit Bero. in d. cons.191.nu.9.vol.3. de homicidio sequuto in personam illius, cum quo erat pax ex concrematione, vel combustione domus ad effectum occidendi bannitos intus existentes, quia licet in consequentiam fuerit occisus etiam inimcus, non per hoc dicitur rupta pax; & ante eum prius tenuit Nell in tract. bannit. in 2.par.2.temp.quæst.45.& Mascard.d. concl.1162.num.130. seq. Idemq.videmus in eo, qui rapuit filiam aduersarij, vel adulterauit vxorem illius,nó dicatur fregisse pacem; cum illius intentio principalis non fuerit offendendi, & iniuriandi aduersarium, sed explendi libidinem suam,& quamuis fuerit in consequentiam sequuta iniuria, vel offensio patris,vel mariti, non per hoc dicitur fracta pax. Nell. in dicto tract.bannit.par. 2. secundi temp. 46. quæst.Iacob.Nouell.in pract. crim. c. fin.num.29.vbi late, & num.46.Card. Tusch.concl.180.nu.6. & 7. tom.6.in verb.pax.Bero late in d.cons.196. nu. 18. vbi ponit alia exempla, eamdem declarationem sequutus fuit Bertazz. cons.185.nu. 13. vbi ad literam firmat quod pax non rumpatur per offensam ex alia causa prouenientem, quam, vt pax rumpatur, & in terminis etiam prosequitur Mascard.in d.concl. 1162. num.131.seqq.vol.2.Card. Tusch. d. concl.182.num.41.

Quæst. LXXIX.

Auxiliatores an pœna pacis ruptæ teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Auxiliatores secundum vnam opinionem tenentur pœna pacis ruptæ.*

2 *Quæ opinio admittitur secundum aliquos, etiam si auxiliator ignorauerit qualitatem pacis.*

3 *Contrariam opinionem quod requiratur scientia qualitatis pacis in auxiliatore tempore commissi delicti tenent ibi Doct.*

4 *Aliam opinionem tenent etiam ibi Doctores, vt auxiliatores non teneantur pœna pacis ruptæ, etiam si habuerint scientiam de dicta qualitate pacis.*

5 *Auxiliatores si haberent pacem cum offensis tenerentur pœna conuentionali.*

6 *Quę pœna conuentionalis quomodo sit soluenda, & per quos vide ibi Doct.*

1 DVAE sunt opiniones in hac quęstione, & prima fuit, vt auxiliantes illum, qui pacem habebat cum altero, si iste offendatur, & pax rupta dicatur per principalem paciscentem, etiam ipsi auxiliatores, quamuis extranei teneantur pœna pacis ruptæ,vt firmat Io. Andr. in addit. ad Specul.in tit. de treug. & pac. in fin.in verb.portauerit, vbi relatis alijs antiquioribus etiam contrarium tenentibus in hac opinione residet præcipue motus ea ratione, vt qualitas pœ-

nx

nę aggrauans in principali delinquente aggrauet etiam in ipso auxilium, & opem præstante, eamdem opinionem sequuti fuerunt aliqui Doct. in l. 4. §. cato ff. de verb. oblig. & præcipue Ang. de Perigl. sub num. 55. in fin. & Bal. Nouell. sub num. 18. etiam in fine, & ex multis ita etiam resoluit Corn. consil. 7. num. 3. 4. dub. 3. vers. deuenio ad Ioannem lib. 3. Ferrett. in tract. de re milit. tit. de ferijs sub num. 64. vers. pacta, & capitula, inquiens quod ruptura pacis extendatur ad dantem auxilium, & fauorem; cum qualitas existens in maleficio, & persona committentis aggrauet ipsum maleficium in personam auxiliantis per l. vtrum ad l. Pomp. de Patricid. Marf. in pract. crim. §. constante num. 67. vers. item scias vlterius, & num. 77. vers. item scias quod auxiliator. Carrer. in pract. crim. §. circa tertium nu. 31. vers. Item an teneatur auxiliator, & omnes se fundant in dicta l. vtrum; quia extraneus dans operam parricidio tenetur pæna parricidij, quia principalis agens tenetur, quia fuerit in culpa, & voluerit delinquere, & operam dederit rei illicitę, & malum animum habuerit, vnde teneri debeat de facto sociorum. Vulpell. in tract. de pac. quęst. 42. num. 1. & 3. vbi testatur de communi, licet supradictos Doctores non alleget.

2 Quorum opinionem multi admittunt, vt procedat etiam si auxiliator ignorauerit qualitatē pacis; vt adhuc teneatur pacis ruptę, vt ex professo tenet Io. Andr. ad Specul. in d. tit. de treug. & pac. in fin. in verb. portauerat ex rationibus per eum relatis, & Carrer. in pract. crim. §. circa tertium n. 20. vers. limita tamen, vbi alios cum eo tenentes refert.

3 Contrarium autem, vt requiratur scientia tempore commissi delicti in auxiliatore, vt pæna pacis ruptæ teneatur voluit Angel. in l. 1. col. 1. vers. videte Domini C. de Nisi agger. non rumpen. Corn. in d. cons. 7. dicit quod quamuis hoc dictum Ang. non transeat sine difficultate, tamen crederet in practica esse seruandum propter illius authoritatem; maxime cum negari non possit casum esse dubium, & in dubijs melius esse absoluere, quam condemnare. Iul. Clar. §. fin. quæst. 90. in princ. vbi firmat quod qualitas delinquentis per auxiliatorem ignorata non augeat pænam in ipso auxiliatore Vulpell. in tract. de pac. q. 42. nu. 3. vers. non tamen; Petr. Caball. late in q. crim. cas. 198. nu. 24. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax. concl. 190. num. 3. in fine.

4 Altera fuit opinio, vt etiam data scientia in auxiliatore de qualitate pacis tempore commissi delicti non teneatur pæna conuentionali pacis ruptę, sed pæna legali, vel statutaria, quę pæna conuentionalis solum ligat illos, qui illas expræsse promiserunt Tob. Non. cons. 171. nu. 16. seq. qui ita declarat dictum Io: Andr. a qua declaratione non dissentit Vulpell. de pac. in d. q. 42. n. 3. vers. sicut, & fuit originalis doctrina Imol. in l. si stipulatus fuero sub num. 3. vers. facit etiam ff. de verb. obligat. declarando ita procedere opinionem Io. Andr. eamdem declarationem tenet ex professo Hercul. in tract. de caut. cap. 26. num. 4. Cardin. Tusch. d. concl. 190. num. 3. & latissime hanc declarationem tuetur ab omnibus contrarijs Petr. Caball. in d. cas. 198. num. 20. 21. 22. 23. seqq. vbi testatur ita esse decisionem Corn. intelligendam, & Foller. Marsil. & Carrer. in locis supra adductis pro prima opinione inaduertenter loquuti fuerunt, & secundum Imol. quod infinitis vicibus ipse practicauit, nec vnquam audiuit, neq. vidit prętendi quod auxiliator non inclusus in pace ob opem rumpenti eam pręstitam teneatur pęna conuentionali in pace contenta; sed tantummodo vidit auxiliatorem condemnari

nari pœna legali, vel statutaria, habita ratione pœnę maioris, quę ipsi delinquenti principali ob talem pacis rupturam imponeretur, cum qualitas pacis ruptæ quoad pęnam conuentionalem non extendatur ad auxiliatorem; tamen quoad qualitatem, quę est in maleficio, & personam committentis bene aggrauat præstantem auxilium d.l. vtrum ff. de parricid. Bar. cons. 66. in fin. vers. ad tertium vbi addentes in verb. de pace rupta lib. 1. Card. Tusc. d. concl. 190. num. 3.

5 Sed si auxiliatores habuerint pacem cum offensis, non est dubium quod per ipsum auxilium tenerentur etiam pœna conuentionali Corn. cons.
6 7. in 1. & 2. dub. lib. 3. quæ pęna † conuentionalis, si principalis fuerit etiam ex comprænhensis in pace erit soluenda in totum ab ipso principali, & auxiliatore, licet ambo possint condemnari in dictam pęnam conuentionalem; sed vnica solutio pro omnibus sufficeret vt declarat idem Corn. in d. cons. 7. in fin. 4. dub. sub. num. 7. vers. esset tamen dubitandum, & sequitur Petr. Caball. in qq. crimi. d. cas. 198. num. 18. seqq.

Quæst. LXXX.

Pax an dicatur rupta, si interuenerit offensio post concordiam factam.

SVMMARIVM.

1 *Concordia non dicitur pax.*
2 *Concordia in eius celebratione non requirit osculum.*
3 *Concordia datur siue interuentu vlterioris amicitiæ, secus in pace.*
4 *Concordia habens non dicitur habere pacem, secus è contra.*
5 *Concordia secundum communem vsum loquendi dicitur quędam remissio pax vera discordiarum sedatio, & plus est cum aliquo pacem inire, quam remittere.*
6 *Concordia, & pax confunduntur per ritum Curiæ Neapolitanæ.*
7 *Pax non rumpitur per offensionem sequutam post concordiam.*
8 *Concordia non sufficit in gratia banniti vbi requiritur pax.*
9 *Iniuria censetur remissa per actus sociales, qui tamen non sufficiunt ad pœnam fractæ pacis.*

1 PRO resolutione istius quęstionis est videndum an concordia dicatur pax, vel pacis vim habeat; & quod concordia non sit pax, & ab ea differat Marsil. in tract. Bannit. in verb. pace num. 4. Iul. Ferret. titulo de ferijs n. 45. Barbat. cons. 1. nu. 106. vers. 32. adduco vol. 3. Corsett. in tract. de priuil. pac. num. 14. 16. in princ. Nouell. in pract. crim. cap. fin. num. 44. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 171. num. 20. Farinac. cons. 98. fere per totum, & præcipue sub nu. 10. Baiard. ad Iul. Clar. S. fin. quęst. 58.
2 num. 58. Quia in † concordia, vel in eius instrumento non requiritur quod interueniat osculum, neq. fiat mentio de eo, vt dicit specul. in tit. de treu. & pac. num. 2. in fine vers. item nota
3 quod idem: Item quia † concordia datur sine interuentu vlterioris amicitiæ; pax autem non datur nisi cum renouatione prioris amicitiæ, vt per Fulgos. in l. prima num. 2. vers. pax, & num. 3. ff. de pact. vbi infert quod qui habet
4 pacem, habet † concordiam; sed qui habet concordiam, non dicitur habere pacem; Ac etiam secundum consuetu-
5 dinem, & communem vsum loquendi † concordia dicitur quædam remissio, pax vero sit vera discordiarum sedatio Bal. in l. 1. nu. 3. circa med. & Alex.

sub

sub num. 3. Fulgos. sub num. 2. in fine, & plus est cum aliquo pacificare, quam remittere Carauit. super rit. magn. Cur. ritu 175. num. 1. licet ibi dicat
6 quod † vigore illius ritus ista verba pax. & remissio, seu concordia confundantur.
7 Ideo post concordiã non dicitur rupta pax si sequatur offensio inter ipsas partes, quę concordiam fecerunt Fulgos. in d. l. 1. num. 2. ff. de pact. Iul. Ferrett. tit. de ferijs nu. 45. Barbat. cons. 1. num. 106. sub. vers. 32. adduco vol. 3. Farinacc. cons. 98. nu. 11. Sim. de Pret. cons. 64. num. 24. seq. Hinc dixit Ang.
8 in d. l. 1. num. 3. in fine † quod si statutum requirat pacem in remissione banniti non procedit si bannitus habuerit instrumentum concordiæ, & remissionis sequitur Cabal. ad Constit. March. lib. 2. cap. 1. in verb. pace num. 2. in fine Baiard. §. fin. q. 58. nu. 58. Ac etiam licet per actus sociales, vt per salutationem, alloquutionem, potum, ci-
9 bum, & per † dissimulationem tollatur, & censeatur remissa iniuria, prout late dixi supra suo loco, non tamen operatur quoad istum effectum; vt pax dicatur rupta, vt declarat Farinacc. d. cons. 98. nu. 13.

Quæst. LXXXI.

Pax facta pro absentibus an frangatur ante illorum ratificationem.

SVMMARIVM.

1 *Pax facta pro se, consanguineis, affinibus, & adhærentibus non rumpitur per contrauentionem per absentes factam ante illorum ratificationem.*
2 *Ratificatio requiritur etiam in filijs absentibus, quando pax facta fuit per patrem, qui promisit pro se, & filijs.*
3 *Contrariam opinionem aliqui tuentur, vt non requiratur ratificatio absentium.*
4 *Author tenet primam opinionem.*
5 *Pœna conuentionalis potest exigi a principali paciscente per offensionem factam ab absentibus ante illorum ratificationem.*
6 *Pax non dicitur rupta, etiam si offensio fiat per vnum ex principalibus paciscentibus contra compræhensos in pace absentes ante illorum ratificationem.*
7 *Contrariam opinionem tenent aliqui Doctores.*
8 *Author non recedit a prima opinione.*
9 *Pax non rumpitur per compræhensos in pace ante eorum ratificationem, etiam si notarius stipulatus fuerit pro offenso absente.*
10 *Contrariam opinionem in isto casu tenent aliqui Doct. quando notarius stipulatus fuerit pro Fisco Principis, maxime coram Iudice acceptante nomine Cameræ.*
11 *Pax non dicitur rupta ante ratificationem, etiam si fuerit pax facta in iudicio, & fuerit recepta per Iudicem, & per eum stipulata pro absentibus.*
12 *Ratificatio post offensionem factam retrotrahitur ad effectum pœnæ pacis ruptæ.*
13 *Ratificatio ad effectum pęnę pacis ruptæ non requiritur, vbi viget consuetudo in contrarium.*
14 *Consuetudo potest probari per Iudicem extraiudicialiter.*
15 *Contrariam opinionem aliqui tenent, vt per consuetudinem inducatur pœna pacis ruptæ ante ratificationem.*
16 *Author pro concordia ponit distinctionem.*
17 *Consuetudo non potest probari per Iudicem extraiudicialiter quando agitur*

tur de probatione, quæ concernat merita, & decisionem causæ, sed si agatur ad probandum præparatoria Iudicij.

18 *Consuetudo an debeat esse obtenta in contradictorio Iudicio vide Doctores ibi.*

1 CONCLVSIO est in ista quæstione, quod pacem facientes pro se, filijs consanguineis, & adhærentibus non obligent ipsos adhærentes ad pænam pacis ruptæ, nisi sequuta ratificatione; cum principales paciscentes non possint absentes, seu ignorantes inuitos obligare Mars. sing. 337. vers. quid aiunt, Paris. consil. 78. num. 49. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 103. num. 15. lib. 3. Bero. cons. 199. num. 2. seqq. & cons. 206. num. 14. seqq. lib. 3. late Rimin. Iun. cons. 103. num. 8. seqq. lib. 1. vbi reprobat Mars. in cons. 9. nu. 48. contrarium tenentem, Idem Rimin. Iun. cons. 470. num. 1. seqq. lib. 4. Hercul. de caut. cap. 6. num. 16. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace quæst. 20. num. 21. seq. & quæst. 2. num. 22. & q. 132. num. 1. seq. & quæst. 135. num. 1. seq. Magon. decis. Lucen. 100. num. 1. & num. 25. seqq. & nu. 33. Farinacc. de var. & diuers. crim. quæst. 107. art. 21. num. 273. seq. vbi concordantes allegat. Hond. cons. 67. num. 1. & num. 9. vers. ego tamen lib. 1. & cons. 89. num. 9. lib. 2. Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax concl. 184. nu. 1. vbi de magis communi, Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 37. §. fin. Farinacc. cons. 28. nu. 10. vbi testatur de communi.

2 Quæ conclusio procedit etiam si pater promiserit pro filijs absentibus, vt pax ante illorum ratificationem rupta non dicatur, vt in terminis firmat Nic. Mor. in locis supra adductis. Farinacc. in d. q. 107. nu. 275. circa finem. Card. Tusch. in d. concl. 184. nu. 1. in princ. & fin. Hier. de Mont. q. 25. nu. 18. seq. & num. 95.

3 Quamuis contrariam opinonem omni conatu tueatur Marsil. consil. 9. num. 47. seqq. vbi firmat inter alia experientiam docere, quod quotidie fiant paces, & personæ principales interueniant, & promittant de rato pro affinibus, adhærentibus complicibus, & sequacibus, & tales paces seruentur ab omnibus absque alia ratificatione: alias si vellemus dicere, quod tales affines, adhærentes, & sequaces non obligarentur, sequerentur multa absurda; quia nunquam fieret aliqua pax valida, nec vnquam homines essent securi, tam cum pace, quam sine pace: quia impossibile est, vel saltim difficillimum quod quando fit pax inter aliquos, interueniant personaliter affines adhærentes, complices, & sequaces omnes vtriusq. partis; & hoc nunquam visum fuit: vnde propter talem difficultatem, & impossibilitatem taliũ præsentia suppleatur per præsentiam principalium cum promissione de rato pro prædictis; & idem etiam totis viribus defendere conatur Hier. de Mõt. d. q. 25. nu. 18. seq. & nu. 95. qui loquitur in promissione facta a patre pro filijs, & in q. 27. nu. 11. vbi etiam testatur ita vidisse obseruari in pluribus celeberrimis oppidis status Ecclesiastici, in quibus ipse iura dicebat, & consulendo secundum opinionem Mars. in d. cons. 9. in contingentia facti tenuit Bertazzol. consil. 149. num. 3. 23. in fine.

4 Sed ego teneo quod non sit recedendum a prima opinione, cum sit magis communiter recepta, vt attestantur Bero. in d. consil. 199. num. 3. seq. lib. 3. Modern. Roman. in d. quest. 107. n. 277. & Card. Tusch. in d. concl. 184. num. 1. & ad rationem adductam per Marsil. Doct. communiter respondent,

5 vt † procedat quo ad pęnam conuẽtionalem incurrendam contra principales paciscentes, quæ ab eis exigi poterit etiam non sequuta ratificatione per illos

illos, pro quibus ipsi promiserunt, vt declarat Rimin. Iun. in d. conf. 103. nu. 10. & seqq. & inferius dicam in seq. quæst. 82.

6 Quæ magis communis opinio vera est, etiam si vnus ex paciscentibus, seu pacem ratiacantibus offendat alium absentem comprehensum in pace, antequam ratificet, pax violata non dicitur; nisi quoad pœnam conuentionalem contra principales paciscentes, cũ ante ratificationem absentes nõ essent in pace actualiter comprehensi, sed tantum potentialiter. Bald. in l. fin. nu. 2. C. ad Macedon. Gozzad. conf. 31. num. 9. Bero. conf. 199. num. 2. seqq. lib. 3. vbi testatur de magis communi Doctorum opinione, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum; & idem attestatur in consil. 209. num. 14. seqq. lib. 3. Nicol. Moron. de treug. & pac. quæst. 20. num. 3. in fine Farinacc. d. quæst. 107. num. 281. vbi alios concordantes cumulauit Mascard. de probat. concl. 1162. num. 104. vol. 2. Maluas. consil. 33. num. 23. Honded. consil. 97. num. 19. seq. lib. 1. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 48. num. 37. Cardin. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 184. num. 4. vbi ponit eamdem rationem, vt dicatur comprehensus absens offensus potentia, & non actu ante ratificationem post Bero. in d. conf. 199. n. 3. seqq. lib. 3.

7 Contrariam opinionem modern. Roman. in d. quæst. 107. num. 282. credit veriorem, vt si principalis paciscens offendat absentem comprehensum in pace ante ratificationem, vti pacis violator puniri valeat, cum licet absentes non ratificauerint pacem, eorum tamẽ status est implicitus in pace: vnde non debuerunt temere offendi, nec præcipiti festinantia inuadi ab ipso principali paciscente; & sic durante potestate ratificandi pacem ruptam esse existimat per doctrinam Paul. de Castr. in l. bonorum num. 5. seq. ff. rem rat. haben. quam Castren. opinionem veriorem dixit Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 45. seq. reprobato Corn. contrarium tenente in conf. 217. lib. 2. prout illum allegat, & quod eius rationes leues existimat Bertazzol. conf. 149. nu. 6. in fin. lib. 1. & quod Doctores pro prima opinione allegati ita intelligendi sint testatur idem moder. Roman. vbi supra.

8 Ego autem nullo modo esse recedendum a prima opinione censeo; quia vt videmus omnes Doctores concurrunt in eam, & attestantur illam esse magis communem: nec obstat quicquid dixerit Paul. de Castr. in d. l. bonorum; quia ad saturitatem Bero. in d. conf. 199. lib. 3. ei respondet, nec me mouet ratio allegata per ipsum Farinacc. vt compræhensus in pace ante ratificationem dicatur implicitus in ipsa pace: quia etiam Doct. citati pro prima opinione hoc concedunt, dum firmant, quod compræhensi ante ratificationem, licet non sint actu in pace, dicantur tamen potentialiter, & sic concedunt ipsa implicitatem; & nihilominus concurrunt cum opinione negatiua, & affirmant illam esse magis communem: & si vera esset ratio Farinacc. destrueretur etiam illa conclusio supra firmata, quod si compræhensi in pace offenderent alios comprehensos ante ratificationem, inciderent etiam in pœnam violatæ pacis; cum ipsi etiam sint in potentia, & impliciti in ipsa pace: quod omnino, vt superius deduxi in principio quæstionis communiter Doctores negant, reprobato Marf. cõs. 9. contrarium tenente, prout etiam idem Farinacc. in eadem quæst. 107. num. 277. firmat, vt non sit recedendum ab illa opinione, quod comprehensi in pace ante ratificationem per offensam non incidant in pœnam fractæ pacis. Et ideo sequendo opinionem magis communem affirmandum erit principalem paciscentem per offensio-

sionem factam vni ex comprehensis incidere in pœnam conuentionalem tantummodo; licet vere ego non diffitear, quod iste sit casus magis dubitabilis de offensione facta per principalem pacifcentem, quam ille primus de offensione facta per comprehensos ante ratificationem.

9 Item supradicta communis conclusio, vt ante ratificationem non incurratur pœna pacis ruptę, procedat etiam si notarius stipulatus fuerit pro offenso absente. Paris. conf. 77. num. 49. lib. 2. Bero. conf. 199. num. 2. seq. lib. 3. latissime hanc opinionem comprobat, & contrarijs respondet, & testatur de communi Marcabrun. ab Anguill. conf. 94. num. 3. seqq. tom. crim. diuers. Mascard. de probat. concl. 1162. nu. 198. seqq. vbi relatis, & reprobatis contrarijs testatur de magis communi. Ludouic Siluest. conf 96. num. 8 seqq. vbi testatur de veriori opinione tom. 2. crimin. diuers. & alias fuisse pro ista opinione iudicatum testatur ibi: Hercul. de caut. cap. 15. num. 56. seq. Farinacc. in d. quęst. 107. nu. 279. vbi alios concordantes allegat etiam testantes de magis communi opinione Hier. de Monte q. 25. nu. 28. Baiar. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 37.

10 Sed aliqui reuocant in dubium huiusmodi opinionem quando notarius stipulatus fuisset pro Fisco Principis, maxime coram Iudice acceptante nomine Camerę Fisci, vt in casu, in quo consuluit Ant. Cocapan. conf. 93. sub num. 10. vers. etiam procul dubio tom. 2. crimi. diuers. nec dissentire videtur Nicol. Moron. quæst. 20. sub num. 5. vers. & maxime in Fisco: Sed nullo modo est recedendum a prima opinione, vt respectu pœnę etiam Fisco applicandæ sit necessaria ratificatio compræhensi in pace offensi, & offendentis, vt ex professo consuluit Marcabrun. ab Anguill. conf. 94. num. 13. seqq. tom. 2. crim. & ibi Bertazzol. conf. 95. sub n. 6. vers. & in quantum dicimus, & nu. 8. seqq. vbi bene hanc opinionem comprobat, quam veriorem dicit Farinacc. in d. quæst. 107. art. 21. num. 186. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pace quæst. 122. sub nu n. 5. versic. nec Fiscus. Honded. conf. 97. num. 12. seq. lib. 1.

11 Quæ opinio vera est, etiam si pax fuerit facta in iudicio, & coram Iudice recipiente illam, & stipulante pro absentibus, vt ante ratificationem per offensionem non dicatur violata pax secundum veriorem opinionem superius attestatã in casu, pro quo notarius expresse stipulatus fuerit pro absente, quia stipulatio a Iudice non potest plus operari, quam operetur stipulatio notarij, prout expresse tradit Marcabrun. d. conf. 64. num. 11. seqq. & ibi Bertazzol. conf. 65. nu. 2. seqq. tom. 2. diuers. crim. & in hac opinione vti veriori residet Modern. Roman. in d. quæst. 107. num. 288. quicquid dixerint Paris. conf. 69. num. 149. seq. Ant. Cocapa. in d. conf. 93. n. 9. seqq. & Hercul de Siluestr. conf. 97. sub nu 9. tom. 1. crimin diuers.

12 Imo in tantum est vera supra firmata conclusio, vt requiratur ratificatio ad effectum pęnæ incurrendæ; vt si offensus vellet pacẽ ratificare talis ratificatio nõ potest retrotrahi, vt offendẽs dicatur pacẽ, vel promissionem violasse Soccin. Iun. conf. 103. sub n. 15. circa fi. lib. 3. Gozzadin. conf. 41. sub n. 7. in fine & nu 8. seq. Boss. in tit. de pace sub nu. 27. Nicol. Moron. de treu. & pac. quęst. 20. nu. 4. vbi quam plures concordantes cumulauit, & quæst. 132. sub nu. 3. seq Farinacc d. quæst. 107. nu. 278. vbi etiam alios concordantes allegat Mascard. de probat. concl. 1192. n. 11. lib. 2 Hond. conf. 97. n. 11. lib. 1. quamuis contrarii voluerit Hercu. de Siluest. conf. 91 sub num 14 tom. 2. crim. Cardinal. Tusc. tom. 6. in verb. pax concl. 184. num. 17.

Sed

13 Sed poterit supra firmata communis opinio, & conclusio restringi, & limitari, quando in loco contractę pacis vigeret consuetudo, quod absq. alia ratificatione pax, seu promissio pro absente facta dicatur violata per offensionem factam ab absente, seu absenti; vt consuluit Hercul. de Siluestr. cons. 97. num. 9. tom. 2. crim. diuersor. Hier. de Mont. in quęst. 27. nu. 11. vbi testatur, vt alias superius dixi, quod ita vidit in plurimis celeberrimis Oppidis status Ecclesiastici obseruari, latissime sustinendo, & comprobando hanc opinionem reiectis contrarijs firmat Bertazzol. cons. 149. per totum lib. 1. quam rationabilem, ac æquissimam opinionem existimat, & dicit vigere talem consuetudinem in Prouincia Romandiolæ. Mascard. de probat. conclus. 149. num. 117. lib. 3. Honded. con-
14 sil. 67. num. 2. vers. nisi aliter statuto, vel consuetudine lib. 1. Et quod de hac consuetudine Iudex poterit se extraiudicialiter informare, si non fuerit aliter probata, firmat Herculan. Siluestr. consi. 97. nu. 9. tom. 2. crim. diuers. licet
15 Farinac. in d. q. 197. n. 284. valde † dubitet de huiusmodi opinione, vt per consuetudinem minime induci posset aliquem teneri pæna pacis ruptæ sine eius consensu, & posse se per alterum ignoranter obligari; & quod licet Bertazzol. in d. consil. 149. adducat multas rationes, illas tamen appellat subtiles, & quod minime in caput eius intrare possunt, & quod si Iudex esset nunquam ad fauorem Fisci pronunciaret; licet in casu Bertazzol. fuerit aliter
16 pronunciatum. Quæ † Farinacc. dubitatio est bene consideranda, vt induci possit ex consuetudine quem obligari sine eius consensu, & scientia: Sed ego bene credo quod si in loco vigeret consuetudo factionum, seditionum, prout olim erat in illa Prouincia Romandiolæ, dę qua loquitur Bertazzol. & tunc possit verificari opinio supra firmata ad sedandas inimicitias, & ad cohibendas factiones, & pro bono, & quieto Statu Reipublicæ, & quia eo ipso, quod principales ex factionibus ad inuicem se odio non prosequantur, & dimiserint arma, intret quod fecerint pacem, vel promissionem etiam pro filijs, affinibus, & consanguineis,
17 sequacibus, & adhærentibus, & ob id compręhensi in pace ante ratificationem per offensionem factam possint puniri pæna conuentionali ex illo tacito consensu, & pręsumpta scientia; de cuius veritate tamen dicam in quæstione 84. sed in omnem casum non admitto, quod de consuetudine possit Iudex se in Camera, & extraiudicialiter informare, prout voluit Herculan. Siluestr. in d. consil. 97. num. 9. tom. 2. crimin. diuers. quia illud admittitur, quando agitur de probando stylum, vel consuetudinem notoriam circa præparatoria, & solemnia Iudicij, & non circa ea, quæ concernunt merita, & decisionem causarum, vt declarat Brunus consil. 143. num. 4. Osasch. decis. 22. num. 16. seq. Ant. Gabr. lib. tertio. tit. de citatio. conclus. 1. num. 339.
18 Et † an requiritur quod super consuetudine fuerit iudicatum, & obtentum in contradictorio iudico, communis opinio est negatiua, vt per Viui. commun. opinion. 56. prima par. Suarez receptarum sententiar. in verb. consuetudo sub numero 282. Bertazzol. consil. 149. num. 19. volum. 1. & ibi per totum consil. docet quomodo in proposito sit probanda d. consuetudo.

Quæst. LXXXII.

Pax facta pro absentibus an rumpatur, illiusque pęna committatur contra principales paciscentes per offensionem factam ab ipsis absentibus ante eorum ratificationem.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis nõ committitur per offensionem factam per compręhensos contra principalem paciscentem ante illorum ratificationem respectu ipsorum absentium, sed respectu suorum principalium paciscentium.*

2 *Quę opinio magis procedit, vt principales paciscentes teneantur quando promiserunt de rato pro absentibus, vel promissio fuerit iurata.*

3 *Item procedit quando principales paciscentes promiserunt pro absentibus quod pacem obseruabunt, & non contrauenient.*

4 *Idemq. erit si principales paciscentes promiserunt se facturos, & curaturos, quod absentes ratificabunt, & pro eis de rato quoque promiserunt.*

5 *Idem erit si principales paciscentes fecerunt omnem diligentiam, & possibile, vt absentes ratificarent.*

6 *Et maxime si ille, pro quo promissum fuerat erat talis, vt promittens potuisset de eo considere quod esset ratificaturus.*

7 *Item magis procedit quando quis promisit quod in casu non ratificationis expresse se obligaret ad pœnam, nec sufficeret qualibet diligentia facta.*

8 *Item si colligeretur ex mente contrahentium quod voluerint teneri ad pœnam in casu non ratificationis.*

9 *Item si promisit de rato in casu non ratificationis se velle teneri ad pœnam, vel interesse de suo proprio: quia non excusatur faciendo diligentias.*

10 *Sed non sufficeret si promiserit, &c. sed requiritur, vt dicatur promisit de suo.*

11 *Licet aliqui in hoc casu contrarium teneant.*

12 *Item procedit quando apposita est clausula: ita quod possibilia faciendo non excusetur per quamcunq. diligentiam.*

13 *Idemq. erit quando promisit facere ratificare cum effectu.*

14 *Ratificatione sequuta per absentes ipsi tenentur ad pęnam fractę pacis, ac si a principio pacis initæ promisissent.*

1 PAX rupta dicitur respectu pænę conuentionalis per offensionem factam a compręhensis in pace ante illorum ratificationem, licet nõ committatur pęna respectu ipsorum absentium, & in eorum pręiudicium, & ipsis absentibus nulla pæna applicetur, sed alteri principali paciscẽti: quia quoad principales paciscẽtes pax dicitur rupta, & pęna debetur per offensã sequutã inter absentes, ac si vnusquisq. eorũ offendisset vt late post Angel. prosequitur Gozzad. conf. 31. n. 16. 17. 74. & hoc latius reassumit Rim. Iun. conf. 103. nu. 1. 2. 8. 10. lib. 2. & fere per totum reprobando Marsil. contrarium tenentem, & Modern. Roman. de var. & diuers. crim. in d. q. 107. art. 21. sub num. 265. vbi dicit quod quamuis Ang. non dicat quod Gozzadin. & Rimin. Iun. ex eius verbis desumunt, tamen ab ipsius opinione nullo pacto recedendum sit; cum sit eius opinio fundata in naturali ratione, quia si nolebant pro absentibus teneri, non debebant pro illis pacẽ facere: & propterea hanc eamdem declarationem sequuntur Petr. Bell. de re mil par. 10. tit. 2. n. 43. & 47. seq. Hercul. de caut. cap. 15. n. 9. circa finẽ, & sub n. 13. vers. ex parte

Nic.

Nic.Mor.q.26.n.3.q.135.n.1.3.Vulp. in tract.de pace q.53.sub n.2.vers. me minisme,& num.3. vers. aut loquimur respectu promittentium.Maluas.consil. 23.Hond.cós.89.n.2.seqq.lib.2.Baiar. ad Iul.Clar.§.fi.q.47 n.37.in fi. Card. Tusc.tom.6.in verb.pax concl. 184.n. 1.vbi de magis communi.

2 Quę opinio magis substinetur, cum vnaquæq. pars communiter soleat promittere de rato pro se,& suis, vel soleat promissio iuramento comprobari; quod operatur, vt actus valeat omni meliori modo,& per illum, cum cẽseatur promisisse se facturum,& curaturum q non offendent,& pacem ratificabunt, vt latè declarat,& cóprobat Rim.Iun.cons. 103.n.1.2.8.10.&14.lib.1.Vulp. in tract. de pac.q.53.n.3.in prin.Farin.d.q.107. sub.nu.265.& sic parum est curandum quod aliqui contrarium tenuerint, quia nec etiam ante ratificationẽ principalis paciscens tenetur pro alijs absentibus. Ludouic.de Alph.cons. 145.tom. 1.crim.diuers. & ibi Doct. qui se dicto consilio subscripserunt Laderch.Imol. cons.77.nu.9.

3 Quæ conclusio affirmatiua multo magis procedit quando principalis expręsse promisit quod absentes pacem obseruabunt, & non contrauenient: quia tunc transit sine difficultate, vt teneatur pro absentibus cuius nomine pacẽ fecit, si fregerint pacem ante ratificationem. Paris.cons.109.n.1.seqq.n. 11. 20.21.&fere per totum cons.lib.1.Vul pell.in tract.de pac.q.61.nu.1.seq. q. 61.num. 2.vers. nisi tamen, & respons. 81.per totum Farinacc. d. quæst.107. art.21.num.297.vbi concordantes allegat, Magon.decis.Lucen.100.sub n. 28. seqq. Bero. q. 73.sub num.2.vers. promissor, Honded.consil. 89. num. 8. lib.2.late Card.Tusch.tom.6 in verb. pax conclus. 184. num. 6.qui loquitur quando principalis promisit quod absentes non offendent; sed obseruabunt sub pœna, & maxime quando adest iuramentum.

4 Idemq. erit si principalis paciscens promisit se facturũ,& curaturum quod absentes non offendent, vel quod ratificabunt, vel pro eis etiam de rato promisit, vt per Vulp.in d.resp.81.nu.6.Rim. Iun.d.cons.103.n.15.lib.1.vbi concordantes allegat. Vulp.in tract.de pac.q. 53.n.6.Farin.d.q.107.n.298.Baiar.ad Iul.Clar.in §.fin.q.47.sub nu. 37.vers. sed si principales, Card.Tusc.d. concl. 184.nu.13.

5 Sed si promittens fecit omnem diligentiam,& possibile, quod illi, pro quibus promisit de rato, vel de faciendo ratificare, ratificarent,& tamen noluerint ratificare, tunc etiam data contrauentione promittens pœnam soluere cogi non possit.Paris.cons.109.n.6.22. lib.1.vbi concordantes allegat,& testatur de cói,& inter cós.crim.diuer.tom. 1.consuluerunt Ludou. de Alph. cons. 155.nu.10.seqq.fere per totum, vbi latissime, & testatur ab hac opinione in iudicando,& consulendo non esse recedendum.Iul.Ferret.tit.de ferijs n.173. Franc.Vict.cons.146.n.1.seqq. vbi de cómuni.Laurent.de Presbyt.cons.147. n.1.seqq.Cocapan.cons.148.n.7.seqq. vbi de communi, & præsertim quan-

6 do ille, pro quo promissum fuerat erat talis, vt promittens potuisset de eo cófidere quod esset ratificaturus. Vulp.in tract.de pace q.53.sub nu. 3. vers.aut promissum fuit, vbi relatis contrarijs testatur de communi,& resp.81. nu.1. Marc.Ant.Maceratens.var.resolut.lib. 2.resolut.3.n.6.vbi dicit quod promittens de rato tenetur tantummodo facere diligentiam, & ea facta non teneatur ad pœnam.

7 Si vero quis promisit facere absentes ratificare,& in casu non ratificationis expræsse se obligauit ad pęnã, tunc per quamcunque diligentiam factam de habendo ratificationem promittens non excusetur, vt firmat Paris. in d. consil. 109. numero 26. seqq.

Idem senserunt quam plures Doctores relati per Ludouic. Alph. consil. 145. num. 8. Emmanuel Suarez com. opin. in verb. facti alieni promissor num. 7. vbi testatur de receptissima opinione, & ibi quam plures concordantes cumulauit, quamuis Paris. Afflict. & Vi-
8 ui. ibi per eum relati contrarium perperam senserint; Imo plus subdit quod sufficiat si colligeretur ex mente contrahentium, vt si ad pœnam promittens teneatur in casu non præstiti promissi facti alieni, & ibi testatur de æquiori, & magis communi opinione, cum qua videtur etiam per transire modern. Rom. d. q. 107. nu. 308. seq.
9 Idemq. erit si promittens de rato promiserit etiam in casu non ratificationis se velle teneri ad pœnam, vel interesse de suo proprio; quia non excusatur faciendo diligentiam, & suum posse. Paris. d. consi. 109. n. 27. seqq. lib. 1. vbi latissime Lud. de Alpher. d. cons. 145. nu. 7. 19. tom. 1. crim. diuers. Venturin. d. cons. 149. n. 11 seq. vbi tamen voluit q
10 non sufficiat promisit &c. †nisi expræsse dicatur, alias de suo. Vulpel. de pac. q. 53. nu. 5. Hier. de Mont. q. 25. nu. 5. Hond. cons. 97. num. 7. lib. 1.
11 Quamuis contrarium sentiant, vt pœna non incurratur etiã si fuerit promissum cum illa clausula alias de suo, & c. Lud. Siluestr. cõs. 96. n. 1. seqq. tom. 1. crim. diuers. & prius ante eum Lud. de Alph. in d. cons. 145. n. 12. seqq. vbi etiam contrarijs respondet, & alij relati per Farinacc. d. q. 107. num. 312.
12 Idemq. erit quando promissum fuit cum clausula ita quod faciendo possibile non excusetur: tunc enim non obstante quacunq. diligentia adhibita de faciendo ratificare, promittens teneatur ad pœnam ob contrauentionẽ etiã ratificatione nõ sequuta Hier. de Mõt. q. 25. n. 5. Viui com. opin. 670. n. 5. vbi quam plures alios eamdem opinionẽ tenentes cumulauit, & ibi testatur de communi opinione, & quod ita alias in facto obtinuit contra opinionẽ Affl. in loco per eum relato. Vulpell. respõs. 91. per totũ, vbi testatur de magis cõi, & Ludou. de Alph. cõs. 145. n. 11. 23. tom. 1. crim. diuers. dicit quod si clausula, &c. est apposita post clausulam cum effectu, talis clausula &c. de stylo notariorum extenditur; ita quod faciendo possibile non excusetur, quamuis Modern. Rom. d. quæst. 107. num. 314. Doctores contrarium tenentes referat.
13 Idemq. erit quando promittens promisit facere ratificare cum effectu; quia talis clausula cum effectu tollit omnẽ diligentiam, vt promittens vigore cuiuscunq. diligentiæ non excusetur a pœna. Lud. de Alpher. d. cons. 135. nu. 4. 6. 9. 11. tom. 1. crimi. diuers. Vulpell. d. resp. 81. nu. 3. in tract. de pac. q. 53. n. 4.
14 Et pro complemento istius quæstionis teneas quod absentes ratificantes pacem, vel promissionem de non offendẽdo, pro quibus principalis paciscens promisit, secuta contrauentione, ratificantes teneantur ad pœnas legales, ac si a principio pacem fecissent; principalis autem paciscens, qui pro eis promisit non possit congrue cõueniri, nisi pro pœna conuentionali. Vulp. in tract. de pac. q. 63. n. 3. vers. nisi tamen, & q. 62. num. 1. seq. Hond. cons. 97. n. 3. 6. 14. in fine lib. 1. Farinacc. d. q. 107. num. 316.

Quæst. LXXXIII.

Promittens pro absentibus compræhensis in pace quod ratificabunt, an teneatur pro eis absq. alia interpellatione.

SVMMARIVM.

1 *Principales paciscentes promittentes facere*

tere ratificare absentes absq. alia interpellatione tenentur procurare ratificationem.

2 *Maxime quando adest in promissione iuramentum.*

3 *Tempus autem ratificandi debet intelligi nec minimum, nec maximum, sed iuxta qualitatem ac distantiam loci arbitrio Iudicis.*

4 *Contrartam opinionem quod requiratur Iudicis interpellatio tenent ibi Doct. vbi ponitur distinctio.*

5 *Quæ contraria opinio magis procedit, vt requiratur interpellatio quando quis promisit ratificare facere ad omnem requisitionem partis aduersæ.*

6 *Interpellatio non requiritur vbi promissum fuit facere ratificare infra certum tempus, cum dies tunc interpellet pro homine.*

7 *Licet isto casu aliqui contrarium teneant.*

8 *Tempus decennij excusat a ratificatione.*

9 *Promissione facta per fratrem pro alijs fratribus minoribus, quod maiores facti pacem ratificabunt, non debet expectari quod omnes fratres efficiantur maiores.*

10 *Promissione facta de rato pro se, & pro sua Parentela per totum mensem Maij, & deinde ad beneplacitum Præsidis duratura, si elapso dicto mense Maij offensio sequatur, non facta per Præsidem de dicto beneplacito declaratione, pœna non committitur.*

1 DOCTORES in determinatione præsentis quæstionis varijs, ac diuersis modis loquuntur, adeo quod vix possit desumi quę vera sit conclusio: cum aliqui teneant quod huiusmodi obligatio recipiat hanc interprętationem, vt ipse promittens teneatur quam primum poterit procurare ratificationem, eorum absentium pro quibus promisit se facturum, & curaturum quod ratificabunt absq. alia interpellatione Corn. consf. 248. num. 6. lib. 4. qui loquitur in illo, qui promisit pro filijs, vel consanguineis, cum quibus in domo habitabat Gozzad. consf. 31. num. 7. qui † pręsertim loquitur quando adest iuramentum. Hercul. de Siluestr. consf. 97. nu. 14. tom. 1. crim. diuers. Vulp. in tract. de pac. q. 53. sub nu. 3. vers. videtur tamen, vbi refert, & reprobat contrarium tenentes. Curt. Iun. consf. 74. nu. 6. Villalob. commu. opin. in litera P, nu. 347. viui. opin. 670. num. 4. Suarez. commu. opin. litera F, num. 11. Et † intelligitur secundum aliquod temporis spacium, nec minimum, nec maximum, sex iuxta qualitatem, ac distantiam loci, vt affirmat Ludou. Siluestr. consf. 96. nu. 5. tom. 2. crim. diuers. vbi etiam sub nu. 6. dicit hoc tempus faciendi ratificare absentem remitti arbitrio Iudicis, & Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 24. nu. 18. versic. ideo pace inita bene dixit quod si consanguinei, pro quibus quis promisit de rato starent in longinquis partibus, promittens non tenebitur, si offensio fuerit sequuta ante tempus, in quo dicti absentes non potuerunt certiorari de pace facta.

4 Alij autem tenuerunt, quod promittens absentes esse ratificaturos pacem non constituatur in mora absq. interpellatione, & requisitione, vt voluit post Deci. Paris. consf. 106. nu. 24. lib. 1. Riminal. consf. 94. nu. 21. tom. 2. crimin. diuers. & inter consf. Bertazzol. consil. 95. nu. 7. & Lud. Siluestr. consf. 96. nu. 4. vbi tandem relatis contrarijs opinionibus distinguendo dicit, quod prima opinio saluari potest, vt nō requiritur interpellatio, vt principalis paciscens ex sua promissione teneatur ad interesse: secunda autem opinio est, vt quando tractatur de pœna propter sequutam offensionem, vel contrauentionem

tūc sit necessaria interpellatio,& eamdem distinctionem concordando istas opiniones contrarias ponit,& sequitur Nicol. Moron.in tract. de treug. & pace quæst.26.num.1.seq. Menoch. de arbitrar.cas.220.num. 20.vbi in fine dicit quod Marc. Ant. Bauer. in tract. de mora par. 2. de ea dubitauit; & idem asserit viui. commun. opin. 670. num.4.

5 Quę†contraria opinio magis procedit quando quis promisit facere ratificare ad omnem requisitionem partis aduersę, vt tunc magis sit necessaria interpellatio Corn. consil. 40.sub nu. 54.lib.2. qui respondet cuidam obiectioni. Marcabrun. ab Anguil. consil. 94.num.22.tom.2.crim. licet ibi Hercul.de Siluestr. consil.97.num.14.contrarium teneat, vt requiratur requisitio, vel interpellatio, licet fuerit promissum ratificare ad omnem requisitionem,&c.

6 Si vero promissum fuerit de faciendo ratificare infra certum tempus, & tunc promittens videatur teneri ad pænam,si infra dictum tempus pax non fuerit ratificata,cum dies isto casu interpellet pro homine, absq. alia interpellatione, vt voluit Gozzad.cons.31. num.3.seq.

7 Quicquid † dixerit Honded. consil.97.num.10. cum plur.seqq. volu. 1. qui conatur defendere a pæna conuentionali eum, qui promisit pro absentibus quod pacem ratificabunt,infra quindecim dies, & quod interim non venient contra, &c.alias de suo, &c. quia non sequura ratificatione infra dictum tempus; & hi, qui ratificare debebant illinc ad tres annos non offenderint; nec contrauenerint; cum vt supra diximus secundum communem opinionem, qui promisit simpliciter facere ratificare tenetur ad pænam conuentam absq. alia interpellatione,si quam primum potuit facere ratificare,& non fecit: ideo multo magis renetur qui promisit infra certum tempus quod absentes ratificabunt, & non ratificarunt, vt absq. alia interpellatione teneatur, præsertim accedente iuramento, vt late tuetur Farinacc.de var.& diuers. crim. art. 21.q. 107.num.305.cuius opinio omnino puto quod sit vera,& in facti contingentia sequenda; sed dum ipse Farinacc.
8 ibi sub num.306. etiam † tuetur,quod huiusmodi opinio procedat, quando lapsum fuerit etiam longum tempus decennij, & vltra, nihilominus non sit excusandus,imo quanto longius est tempus,tanto minus videatur promissor excusandus, propter maiorem negligentiam, & quod in practica eredat hoc non habere difficultatem; ab eo omnino disentio, quia huiusmodi eius opinio non corroboratur ab eo aliqua Doctorum authoritate, nec aliqua ratione naturali, sed tantummodo dicit quod ita credit: cum vere per cursum tam longi temporis sit credendum, vt sint sopitę omnes inimicitiæ; & ob id, stante dicta obliuione, ipse promissor fuerit liberatus a sua promissione: adeo quod etiam sequuta offensione inter illos, quos facere ratificare ipse tenebatur, non teneatur ad pęnam, vt voluit post Bero. quęst.73.Laderch.Imol.cons.77.num. 9. quia tempus non est dubium quod cōsideratur ad extinguendum odium, rancorem,& inimicitiam, vt late firmat Petr.Bell.in tract.de re milit.part. 5.tit.1.num. 3. qui etiam loquitur per lapsum decennij.

9 Si vero, vnus frater promisit pro pluribus eius fratribus,minoribus pacem faciendo de morte communis patris,quod fratres maiores facti pacem ratificabunt sub pęna, non debet expectari,quod omnes ad ætatem legitimam peruenerint, ne forte vnus effectus maior interim in pace comprehensus homicidium committeret,contra bonum publicum, & contrahentium

tium mentem: vt tenet relatis, & reiectis contrarijs Vulpel. in tract. de pace q. 54. per totam.

10 Bene verum est quod si quis promisit pro se, & sua parentela de rato, & quod promissio esset duratura per totum mensem Maij, & vltra ad beneplacitum Præsidis, si offensio sequatur elapso dicto mense Maij, & durante officio dicti Pręsidis, non facta declaratione dicti beneplaci, pęna non committitur; vt post Bero. cons. 204. vol. 3. firmat Baiard. in §. fin. quæst. 47. num. 39.

Quæst. LXXXIV.

Ratificatio an requiratur expræssa, vel sufficiat tacita re, aut facto in ista materia pacis, & quomodo tacita ratificatio inducatur.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio ab absentibus requiritur ad incurrendam pœnam per ipsos absentes, & non per principales paciscentes.*

2 *Ratificatio etiam tacita secundum aliquos sufficit ad incurrendam pęnam pacis ruptæ.*

3 *Hæreditatem adeundo an censeatur quis ratificare pacem.*

4 *Ratificatio an inducatur ex cohabitatione cum principali paciscente.*

5 *Ratificatio an inducatur ex sola scientia pacis initæ.*

6 *Ratificatio an inducatur si fuerit pax absentibus intimata, & non contradixerint.*

7 *Intimatio, vt inducat ratificationem, potest fieri a quacunq. persona de cuius interesse agitur.*

8 *Contrariam opinionem quod sola scientia, & taciturnitas in pręiudicium ipsius tacentis non inducant ratificationem tenent Doct. ibi.*

9 *Quæ opinio contraria magis procedit quādo per taciturnitatem quis actum impedire non potuit, vt si quis fuerit a Iudice coactus ad cau endum pro se & suis consanguineis.*

10 *Scientia in dubio non pręsumitur, maxime data absentia a loco initæ pacis.*

1 QVONIAM in pręsenti quæstionem agitur de materia ratificationis ad incurrendam pænam pacis ruptæ: Ideo est in primis sciendū, quod quoad ipsos principales promittentes, & paciscentes, vt incidant in pęnam promissam pro affinibus, consanguineis, & adhęrentibus, si ipsi adhętentes contrauenerint, non requiratur ratificatio, sed pæna committatur absq. alia ratificatione contra dictos principales paciscentes Moron. in tract. de pac. q. 135. vbi loquitur in patre promittente pro filijs Rimi. Iun. cōs. 134. n. 21. tom. 1. crim. diuers. late Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 184. num. 16. seqq. & ego dixi late supra in quæst. 82. sed requiritur ratificatio quoad ipsos nominatos absentes & compręhensos ad illos obligandum ad pænam legalem, & conuentionalem: & si ante ratificationem absens offenderet, tunc promittens teneatur de suo; si post ratificationem offenderet, pariter teneatur quoad pænam conuentionalem; & si primus promittens soluere compelleretur, offendens tenetur releuare principalē promittentem Vulpell. q. 62. & q. 63. in fine Car. Tusch. d. concl. 184. num. 7. 16. & poterit repetere a contra facientibus pænam conuentionalem pro eis iam solutam. Vulpell. q. 53. nu. 3. Card. Tusc. tom. 6. d. concl. 184. nu. 7.

In

2 In hac quæstione aliqui Doctores concludunt, quod ad istum effectum pænæ conuentionalis, non solum sufficiat expræssa ratificatio facta verbis, vel solemniter; sed etiam facta re, aut facto, vel per aliquem alium actum positiuum. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 132. num. 7. vbi dixit induci scientiam ex facto, & ex cohabitatione, & ibi concordantes allegat Hercul. in tract. de caut. cap. 15. nu. 8. vbi ad literam firmat, quod ratificatio fieri potest re, verbis, tacite, seu tacito consensu, vbi allegat Crauett. cons. 6. num. 29. cons. 209. nu. 24. & alios concordantes, & Honded. in cons. 89. nu. 2.
3 seqq. & num. 57. lib. 2. firmat quod † filij adeundo hæreditatem patris censentur tacite ratificasse pacem ab eodem patre pro ipsis absentibus factam: imo quod sola scientia absentium sufficiat; & si non contradixerint, pro ratificatione huiusmodi non contradictio habeatur Hercul. d. cap. 15. num. 8. in fin. vbi allegat Corn. cons. 248. lib. 4. Nic. Mor. in tract. de pac. & treug. q. 132. n. 7. in fine, vbi dicit ex cohabitatione iudicari scientiam, & in q. 138. nu. 9.
4 etiam loquitur in communi habitatione, & allegat Rolan. in consil. 19. num. 39 seq. lib. 1. & etiam firmat ex sola
5 scientia induci † ratificationem, late Mascar. de probat. conclus. 1162. num. 15. seqq. lib. 2. Card. Tusch. tom. 6. in
6 verb. pax † concl. 184. num. 20. vbi alios concordantes allegat: Et ob id datur cautela, vt pax, seu promissio pro absentibus facta illis intimetur, & notificetur; quia si non contradixerint, videntur tacite ratificasse. Hercul. in tract. de caut. d. cap. 15. num. 13. vers. hæc autem ratificatio vbi concordantes adducit, Mascard. de probat. d. concl. 1162. num. 114. vers. secundo animaduerto, Honded. cons. 97. nu. 5. lib.
7 1. Card. Tusch. tom. 6. In verb. pax † concl. 189. num. 10. Et in tantum hoc est verum, vt talis intimatio fieri possit a quacunq. persona, de cuius interesse agitur. Hercul. d. c. 15. nu. 13. vers. & licet intimatio.

8 Contrariam sententiam, quod per solam scientiam, & taciturnitatem non inducatur ratificatio in præiudicium ipsius tacentis cõsulendo tenuit Corn. cons. 243. num. 6. lib. 4. Paris. cons. 109. nu. 17. lib. 1. Paul. de Castr. in l. bonorum nu. 5. seq. ff. rem. rat. hab. vbi ad literam dicit, quod requisitus ad ratificandum pacem cum termini præfixione, vel etiam sine termino, non censetur ratificasse tacendo; sed recusasse si quam primum potuit non ratificauit; & in hoc non dissentit a Castr. Bero. cons. 199. num. 7. & cons. 206. num. 14. vers. & hęc ratificatio, & num. 16. lib. 3. & idem sentit expræsse Ludou. de Alpher. cons. 147. num. 2. vers. & ratio potest esse lib. primo. Et cum hac opinione transit Farinacc. in tract. de var. & diuers. crim. art. 21. quæst. 107. num. 293. vbi etiam restatur quod ita obtinuit ipso patrocinante in Camera Apostolica in vna causa Asculana ad fauorem Bruti Odoardi, qui licet fuerit pręsens instrumento promissionis pręstitæ a Mutio pro se, & suis consanguineis de non offendendo Equitem Muciarellum, quia dictam promissionem pro eo factam non ratificauit, non incidit in pęnam ex sola præsentia, scientia, & non contradictione; Quamuis dictus Brutus deinde dictum Equitem Muciarellum interfecisset: Quę
9 quidem conclusio firmata per Farinac. magis procedere dicit, quando per taciturnitatem, actum quis impedire minime valebit: quod erit si quis a Iudice cogatur ad cauendum pro se, & consanguineis, vt eo minus consentire dicatur per ea, quæ tradunt Felin. in cap. nonne num. 21. extra de præsumpt. Alexand. consil. 135. nu. 15. vers. item quia extat regula lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 149.

Si

10 Si vero offendens pacem non ratificauit, neq. aliquo modo scientiam habuit de pace iam facta, & de eius pœna, prout in dubio præsumitur, maxime si fuerit absens, non potest contra eum tractari de aliqua pœna pacis ruptę, neq. conuentionalis Marcus Brun. ab Anguill. consil. 94. num. 19. tom. 2. crimin. diuers. Kiminal. Iun. cons. 470. num. 16. seqq. num. 23. seqq. lib. 4. Farinacc. dicta q. 107. num. 294.

Quæst. LXXXV.

De quibusdam a casibus, in quibus potest dubitari si pax fuerit, vel non fuerit rupta.

SVMMARIVM.

1 *Pax rumpitur a famulis per eorum contrauentionem.*

2 *Pax dicitur rupta per Castrum subiectum Iurisdictioni vnius Ciuitatis facientis pacem cum altera Ciuitate, si commiserit incendium, vel homicidia contra homines de altera Ciuitate.*

3 *Maritus offendens vxorem, quam duxit post initam pacem, quæ erat de factione contraria dicitur rumpere pacem.*

4 *Pax rumpitur per plura vulnera, quamuis statutum disponat per numerum singularem, si fiat offensio per vulnus.*

5 *Pax an dicatur rupta per Fortelitium factum ab vno Domino in suo Territorio, per quod possit nocere alteri Domino, cum quo pax facta fuit.*

6 *Pœna conuentionalis commissa præferri debet creditoribus medij temporis inter promissionem, & delictum commissum.*

7 *Pax non rumpitur si aliquid fiat pro bono publico subditorum, quamuis tendat in damnum vnius Principis pacificentis.*

8 *Pax ita dicitur inter Principes quoad alios Principes, sicut dicitur inter priuatos quoad alios priuatos.*

9 *Arbitri non possunt cogere partes ad pacem; nec laudum desuper latum valeret.*

10 *Pax vbi cessat, ibi etiam cessat omne quod fuit datum per pactum, vel promissionem.*

11 *Pax nulla non dicitur rupta.*

12 *Pax non rumpitur quando quis se defendit, etiam si excesserit in defensione.*

13 *Exculpatio offensi operatur, vt imputatus de offensione non teneatur ad pœnam conuentionalem.*

14 *Exculpatio fit tribus modis, de quibus ibi.*

15 *Iudex pronuncians Titium pacem fregisse, censetur successiue absoluere aduersarium a pœna pacis ruptæ.*

16 *Pœna conuentionalis, quę debetur occasione pacis ruptæ dicitur descendere ex causa ciuili, & non criminali; & ibi infertur ex hoc ad plura.*

17 *Femina coniuncta per personas virilis sexus, pace fracta, non tenetur alios indemnes releuare.*

18 *Femina pupilla debet eximi ab obligatione facta per patrem, ne per contrauentionem pacis teneatur contribuere ad pœnam conuentionalem.*

19 *Pœna conuentionalis quomodo debeat fieri.*

20 *Pax facta pro illis de familia, & de domodo inteligitur actiue, & passiue; quamuis fuerit simpliciter promissum quod non offendent.*

21 *Pax omissa in gratia obtenta super delicto vitiat ipsam gratiam.*

1 CONTINGIT dubitari de quibusdam casibus, si pax fuerit, vel non fuerit rupta: Et in primis si famuli Dominorum rixã habuerint,& propter concordiam pax violetur, vti violatores pacis puniri debent. Bald. in l. obseruare ff. de Offic. Proconsul. Iacob. Nouell. post alios, quos allegat in pract. crim. §. fin. nu. 81. vbi etiam remissiue loquitur, an pro eis Domini teneantur.

2 Item quando guerra erat inter duas Ciuitates, vel Castra, & postea deuenerunt ad pacem, quam sub pęna perpetuo inuiolabiliter obseruare promiserunt, si aliqua terra de vna Ciuitate se supponit, & committit iurisdictioni alterius, propter quod illa terra, sub cuius iurisdictione erat supposita ante pacem indignata fuerit, & fecerit nouitatem contra illam terram nouiter susceptam sub sua iurisdictione,& commisit homicida, incendia, vel alia delicta, incidit in pęnam pacis ruptę, vt respondit omissis ambagibus Bonifac. Vitalin. in tract. crim. rubr. de pac. nu. 18. Iul. Ferret. tit. de fer. n. 122. & 160.

3 Item quando fuit contracta pax inter duas familias, quę postea contrahant matrimonium inter se, si maritus ex vna parte, verberaret vxorem cum sanguine, quę est de alia parte, rumperet pacem: quia, licet maritus possit corrigere vxorem, tamen non potest illam cum sanguine verberare, vt post Alex. consil. 115. in princ. & sub num. 7. vers. alia ratione lib. 2. Card. Tusc. to. 6. in verb. pax concl. 179. n. 7.

4 Item si statutum disponat in plurali numero per plura vulnera, si dolose fuerit illatum vulnus vnicum propter intentionem,& dolum vulnerantis dicitur rupta pax Claud. Bertazzol. ad patrem consil. 184. in verb. vulnus lib. 2. Cardinal. Tuschus tom 6. in verb pax conclus. 180. num. 5.

5 Item si Principes fecerunt pacem cum pacto quod nullus dare debeat passum gentibus armatis in Italia, & alter ex paciscentibus construeret pontes, ex quibus pateret passus gentibus armatis, occasionaliter dicitur venire contra pacem Bald. consil. 195. sub num. 8. lib. 2. & an dicatur isto casu rupta pax; vel si fecit fortalitium aptum ad nocendum alteri Domino, cum quo pacem habet, an dicatur rupta pax negatiue respondit Bal. in d. consil. 195. lib. 2. n. 8. seqq. Card. Tus. tom. 6. in verb. pax concl. 181. nu. 1. 2. 3. Iul. Ferrett. tit. de ferijs nu. 160.

6 Item si pax fiat sub pœna in euentum pacis ruptæ,& pax rumpatur, pęna commissa præferri debet emptoribus medij temporis inter promissionem, & commissionem pœnæ; vt consuluit Din. in consil. 4. & sequitur Cardin. Tusch. tom. 6. conclus. 185. num. 1. & 2. vbi etiam dicit idem esse si testator supposuit bona sua fideicommisso,& prius promiserat pęnã pacis: quia si frangatur pax post mortem fideicommittentis, pęna deduci debet tanquam res alienum.

7 Item si eueniat casus inopinatus, per quem oportet pro bono publico subditorum aliquid fieri quod in consequentiam possit considerari quod veniat contra pacem factam non dicitur pax rupta. Bal. consil. 195. sub n. 8. vers. considerandum est lib. 2.

8 Pacis fœdera inter Principes sic se habent quoad Principes, sicut pax inter priuatos quoad priuatos Bald. in eodem consil. 195. sub num. 12. versic. item sicut se habet: & si guerra fuit personalis, pax sequuta censetur etiam personalis; & ideo non rumpitur per offensam realem: Si vero fuerit personalis,& realis tunc rumpitur per offensam personalem, vel realem similem offensę ante pacem,& non alias Bal. in eodem consil. 195. sub num. 6. versic. sciendum est lib. 2. Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 181. num. 5. & in

concl.

concl.178.in eodem tom. in verb. pax nu.11.seqq.ponit multos alios casus de principalibus,ex quibus possit præten di rupta pax.

9 Item si arbiter condemnet partes ad pacem,& quod habeatur pro facta,data contrauentione,pax non dicitur rupta,cum non potuerit induci per ipsum arbitrum, etiam si valeret laudum in reliquis. Paul. de Castr. consil.423. num.4.lib.1.vbi apostill.allegat Corn. cons.40.per totum lib.2.Card. Tusch. tom.6.in verb.pax concl.182.nu.7. & si fuerit factum compromissum pro absentibus cum promissione de rato, & arbitri condemnauerint ad pacem faciendam infra certum tempus, quo elapso sit facta pax, si absens offendat antequam sit notificatum laudum, excusatur.Paul.Castren.consil. 423.col. fin.Card.Tusch.d.tom.6.conclus. 184. num.21.

10 Item pax vbi cessat ibi etiam cessat omne, quod fuit datum per pactum vel per promissionem Felin. in capit. quæ in Ecclesiarum num. 29. in fin. Tiraquell. in tract. cessan. caus.prima par.nu.192.Bertazzol.cons.348.n. 74. vol.2.

11 Item pax non dicitur rupta quando nulla,&inualida est Marsil.singul.125.
12 num.45.nec † illam quis violare dicitur, qui se defendit Vulpell. in tract. de promiss.quæst.103.num.1.& 8.vbi concordantes allegat, & de receptissima opinione testatur Bertazz. in cons. 537.num.27.vol.2.Farinacc. tit. de homicid.q.125. num. 91. seq. vbi loquitur etiam si excesserit modum in-
13 culpatæ tutelæ. Et † si ille, qui habet interesse in pace,quia pæna ob fracturã ei applicaretur, exculpet offendentem, excusaretur a pęna pacis ruptæ Sim.de Præt.consil. 187.num.24.Bertazzol.cons.246.num.10.&ibi Claud.
14 in addit.in litera A,vers.& † maxime, in qua additione docet quod tribus modis exculpatio fieri potest,& primo si exculpans nominet alium, secundo quando simpliciter exculpat: & istis duobus modis indicia contra illum per exculpationem tollantur, tertio modo quando quis inculpat se ipsum, &excusat alium;& etiam isto casu prosit exculpatio, dummodo exculpans esset in carceribus,& inculpatus extra carceres:vt declarat Rimin.Iun.consil. 420.nu.17.

15 Item est animaduertendum in materia pacis ruptę quod si per Iudicem pronuncietur Titium pacem fregisse, censetur per consequens Sempronium aduersarium pacem non fregisse l. si inter me, & te, vbi Castren. ff. de except. rei iud. Bertazzol. consil.48.nu. 4. seqq. vbi concordantes allegat volum.1.

16 Pæna pacis ruptę, quę non debetur de iure communi, vel ex forma statutorum; sed ex contractu pacis, vel ex conuentione in eo apposita,dicitur descendere ex causa ciuili,& non ex causa criminali,Bertazzol.cons.280. num. 6.vol.2.vbi in terminis allegat Corn. cons.42.col. penult. circa finem vol.2. Grat.cons.136.num.9.vol.1. Petr. Calef. cons. 86. num.2.seq.tom.crim.diuers.Qui Bertazzol in d.cons 280. infert ex hoc ad plura,&præcipue quod statutum loquens in criminalibus non verificabitur in illo casu: Item quoad fideiussores deberent audire, cum non tractent tunc de pęna criminali,sed de ciuili causa.

17 Femina coniuncta per personas virilis sexus,si rumpatur pax, non tenetur alios indemnes releuare,vt consuluit latissime Rimin. Iun.cons. 499. per totum vol.5.vbi positis contrarijs illis
18 respondet. Imo † fęmina pupilla, & minor debet eximi ab obligatione per eius patrem ante illius mortem facta, ne si deinde frangatur pax, teneatur ipsa femina pupilla contribuere ad pænam conuentionalem,vt late comprobat,tuetur,& alias fuisse in contingen-

tia

tia facti obtentum testatur Riminal. Iun. consf. 307. per totum vol. 3.

19 Distributio pęnę conuentionalis pro pace fracta alias facta pro agnatione nominibus omnium agnatorum etiam in instrumento pacis non interuenientium debet fieri per æstimum, & capita de consuetudine Romandiolæ, vt late defendit Bertazzol. consil. 149. per totum volumine primo.

20 Pax facta pro illis de familia, & de domo intelligitur tam actiue quam passiue, quamuis simpliciter fuit dictum, & promissum quod non offenderet, vt post Fabr. in l. denunciamus C. de his, qui ad Eccles. confug. Aufre. in add. ad decis. Tholos. 495. Petr. a Pla h. epithom. delict. cap. 7. nu 10. in fin. Menochi. arbitr. caf. 335. num. 4. lib. 2. Farinacc. consil. 31. num. 6. in fin.

21 Pax omissa in gratia super delicto obtenta vitiat ipsam gratiam: cum sit violatio pacis delictum punibile per se, & diuersum ab ipso principali delicto, vt consulendo dixit Farinac. consf. 46. nu. 10. vers. respondetur primo, vbi concordantes allegat.

Quæst. LXXXVI.

Pacis fractæ pœna quæ sit.

SVMMARIVM.

1 *Pacis fractio inter ænormia crimina computatur.*

2 *Pacis fractura inducit iacturam fidei, & honoris.*

3 *Accusare potest de fractura pacis quilibet de populo.*

4 *Pacis fractæ pęnę secundum textum cap. 1. de pac. tenen. in vsib. feud. referuntur ibi per authorem.*

5 *Pacis pœnæ inter duas Ciuitates ponuntur ibi per Authorem.*

6 *Pacis pœnæ in pace priuata quæ sint vide ibi.*

7 *Pacis pœna vigore Constitutionis Marchiæ, tam Aegidianę, quam Carpensis; quæ sit, & in quibus locis seruetur vide ibi.*

8 *Milites turbantes pacem pœna capitis puniuntur.*

9 *Declara, vt ibi per Authorem.*

10 *Clericus pacis violator punitur, prout ibi per Authorem.*

11 *Turbantes pacem Ecclesiæ qua pœna puniantur vide ibi.*

12 *Fideiussores, ac principales paciscentes, si sequatur contrauentio per comprahensos, non puniuntur pœna corporali.*

13 *Confiscationis bonorum pœna non punitur fideiussor, neque principalis paciscens pro alijs, data contrauentione per illos, pro quibus promiserunt.*

14 *Author declarat huiusmodi propositionem.*

1 FRACTVRA Pacis inter ænormia crimina computatur, & de atrocioribus criminibus dicitur Cyrill. in Prax. crim. tit. de fideiuss. §. 7. num. 5. qui allegat tex. in cap. nouit vers. licet autem de Iudic. Bero. conf. 198. num. 9. vol. 3. Mascard. de probat. concl. 1162. nu. 123. lib. 2. Vulpell. in tract. de pace. quæst. 51. vbi refert multas pœnas de iure communi impositas Card. Tusch. tom. 6. in verb. pax concl. 180. n. 1. Et fractu-
2 ra † pacis inducit iacturam fidei, & honoris in populo, & penes graues viros; quę pœna est maior illa, quę consistit circa amissionem bonorum Vulpell. in tract. de promissio. quæst. 102. num. 2.
3 Card. Tusch. d. concl. 186. n. 2. Et † quilibet de populo accusare potest pro fractura pacis pro pœna Fisco applicanda

da, vt post Bar. in l. 1. in fine ff. de Iur. Fisc. & in l. arbiter. ff. de arbitr. firmat Iul. Ferrett. de re milit. tit. de ferijs num. 123.

4 Circa vero alias pœnas habemus tex. in c. 1. de pac. tenen. in vsib. feud. vbi Bal. in princ. qui summando illum textum recenset illius pœnas, sed plenius eumdem textum summat Vulpell. in tract. de pace quæst. 51 nu. 1. vbi testatur imponi capitalem pęnam occidenti vulneranti autem pœnam amputationis manuum, fustibus percutienti, barbam, vel crines expilanti, pœnam decę librarum, manu autem vacua percutienti, pęnam quinque librarum, & si non fuerit captus, sed aufugerit, bona mobilia ei publicentur, immobilia autem hæredibus relinquantur, delato eis iuramento, vt nullam auxilium delinquenti præstent, & hæc pęna confiscationis est inflicta quando interuenerit mors, & quod tunc nec bona mobilia publicentur, sed filijs referuentur Bero. consil. 114. num. 38. seq. lib. 1. & Farinacc. de var. & diuers. crimin. quæst. 107. art 6. num 57. consil. 28. num 5. & est tex. in cap 1 §. si quis vero de pac iuram. firman. violanti pacem Ciuitatis imponitur pęna centum librarum auri, Oppido triginta, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus quinquaginta, Capitaneis viginti, alijs vero inferioribus pœna trium librarum, vt late reassumit Vulpell. de pace q. 51. num. 1. & nu. 9. vbi etiam declarat quomodo quantitas librarum auri intelligatur.

5 Et in casu pacis publicæ, vt puta quando emanauit pax inter duas Ciuitates, aut inter duo Castra, violator punitur pęna inflicta per cap. 1. de pac. tenen. & per c. 1. de pac. iuram. firman. quę erit pœna criminis lęsę maiest. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. septimo cap 16. nu. 2. vbi ad literam firmat quod violatores pacis publicę, ac securitatis incidant in crimen lęsę maiestatis; & hoc esse indubitatum affirmat, & adducit Gig. in tract. de crim. læs. maiest. q. 18. qui vere loquitur in violante securitatem alicui a Populo Romano, vel ab alio Principe non recognoscente superiorem datam, & ob id iuste Farinacc. in tract. de var. & diuers. crim. quæst. 107. art. 6. nu. 59. dubitat de huiusmodi Deciani attestatione, cum pœna criminis læsæ maiestatis sit mortis, & in quocunq. capita commissa sit, etiam sit pœna confiscationis bonorum, & per tex. in d cap. primo de pac. tenen. & in cap. 1. de pac. iuram. firman. non semper pœna prædicta imponitur, & ob id ibi Farinacc. num. 60. 61. prolequitur allegando alios Doct. diuersimode loquentes; & tandem firmat regulam violatores pacis publice puniri pœnis declaratis in d. cap. 1. de pac. tenen. & cap. 1. de pac. iuram. firman. Melchior. de Facin. consil. 78. num. 38. & 42. tom. 1. crim. diuers. Farinacc. cons. 36. num. 1. in fin. & ibi addentes in litera A, qui concludunt dicta duo capitula loqui in pace publica inita inter duas Ciuitates, vel duo Castra idem Farinacc. cons. 81. nu. 10.

6 Quæ conclusio extenditur etiam ad violatores pacis priuatæ inter singulares personas initę, vt voluit Bald. in dicto c. 1. nu. 1. in fin. de pac. tenen. quem refert, & sequitur Vulpell. in d. q. 51. n. 2. dummodo tamen pax fuerit iuramẽto firmata viu. opin. 567. n. 2. Marsil. in rub de fideiussorib. q. 29. nu. 243. post Alberic. & Farin. d. q. 107. nu. 64 & adden. ad Farinac. in cons. 51 in litera A, qui expresse declarant quod licet illa dua cap. loquantur in violatoribus publicę pacis, tamen extenduntur etiam ad violatores pacis priuatę Iul Ferrett. tit de ferijs num. 146. vbi firmat quod violator pacis puniatur pœna mortis, & confiscationis bonorum, & a nemine receptari possit.

7 Et vigore Constitutionis Marchię lib. 4. cap. 76. & 77. violator pacis factæ authoritate Prætoris inter duas Ciuitates, vel Castra reputatur rebellis, & hostis Sanctæ Romanę Ecclesię, & eius bona Fisco applicantur, & domus deuastantur: In pace vero priuata pęna est vltra pęnas prædictas occasione homicidij, vel vulneris, vt capite posteriori, & pedibus superioribus violator contumax depingatur, cum descriptione eius nominis, cognominis, & patrię, & Constit. Carpen. in d. cap. 77. extendit pœnas per Aegid. inflictas in d. cap. 76. ad violantes paces priuatas.

Sed illa Carpensis Constitutio tantummodo procedit In Prouincia Marchiæ, & non alibi, vt declarauit Paulus III. sub die 10. Septembris 1544. & ob id extra illam Prouinciam pœnæ illæ ignominiosæ non erunt infligendæ; & Farinac. in d. q. 107. nu. 66. asserit obtinuisse in vna Vrbeuetana in sacra Consulta, vt latius apparet in cons. 81. n. 6. cum plurib. seqq. in qua causa ego etiã ad exclusionem dictarum pœnarum scripsi.

Et illa Constitutio Carpensis non loquitur in omnibus pacibus priuatis, sed tantummodo in illis, quæ factę fuerũnt coram aliquo Prętore, aut cum illius authoritate, prout late declarat idem Farinacc. in d. quæst. 107. num. 67. & ob id in toto statu Ecclesiastico seruantur pœnę inflictę ab ipsa Aegidiana Constitutione Vulpell. in tract. de pace q. 51. sub nu. 8. Car. Tusc. tom. 6. in verb. pax conclus. 186. num. 2. quę Constitutio Aegidiana fuit extensa per summum Pontificem ad totum statum Ecclesiasticum: & ob id ad tollendas omnes difficultates per bannimenta generalia status Ecclesiastici emanata de anno 1599. c. 42. illę pœnę fuerunt extensę, etiam si paces non fuerint receptę per Prætorẽ, vel aliã personam publicã; quę bannimenta sunt magis generalia, quam sit Constitutio Marchię, cum in ea restringatur pœna ad vulnus, & ad homicidium Farinacc. cons. 28. num. 4. in bannimentis vero illæ pœnę infliguntur quomodocunq. pax violetur. Et in Vrbe adest bannimentum simile emanatum de anno 1591. de Mense Iunij cap. 45. quod solet confirmari successiue ab omnibus Gubernatoribus, quo disponitur quod frangens pacem, fidem, verbum, aut treugam, etiam quod pro obseruatione non sit aliqua pœna apposita, incurratur pœna vitæ, ac confiscationis bonorum; sed in Vrbe Romana vigore illius statuti lib. 2. cap. 25. aliter dispositum est: quod si fuerit facta pax per publicum instrumentum, & fuerit contumax fractor pacis puniatur in pænam mortis, & confiscationis bonorum; Si vero fuerit facta sine instrumento, tunc puniatur in quadruplum pœnę, quæ pro commisso delicto imponenda est, ac si non adesset pax: Quę statuta fuerunt etiam quoad istam pænam confirmata per Innocent. VIII. vt in Constit. 5. in fine in prima par. Bullar. de quibus pœnis etiam mentionem facit Moder. Roman. Farinac. in d. quęst. 107. nu. 68 seqq.

8 Milites autem pacis turbatores capite puniuntur l. final. §. fin. ff. de re milit. & ibi gloss. 1. in fin. Vulpell. in tract. de pace q. 51. nu. 4. & 6. qui loquitur si publicas inducias violauerint, & ad singulare certamen alium commilitonem prouocauerint, vel saltim puniri debent pæna viginti librarum inflicta Constit. Frederic. de pace tenen. ex Alciat. in suo consil. post tract. de singul. certami. col. 2. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 16. num. 5. Farinacc. conf. 27. num. 5. & idem Farinacc. in d. q. 107. nu. 72. post Iodoc. in Pract. crim. cap. 108. rubr. de pacis, ac induc. violatione num. 4. dicit quod si milites militiæ sacramento 9 ad-

adstricti sint, publicasq. inducias maliciose violauerint, pęna capitis puniantur, cæteri vero milites arbitraria pęna plectentur.

10 Clericus autem pacis violator punitur iuxta tex in cap.1.§.Clericus de pac.tenen.in vsib.feud.& ibi Bald.nu. 1. dixit clerico violatori pacis etiam bona publicari: & clericus pacis violator excommunicatur cap. illi, qui 24. quæst. 3. & beneficijs priuatur cap.1.in fine de treug.& pac. Farinac. d.q.107.nu.73.vbi subdit vigore eiusdem cap.1.Episcopus negligens in puniendo Clericum pacis violatorem etiam priuetur Episcopatu.

11 Turbantes autem pacem Ecclesiæ si dignitatem habeant sęcularem, vel Ecclesiasticam ea priuentur c.qui contra.24.quæst. 1.& c.si clericus de pac. tenen.quod cap.est in vsib.feud.tit.de violat.pac.Card.Tusc.tom. 6.in verb. pax concl.186.nu.4.& sub n.5. annuit an illæ dignitates debeant applicari partibus,Fisco, vel Ecclesiæ, & in totum, & pro parte, & se remittit ad Deci. consil. 380. & plenius ad Cephal. consil. 35. num. 26.

An pęna legalis fractę pacis tollatur per pænam conuentionalem dixi supra q.36.

12 Fideiussores autem,qui promiserunt pro paciscentibus,etiam si vnus ex paciscentibus promittat pro alijs, non possunt pęna corporali puniri: vt firmat relatis opinionibus hinc inde, & reprobatis contrarijs Alberic.in tract de statutis par.1.quęst.51.per totam,Honded.consf.89.num.37.seqq. lib.2.Vulpell.respon. 2.num.6.seq.vbi loquitur in eo, qui promisit pro altero sub pęnis contentis in Constitutionibus Marchiæ.Farinac.d.q.107 num.75.sed tantummodo fideiussor, vel principalis paciscens punitur pæna conuentionali pro pæna incursa ex fractura pacis per illum pro quo ipse promisit. Vulpel.in tract.de pac.q 53.n.3.vers.nisi tamen, & quæst.62.num.1.seq. Honded. cons. 97.num.3.6.& 14.in fine lib.1. Farinac. d quæst.187. art. 21. num 316.

13 Sed dubium est an ipse fideiussor, vel principalis paciscens, qui pro alijs promisit sub pęnis contentis in Constitutione Marchię,cuiusvigore est imposita confiscatio bonorum, teneatur ad dictam pęnam confiscationis bonorum incursam per illum, pro quo ipse promisit de rato,alias de suo,&c.ad hanc difficultatem Hond.in d cons.89 nu 5. seqq.& nu.34.seqq.lib.2.late,ac docte suo solito more respondet,&partem negatiuam acerrime substinet, ad quem Farin.in art.6.n 75.in fin q.107.se sim-

14 pliciter remittit· sed vere,licet doctissime Hond. hanc partem substineat, a cuius opinione non recedo,tamen videtur dubitabilis,quod si non fuerit aliqua pęna conuentionalis determinata in pace, illa verba promisit de rato, alias de suo essent frustratoria,si non teneretur ad pænam confiscationis bonorum,cum sine altercatione ad alias pęnas legales non teneatur per Doctores supra adductos.

Et pro complemento scias quod quando habent locũ istæ pænę municipales vel statutarię,penę iuris communis cessant vt alias dixi.

Quæst. LXXXVII.

Pæna conuentionalis fractæ pacis cui applicetur.

SVMMARIVM.

1 *Pæna conuentionalis pro pace rupta applicatur iuxta conuentionem factam inter ipsas partes.*

2 *Si vero non constat de conuentione applicatur parti obseruanti.*

3 *Pæna applicatur parti, quando instrumentum pacis non reperitur.*

4 *Pœna in statu Ecclesiastico conuentionalis applicatur Fisco Apostolico, quando fuit stipulatum simpliciter, secus si non applicaretur Fisco Apostolico, sed alteri Fisco: quia tunc ei non applicabitur, sed parti.*

5 *Pœna conuentionalis de consuetudine etiam circumscriptis Bullis Pontificum applicatur Fisco secundũ Hercul.*

6 *Author tenet contrarium quod ei non sit credendum.*

7 *Doctori attestanti de consuetudine quando credendum sit.*

8 *Notarius, qui non dixit cui pœna esset applicanda; sed simpliciter dixit, &c. non potest deinde partibus absentibus declarare cui Fisco sit applicanda; nisi aliter consuetudo suaderet.*

1 DE iure communi si partes expræsserunt in contractu pacis cui pęna applicanda esset, tunc iuxta illarum conuentionẽ pœna distribuitur, & applicatur, vt in terminis cõsuluit Ant. Galear. Maluas. cons. 33. nu. 1. & seqq. Farinac. de var. & diuers. crim.
2 q. 8. n. 90. 91. Si vero non fuerit expręssum, tunc pœna erit applicanda parti. Paul. de Castr. in l. nõ impossibile ff. de pac. quem in proposito allegat Rip. in rub. de damn. infect. n. 26. per regulam generalẽ quod omnis pęna conuentionalis parti applicetur, nisi expręsse fuerit cautũ p l. 1. ff. de iur. Fisc. vt refert Hercul. de caut. de non offend. c. 10. n. 8. vbi respondet motiuo per Ripam facto de pœna cõuentionali debita ex iussu Iudicis, licet dicatur iudicialis, & successiue Fisco applicetur, vt etiam refert Farinac. d. q. 107. nu. 92. Marsil. in tract. bannit. in verb. pace n. 9. late Iul. Ferret. tit. de ferijs nu. 192. vbi decidit illam quæstionem quando fuerit promissum in pace sub pęna mille, & instrumentum pacis non reperitur, vt probata pace ex legis dispositione dicatur pœna applicata parti, & nõ Fisco, & sub n. 193. etiam dicit quod pœna conuentionalis nunquam applicatur Fisco, nisi notarius stipulatus fuerit pro eo.

4 Sed in statu Ecclesiastico pęna conuentionalis vigore Bullæ Pij Quarti Const. 182. vers. & insuper in Bullar. 2. par. intelligitur applicata Cameræ Apostolicę, vt dicit Farinacc. d. q. 107. nu. 91. addentes ad Magon. decis. Lucen. 100. in litera B, circa fin. vbi tamen declarant quando pęna concernit interesse Camerę Apostolicæ, secus si interesse Cameræ alterius, vel Fisci particularis Domini, vel Feudatarij concerneret: quia tunc erit locus dispositioni Iuris communis; licet de consue-
5 tudine videatur quod pœna, circumscripta dicta bulla, veniat Fisco applicanda; vt testatur Hercu. in dicto tract. de caut. cap. 10. nu. 8. vers. plane videtur, vbi se fundat in doctrina Bar. in l. si quis ff. de custod. & exhibitio. reor. qui loquitur in cautione de se repræsentando, qui Hercul. in eodem cap. 10. num. 9. dicit hodie ex communi practica idem seruari in materia præcepti: quia si in eo pęna fuerit apposita, nec dictum cui sit applicanda, licet de iuris vigore deberetur parti, ex consuetudine tamen Cameræ Apostolicę applicari debeat, & Farinacc. in d. q. 107. n. 93. simpliciter refert opinionem vel attestationem eiusdem Hercul. cui
6 enim arbitror quod non sit credẽdum. Bursatt. cons. 291. num. 47. vbi concordantes allegat, & testatur de magis
7 communi opinione Honded. cons. 101. num. 39. vol. 1. vbi etiam multos allegat, latissime Mascard. de probat. conclus. 529. nu. 1. vbi ponit hoc pro firma conclusione, & ibi pluries testatur de communi, & sub nu. 4. in fine testatur de magis communi opinione vol. 1. late de hoc articulo quando Doctori attestanti de consuetudine credendum sit Hier. de Monc. quæst. 7. num. 13. & seqq. & licet Hercul. in dicta materia cautionis de non offendendo fuerit insignis

signis Doctor, nihilominus non sit ei attestanti de consuetudine credendum nisi in foro Perusino, vbi poterat esse versatus Durant. de arte testan. cautel. 35. tit. 5. de substitut. Ant. Gabr. concl. 4. num. 3. tit. de probat. lib. 1. Bursatt. cons. 201. num. 47. vol. 2. Granut. Theorem. 11. num. 9. Riminal. Iun. cons. 648. num. 18. vol. 6. Honded. cons. 103. num. 39. in fin. idem Rim. Jun. cons. 704. nu. 75. vol. 6. qui loquitur contra Boss. & Iul. Clar. Farinacc. cons. 37. num. 26. vers. & licet Clar. Eug. cons. 76. n. 103. in fine.

8 Imo si notarius in stipulatione promissionis per eũ receptę non expręsserit cui nam pæna esset applicanda, sed dixerit sub pæna, &c. non potest postea partibus absentibus vigore dictę clausulę, &c. apponere, seu declarare quod pæna applicetur, aut Fisco, aut parti, aut vtriq. & si hoc faceret in pęnam falsi incideret Hercul. in tract. de caut. cap. 47. nu. 15. & seqq. vbi subdit, nisi tamen contrarium suaderetur, vel ex consuetudine eiusdem notarij, vel ex consuetudine loci: quia tunc poterit declarare cui magis pæna esset applicanda: cum notarius semper præsumatur rogatus, vt clausulas solitas, & consuetas apponat.

Quæst. LXXXVIII.

Pæna conuentionalis semel soluta an iterum exigi possit propter nouam fractionem pacis.

SVMMARIVM.

1 *Pæna conuentionalis semel tantum debetur pro factura pacis.*

2 *Nisi adesset in pacis instrumento clausula rato manente pacto, vel toties pæna committatur quoties contrauentum fuerit, vel nisi adsit iuramentum.*

3 *Iuramentum habet vim clausulæ rato manente pacto.*

4 *Pæna pluries debetur quando pluries fuit per primum offensorem contrauentum; secus si deinde fiat offensio per primum offensum.*

5 *Pax non rumpitur per primum offensum, cum fuerit prius rupta a primo offendente.*

6 *Contrariam opinionem aliqui tenent quod pæna pluries committatur etiam per offensionem factam a primo offenso.*

IAM dixi supra, quod rumpenti pacem ipsi pax rumpi potest, cum instrumentum pacis etiam iuramento vallatum semper tacite clausulam habeat rebus sic stantibus & aliquo de nouo non superueniente, prout etiam scripserunt Paris. cons. 165. num. 28. lib. 4. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 16. sub num. 3. & q. 112. nu. 1. & seqq. & q. 120. nu. 108. Mascard. de probat. conclus. 1162. num. 30. seq. lib. 2. Honded. cons. 97. num. 24. & seqq. lib. 1. latissime Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. nu. 50. Et sic pro prima offensione intelligendum sit instrumentum, & vna tantum pęna soluatur iuxta textum, l. boues §. sermone ff. de verb. sign. Iul. Feret tit. de ferijs n. 101.

2 Nisi tamen fuerit apposita in † instrumento pacis clausula rato manente pacto, vel clausula toties, quoties, vel † iu-
3 ramentum, quod habet vim prædictæ clausulę rato manente pacto, Alex. cons. 115. nu. 7. in fine, & seqq. lib. 4. Hercul. de caut. cap. 31. nu. 20. & cap. 36. n. 27. Nouell. in pract. crim. c. fin. n. 75. Iu. l. Feret. tit. de Ferijs nu. 101.

4 Quod tamen intelligendum est, vt pęna plus exigi possit, quando fuit contrauentum per primum offensorem, & tunc toties pęna committatur, & ab eo exigatur quoties contrauenerit; secus quoad primum offensum; quia ipse reoffendendo non incidit in pęnam, cũ
5 iam per primam offensionem pax † fuerit

rit resoluta,& non dicatur frangere pacem secundus offendens; sed illam innire iam fractam. Rim.Iun.conf.704.n. 67.seqq.lib.5.latissime Hond.conf.89. nu. 67. seqq. lib. 2.Farinac.de var. & diuers.crim.q.107.art.33.n.413.seqq. vbi concordantes allegat. Baiard. ad Iul.Clar.S.fin.q.47.n.56.vers.adquod procedit:licet in pœna Fisco applicanda etiam respectu secundi offendentis dictę clausulę operentur,vt pœna committatur,& pluries exigi possit:vt contendit Vulpell.respons.8.& resp.9. per totum;pro cuius resolutione vide ea, quę late posui supra in sua materia.

Quæst. LXXXIX.

Pax Constantię qualis, & quid ex ea conferatur.

SVMMARIVM.

1 *Pax Constantia facta inter Imperium, & Ciuitates Italiæ est controuersia an sit perpetua,vel duret ad triginta annos.*

2 *Pax Constantiæ versus Ciuitates Lombardiæ fuit ad 30. annos.*

3 *Imperator poterit dictas Ciuitates Lombardiæ,vel eius Territoria alteri in feudum dare;quod declara,vt ibi.*

1 PAX Constantię inita inter Imperium, & Ciuitates Italiæ,quibus Imperator concessit merum Imperium est opinio controuersa an sit perpetua vel ad triginta annos Bal.conf.300.sub n.3. vers. sed est sciendum lib.5.Alexan.conf. 1.sub nu.25.vers.non obstat etiam lib.5. di-
2 cit tamen quod pax † Constantiæ est perpetua sed obligationes factæ versus Ciuitates Lombardiæ fuerunt ad 30.annos ex doctrina Bal. in cap. 1. de natu.feud.Card.Tusch.tom.6.in verb.
3 pax concl.192.n.1.Et† saltem non obligat Imperium tanquam inita in vim contractus,vt non possit Imperator capitula mutare.Signorol.conf.70.num. 13.& in feudum Comitatus alios inuestire, non obstante dicta pace Constantię Alex.in d.conf.1.sub n.17.vers. premissis tamen non obstantibus lib.5. Soccin. Iun.conf.126.nu.8. lib.3.Imo in illis Ciuitatibus, in quibus Imperator retinuit superioritatem potest inuestituras facere de Ciuitatibus,Castris, & villis alteri, vt per Alex. in d. conf. 3.nu.25.lib.5.vbi loquitur de inuestitura Ciuitatis Regij facta Duci Ferrariæ:& multa alia ponit Alex.in discursu eiusdem conf.de ista pace Constantiæ,prout etiam refert Card.Tusch d. concl.192.tom.6. in verb. pax per totam.

Ex quibus ad laudem indiuiduę, & Sanctissimę Trinitatis,ac gloriosissimæ Virginis Mariæ, sub auxilio, & suffragio Sanctissimi Apostoli Andreę sub cuius numine incępi pręsentes labores,sit impositus finis huic primæ parti pręsentis tractatus,quem ex meis laboribus,sum marijs,& repertorijs,cum magnis,continuis,assiduis,ac indefessis studijs confectis, in hunc ordinem per quæst. inscriptis redegi, dum annum. L. ętatis meæ percurrebam.

SEBA-

SEBASTIANI GVAZZINI DE CIVITATE CASTELLI I. C.

ET IN ROM. CVRIA CAVSARVM CRIMINALIVM PRIMARII ADVOCATI.

Tractatus

DE TREVGA, VERBO DATO alicui Principi, vel personæ nobili, & de cautione de non offendendo.

PARS SECVNDA

QVAE DIVIDITVR IN TRES PARAGRAPHOS in quorum primo de Treuga, in secundo de Verbo, in tertio de Cautione dicetur.

§. I.

DE TREVGA.

Quæst. I.

Treuga quid sit, & quomodo describatur.

SVMMARIVM.

1 *Treuga quid sit, & quomodo diffiniatur.*
2 *Treuga est medium inter guerram, & pacem.*
3 *Treuga appellatur inducia.*
4 *Induciæ quid sint.*
5 *Pax debet pertractari, & componi durante treuga.*

1 TREVGA diffinitur, seu potius describitur, vt sit mutua conuentio de non offendendo inter inimicos pro certo tempore facta Io. Roncha. cons. 68. nu. 1. tom. 2. crim. diuers. vel quod sit securitas præstita personis, & rebus ad tempus, guerra non dum finita, Bal. in rubr. de treu. & pac. nu. 1. Felin. in eod. tit. cap. 1. sub num. 6. Bonifac. Vitalin. in tract. crim. in rubr. de treug. nu. 3. Boss. in tit. de pace

pace nu.5.Iul.Ferret in tract.de re milit.cap.de ferijs num.1.Petr.Bell.de re milit.par.5.nu.1.seqq.Vulpel.in tract. de pac.q.67.num.2. Benint. decis. 65. nu.17.Hier.de Mont.q.7.nu.3. 9. Eugen.consl.82.nu.41. Petr.Caball.in q.
2 crim.cas.101.nu.58.vbi † subdit quod treuga sit medium inter guerram, & pacem:& magis proprio nomine treu-
3 ga † appellatur inducia, siue in plurali numero induciæ ff. de capt. & post lim.reuers.l. post liminium §.induciç,
4 vbi describitur, quod † induciç sint quoddam remedium in breue,vel in præsens tempus,ne partes ad inuicem se offendant.Petr.Bell.de re milit. par. 5.nu.2.& post Hostien. in summa de Treuga,& pace,& Archid. in cap. illi 24.q.3.tradit Vulpell.in d.q.67.num. 2.vbi etiam subdit,quod dictę sunt induciæ,quia in certam diem a pugnando ocium præbeant Ferret.in tract. de re milit.cap.de ferijs nu.129.vers. nam treuga.Petr Bell.de re milit.par.5.nu. 1. vbi confutat opinionem gloss. in l. conuentionum ff.de pact. quod treuga sit longi temporis induciç vero breuis
5 temporis & Iul.Ferret.tit.de ferijs nu. 151.dicit quod tempore treugæ debet pertractari pax,& erit componenda durante treuga vbi etiam refert illud vulgare dictum *Tra la pace,e la guerra tristo quello che ne leua.*

Quæst. II.

Treuga quo iure fuerit inuenta.

SVMMARIVM.

1 *Treuga quo iure fuerit inuenta.*
2 *Treuga author fuit Laocboons in bello Traiano.*

1 TREVGA, cum sit remedium contra guerram, & ab ea causetur oportet quod sicut bellum ortum habuit de iure gentium,etiã originem traxerit ab eodem iure gentium,ex quo orta fuerunt bella, vt dixi supra de pace quæst.1. Et legitur †
2 Laochoontem fuisse treugę inuentorem in bello Traiano, vt tradit Ferret. de re milit.tit de fer. num.153.& Vulpell.in tract.de pac.q.67.num.4.refert Plin.in lib.7.natur.histor.cap.36.idem dixisse,

Quæst. III.

Treuga quotuplex sit.

SVMMARIVM.

1 *Treuga duplex est,vna conuentionalis, altera legalis,seu Canonica.*
2 *Treuga Canonica duplex est, vna perpetua,& altera temporalis.*
3 *Treuga Canonica non fuit vsu vtentium recepta.*
4 *Treuga conuentionalis quid sit.*
5 *Treuga fraudolenta, quæ fit ad breue tempus ad decipiendum inimicum quomodo Duces belli vti debeant.*
6 *Treuga durante, consilium est, vt nullus miles hostium in Castris recipiatur.*

1 TREVGA a Doctoribus traditur,quod sit duplex, vna conuentionalis, altera legalis, seu Canonica Bonifac. Vitalin. in tract. crim.rubr.de treug.num.3.& 8.Bal.in rubr.de treug. & pac. num. 8. Henric. Boich.cap.2.num.1.seqq.eod.tit. Ferret.in tract.de re milit.tit.de ferijs nu. 121.vers.duplex est.Petr. Bell.de re milit.

milit.par.2.tit.10.num.2.3.Hier.de Mont.q.7.num.9.in fine, licet supradictos Doctores non alleget. Treuga
2 legalis, vel † Canonica duplex etiam est perpetua, & tẽporalis Henric.Boich. in d.cap.2.nu.3.vbi subdit quod perpetuam treugam habent Clerici, Monachi, & Conuersi, dum canonice, & in Ecclesijs viuunt, & Rusticani, quamdiu Agriculturæ inseruiunt: & de ista treu-
3 ga † canonica parum est curandum, cum non fuerit moribus vtentium recepta, vbi post alios testatur Petr. Belli de re milit.par.2.tit.10.nu.3.& temporalem treugam habent omnes communiter, & durat, prout legitur in cap.1. tit.de treug. & pac. & ita etiam notat Hostien.in eadem summa §. quod sunt
4 species, vbi etiam subdit † quod conuentionalis treuga dicitur illa, quę ex conuentione partium formam desumit sicut quilibet alius contractus, & duplex est, vna publica, & altera priuata Henrich.Boich.in d.cap.2.nu.1.Bal.in d.rubr.de treug.& pac.nu.7. Bonifac. Vitalin. in tract. crim. rubr.de treug. num.3.
5 Est & alia treuga, quæ dicitur fraudolenta, quia fit ad breue tempus, vt aliquis ex militibus astutus, & valde in malitia expertus accedat ad hostilia Castra explorandi gratia, vt spe amicitię bibat, ac comedat cum aliquibus ex hostium viris fortissimis laudans suum Imperatorem in virtute, & munificentia, pollicens ei aurum, & diuitias multas, vt fierent amici suo Imperatori & ad illius stipendia accedant, & illi inseruiant: reducendo prædictos fortissimos viros ad votum sui Principis; & etiam aliquando fit arte, vt interim prouideatur exercitui circa necessaria ipsius, & vt noua gens suis augeatur,
6 & congregetur cum armis, & bellicis † instrumentis. Et sanum est consilium vt durante treuga nullus miles hostiũ recipiatur in exercitum, vt late dicit Iul.Ferret.in tit.de ferijs nu.152.& seqq. vbi subdit quod sæpe, ex nimia mora induciarum parantur insidiæ quibus prouidetur si Duces Militiæ vtantur exactissima diligentia circa conseruationem exercitus.

Quæst. IV.

Treuga in quibus differat a pace.

SVMMARIVM.

1 *Treuga differt a pace; quia pax est perpetua, & fit per osculum, & potum, treuga ad tempus.*
2 *Argumentum de treuga ad pacem non valet.*
3 *Treuga magis bello, quam paci comparatur, nisi fuerit perpetua.*
4 *Treuga ad tempus regulatur secundum guerram, cuius naturam sapit.*
5 *Tempora cursus hominis tria sunt, pacis guerræ, & treugæ.*
6 *Treuga nõ sufficit vbi requiritur pax:*
7 *Dispositio facta de pace non habet locum in treuga.*
8 *Treugam qui habet non gaudet beneficio statuti de pace loquentis.*

1 TREVGA differt a pace; quia pax est vltimus finis discordię, & perpetua, & inuiolabilis concordia, & fit per osculum amplexus, & potum Bal.in d.rubr.de pac.num.1. Felin.ibi num.6.vers.quia pax Benintend.decis.65.nu.16.Vulpell. in tract. de pac.q.1.nu.4.Petr.Caball.in quęst. crim.cas.101.nu. 57. Treuga autem est securitas pręstita ad tempus, & dicitur medium inter pacem, & guerram Hier. de Mont.q.7.n.6.seq.Petr. Caball. in d.cas.101.nu.58.Rim.Iun.cons.300. n. 36.vol.3.late Card.Tusch.tom.6.in verb.

verb.pax concl.171.nu. 1.seqq. Hinc est quod argumentum de treuga ad pacem,& e contra non valet,cum treuga magis paci, quam bello comparetur cap.1.§.vassalli,vbi Bald.num. 63. tit.de pac. constant. nisi treuga fuerit perpetua, quia tunc comparatur paci latissime Ferret. in tractat. de re milita.tit. de ferijs num.129.Petr.Bell. de re milit.par.5.tit.1.num. 2. vbi etiam dicit in treuga propria ad breue tempus magis conuenire cum bello,quam cum pace;sed secus in treuga facta ad longum tempus,&ibi ponit exemplum in treuga facta per decennium inter Carolum Quintum,& Franciscum Regem Gallorum de anno 1578. & ideo de vna ad alteram trahere non possumus dispositionem, neq.argumentum Vulpell.in tract.de pace quæst.71. nu.
4 1.seq.Sed † treuga dum non est perpetua regulatur secundum bellum,cuius naturam sapit,vt post Ancharan. cons. 88.tradit Ferrett.de re milit.tit.de ferijs nu.127.in fin.Card.Tusch.tom. 6. in verb.pax concl. 171.n.23.vbi etiam
5 refert quod tria sunt tempora cursus hominis, pacis, guerræ, & treugę, & proprium pacis sit securitas personarum,& rerum, tempus guerrę consistit in calamitate; quia homines inuicem se lacessunt, & deprędantur, tempus treugæ,quę est medium inter guerram &pacem,&potius dicitur guerrę,quam pacis.

6 Et vbi requiritur pax non sufficit treuga, Marsil.in tract.bannit.in verb. pac.num.4.in fin. post Ang. &Paul. de Castr.in l. conuentionum ff. de pact. Ferret.in tract.de re milit.tit. de ferijs nu.119.in fine, & num. 142. vbi dicit quod si quis promisit non ire facta pace sub pæna,& iuerit facta treuga,non incidat in pænam.

7 Dispositio facta de pace non habet locum in treuga.Boer.q.40.n.2.in prima parte,Hier.de Mont.q.7.nu. 10. & è contra dispositio facta de treuga non habet locum in pace,Ferret. de re milit.tit.de ferijs nu.127. vers. vnde occurrit,& vbi potest haberi pax non sufficit si habeatur treuga Ferret.d.tit.de ferijs num. 119. Et in materia pænali, & restringibili statuti treuga non venit appellatione pacis.Ferret. d. tit.de ferijs num. 131.

8 Et qui habet treugam non gaudet beneficio statuti de pace. Apostill. ad Felin.in cap.1.nu.6.in litera B.tit.de treug.& pace.

Quæst. V.

Treuga in quibus conueniat cum pace.

SVMMARIVM.

1 *Treuga si fiat in perpetuum,de ea iudicatur sicut de pace.*

2 *Treuga potest fieri etiam in die festo.*

3 *Statuta in violatore pacis loquentia possunt intrare in fractore treugæ.*

4 *Partes in omnibus casibus, in quibus possunt cogi ad pacem, possunt cogi ad treugam.*

5 *Treuga, & pax in effectu pro tempore, pro quo facta est treuga idem sunt.*

6 *Treuga in materia pęnali, & restringibili non venit appellatione pacis.*

7 *Capitaneus, vel Dux belli conductus, quamdiu vigeret bellum, siue donec sequatur pax cessant conditiones per treugam factam ad longum tempus.*

TREV-

1 TREVGA si fiat in perpetuum, de ea iudicatur, sicut iudicatur de pace c.1.de fer.Iul.Ferrett.tit. de fer. num. 129. circa princ.in tract. de re milit. Item † potest in die festo præstari iuramentum in instrumento treugæ, sicut præstatur in instrumento pacis, vt tradit idem Ferret. in d. tit. de ferijs sub d.num.129.
3 Item † quod statuta in violatore pacis possunt etiam verificari in violatore treugæ;cum sicut per pacem imponitur finis discordiæ; ita eodem modo treuga operatur securitatem pro tempore illo,quo stabilita est Aluarot. in cap.1.§.si quis hominem de pac.Constan.Iul.Ferret.tit. de fer.sub n.129.& post Abb.in rubr. de treug. & pace
4 etiam dicit, quod in omnibus casibus, in quibus partes cogi possunt ad pacem,in eisdem casibus possunt etiam cogi ad treugam: Ideo licet proprie,
5 & stricte differant treuga, & pax, vt cõstat in rubr.de treug.& pac.per illã copulã (&) quæ inter diuersa ponitur, vt in glo.& tubr. de iut.& fact. ignor. considerato tantum effectu, & omni modetamine vẽdicat sibi locum in cã su nostro dispositio cap. primi de fer. iuncto princ. de treug. & pac. vbi ille tex.treugam appellat pacem,& tex. in c.nouit §. postremo de Iudic. treugam factam ad tempus appellat pacem, & in summa cum treuga in tempore determinato sit securitas personæ,& bonorum, debemus concludere quod in dicto tempore dicatur pax; vt etiam firmat Iul.Ferrett. in d.tract. de re milit. in tit.de ferijs n.131.& sub nu.129. dicit quod treuga potest applicari pax quamuis treuga sit temporalis,&quod treuga ad tempus facta possit dici pax pro illo tempore Abb.in cap.nouit nu. 10.de Iud.Petr.Bell.de re milit. par.5. tit.1.nu.1.in princ.
6 Bene verum est quod in materia pœnali, & restringibili appellatione pacis non venit treuga, vt per Doct. in l.conuentionum ff.de pact.& in l. si ex legati causa, & in l. qui seruum ff. de verb. oblig. cum treuga non dicatur solida pax cap. nouit de Iud. Iul. Ferret.in d.tit.de fer.nu.131.vers.in materia tamen.
7 Ideo infertur ex supradictis ad quæstionem positam per Abbatem in cap. nouit nu.10.de Iudic. & ante eum per Io:Andr.quod Præfectus militum conductus quamdiu vigeret bellum, siue donec sequatur pax, finita sit conductio per ipsam treugam ad longum tempus, de qua decisione dubitat Petr. Bell. de re milit.par.1.tit.primo num.1.per rationem per eum ibi allegatam.

Quæst. VI.

Treugæ contractus cuius sit qualitatis.

SVMMARIVM.

1 *Treuga contractus est vltro,citroq.obligatorius,& non debet claudicare.*
2 *Quod magis procedit quando in celebratione treuga vna pars protestata fuit quod non intendebat stare in treuga,nisi altera pars se obligaret.*
3 *Item magis procedit si altera pars consenserit dictę protestationi.*
4 *Dispositio qualibet recipit vires ab intentione agentium.*
5 *Treuga contractus est adeo correspectiuus,vt si fuerit facta treuga pro se, & affinibus vsque ad quartum gradum ab vna parte, & ab altera vltra quartum gradum, treuga non valebit.*
6 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
7 *Cautio de non offendendo an iussu Iudicis,*

dicis, vel sponte fuerit præstita maximam inducit differentiam.

8 *Cautio sponte præstita ad effectum, vt altera pars caueat, & illa recuset cauere, non potest ab illa parte, quæ cauit obtineri quod cassetur.*

1 CONTRACTVS treugæ est vltro, citroq. obligatorius, & de sui natura respicit quod vtraq. pars sit mutuo, & vicissim obligata, alias si vna tantum pars obligata esset, contractus treugę non valebit, late Io. Ronchal. consil. 68. nu. 2. 3. tom. 2. crim. diuers. per tex. in l. litigatores §. fin. ff. de recept. arbitr. & ibi glos. & per l. 1. vbi gloss. & Doct. ff. de rescind. vendit. qui Ronchal. in d. cons. 68. nu. 3. testatur quod ita seruatur in illo loco de consuetudine, & quod alias pro hac parte fuit iudicatum, cum contractus claudicare non valeat, sed sit seruanda æqualitas, Mar. Antonin. Maceratē n. variar. resol. lib. 3. resolutio. 31. numero primo & numero 4. seqq. vbi etiam dicit quod per Iudicem non potest interim induci per contrauenientes teneri ad pœnam per rationem per eum allegatam, & duræ conditiones appositæ in treuga seruiles esse, & pro seruis factæ dicuntur, Iul. Ferrett. tit. de ferijs num. 144. in fine, late Hercul. in tract. de caut. cap. 31. nu. 1. seqq. qui tamen loquitur in cautione, & videtur constituere differentiam an cautio fuerit præstita iussu Iudicis, vel sponte, de quo dicam inferius in materia cautionis de non offendendo.

2 Quæ opinio magis procedit quando vna pars protestata fuerit in celebrationę treugæ quod non intelligebat, neq. volebat stare in treuga, nisi altera pars se obligaret. Io. Ronchal. d. cons. 68. num. 4. tom. 3. crim. cum protestatio impediat obligationem Doct. in l. non solum §. morte ff de oper. nunciat.

3 Et multo magis si altera pars consenserit dictæ protestationi, vt non valeret treuga, nisi ab vtraque parte fuerit facta promissio: cum tunc eo magis impediatur ortus obligationis Fel. in d. c. cū M. Ferrarien. col. 16. in vers. primo fallit. Deci. n. 23. vers. 3. Abbas concludit extra de constit. Alexan. in d. §. morte col. 7. vers. nec obstant, & faciunt quæ dixit Ias. ibi num. 20. vers.

4 in quantum Bart. cū quælibet dispositio recipiat vires ab intentione agentium l. non omnis in princ. si cert. pet. l. obligationis substantia ff. de obligat. Ias. in d. § morte num. 18. vers tertio vult notabiliter, & faciunt dicta per Deci d. cap. cum M. Ferrariensis num. 23 & in terminis nostris voluit Io Ronchal. in d consil. 68 num. 5 seqq vbi etiam loquitur si protestatio non fuisset inserta in corpore contractus, sed per testes probaretur.

5 Imo est adeo contractus treugæ correspectiuus, quod si pro vna parte fuerit factus pro se, & omnibus, & consanguineis suis vsq. ad quartum gradum, & altera pars promiserit vltra quartū gradū, & pro omni parētela etiā extra dominiū habitante, neutra treuga valebit Io. Ronchal. in d. cons. 68. nu. 11. vbi testatur de communi per l. 1. §. si quis simpliciter, vbi Bar. Alex. Ias. Soccin. & cæteri Doct. ff. de verb oblig. vbi subdit quod nec etiam valebit quoad pœnam, cum illa veniat accessorie ad contractum, & stante nullitate contractus, nec etiam accessoriū subsistat per glos. in l. patronus §. patronum ff. si quis in fraudem, & Alexand. in cons. 22. in princ. lib. 2. & sit regulare, & vulgare

6 quod accessorium sapiat naturam sui principalis l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. C. de consti. pecun. cap. accessorium de reg. Iur. in 6. cum alijs similibus Hercul. in tract. de caut. cap. 31.

7 num. 5. vbi † loquitur quando cautio fuit præstita iussu Iudicis per vnam partem per annum, & per alteram partem per biennium, vt cautio non valeat

leat propter in æqualitatem. Qui Hercul. in d.c.3 r.nu.6.seqq.post Bal.in l. si cum dies § fi.ff.de arbitr.dicit quod in actis factis iussu Iudicis propter inęqualitatem non teneat obligatio, & permittatur contrauentio; cum non possit claudicare instrumentum. Quod tamen dicit procedere quando cautio iussu Iudicis fuerit pręstita, causa non cognita, secus si causa cognita: quia timor subesset ex vna parte, ex altera vero non: Si vero sponte vna pars cauerit, eius obligatio tenet, vt quia forte illam præstitit, vt Iudex indu-
7 ceretur ad faciendum † per alteram partem eamdem cautionem pręstari, quæ si deinde non vellet cauere, vel non posse, quia abesset, pars quę cauit non poterit abolitionem suæ cautionis iam pręstitę obtinere; cum sibi ipsi imputare debeat damnum quod sua culpa habuit, nisi tamen probaret non subesse causam timoris.

Quæst. VII.

Treugam quis facere possit.

SVMMARIVM.

1 *Treugam qualibet persona priuata facere potest, & recipit vires a conuentione partium, & dicitur treuga conuentionalis.*

2 *Treuga pro omnibus alijs fieri potest, per quos pax fit.*

3 *Treuga ad longum tempus in personis publicis non potest fieri nisi per Imperatorem, vel Principem, & non per Duces belli.*

4 *Treuga facta per Duces belli ad longum tempus fuit per Populum Romanum rescissa, & ponuntur exempla.*

1 QVAELIBET persona priuata treugam facere potest, & recipit formam, & essentiam a conuentione partium, sicut quilibet alius contractus, & ista treuga conuentionalis dicitur fortior treuga legali, vel Canonica Henric. Boich. de treug.
2 pac.cap.2.num.1 & 4. Et † potest etiam pro alijs fieri per quamlibet personam, per quam pax fieri potest Vulpell. in tract.de pac. quęst.68.in princ.de quibus personis ego late dixi in hoc eo-
3 dem tract.in prima par.de pac. In † personis autem publicis si treuga fiat ad longum tempus, tunc non potest cęlebrari nisi per Imperatorem, vel supremum Principem; Si vero fiat per breue tempus, tunc conceditur etiam Ducibus, Capitaneis, vel Ductoribus exercitus: quia sicut ipsi habent facultatem bellla gerendi, ita etiam inducciandi, vel treugam faciendi ad breue tempus, vt per Bar. Ang. & Paul. de Castr. in l. Conuentionum ff. de pact. firmat Vulpell. in dicta quęstione 68.num. 2. 3. vbi refert quod treuga facta ab Aulo Duce exercitus Romani cum Iugutta (Populo Romano inscio) per ipsum Popul. Roman. fuit rescissa: Idemque legitur, eumdem Populum Romanum obseruasse in fœdere facto per Mancinum Consulem Romanum Ducem exercitus cum Numantinis; & habemus exemplum Iosue, qui cũ Gabaonitis hostibus, & populus Israel non solus, sed vnà cum Principibus treugam fecit, vt late habemus per Luc. de Penn. in l. fin. numero secundo vers. & è contra C. de re milit. lib. 12. & idem Luc. de Penn. in d.l.fin.num. secundo in princ. dicit quod ad breue tempus isti Capitanei ad guerram possunt facere inducias, seu treugam, secus ad longum tempus. Item aliter distinguit sub eodem n. 2. vers. videtur inquiens: Aut expedit: hoc fieri ad cõmodum, & honorẽ eius,

 cuius

cuius bellum geritur, & hoc certum eſt, Aut non expedit; & hoc ſimiliter certũ eſt, Aut eſt dubium: In primo caſu nõ tenet treuga facta per Ducẽ belli, ſecundo caſu nec etiã tenet, tertio caſu ſimiliter tenet, ſi Dux proceſſerit bona fide, nec vlla rei geſtæ eius culpa præceſſerit; & ſi Dux belli contra iuſſionem Principis fecerit treugam capite puniri debet, licet proſpere rem geſſit, & late eamdem fere diſtinctionem tradit Ferret. in tract. de re militit. tit. de ferijs nu. 156. vbi plus tamen dicit, quod ſi in facultatibus haberent poteſtatem faciendi treugã, licite poſſeut dictam treugam facere, & ibi ponit exempla in Ducibus guerrarũ, qui talem facultatem habebant, & de eadẽ facultate legitur Petr. Bell. de re milit. par. 5. tit. 1. nu. 3. & ponit exempla in Marchione Vaſti, qui menſtruas inducias fecit cum Rege Gallorum, & in Ferdinando Gonzaga, qui etiam menſtruas inducias fecit cum Domino de Briſach, & circumſcripta dicta facultate ſecundum communem opinionem dicti Duces Belli non poſſint inducias ad longum tempus inire.

Quæſt. VIII.

Treuga per quantum tempus fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Treuga ſecundum vnam opinionem, durare debet per 30. dies.*
2 *Secundum aliam opinionem relinquitur arbitrio Iudicis.*
3 *Treugam ad decenniam Iudex arbitrari poteſt.*
4 *Treuga facta ſine termini præfixione ſpirat finito officio Iudicis, coram quo facta fuit.*
5 *Officiales in principio eorum officij faciunt renouare treugas iam factas per menſem duraturas poſt officium Iudicis.*
6 *Prorogatio treugæ non ligat priores fideiuſſores, ſed requiritur quod iterum ſe obligent.*
7 *Prorogatio actus requirit nouam obligationem; etiam ſi in prima promiſſione, vel actu dictum fuerit de eo prorogando.*
8 *Magis requiritur renouatio obligationis ſi ageretur non de prorogatione, ſed de renouatione.*
9 *Obligatio fideiuſſoris non restricta ad aliquod certum tempus, an in prorogatione requirat nouam obligationem.*
10 *Terminus prorogatus non dicitur proprie cum primo termino, ſed ficte.*
11 *Prorogatio termini non debet fieri in maiorem terminum, quam fuerit prima obligatio.*

1 TREVGA ſecundum vnam opinionem durare debet per triginta dies per tex. in §. ſed neq. auth. de mãd. Princ. ſed dubitatur quod ille textus non loquatur de iſta treuga vel ſecuritate, ſed de quadam alia ſecuritate, vt animaduertit Bar. in l. illicitas §. ne potentiores n. 7. ff. de offic. Præſid. & poſt eum Menoch. de arbitrar. caſ. 141. nu. 1. lib. 2.

2 Alia autem fuit opinio, vt relinquatur arbitrio Iudicis, qui iuxta qualitatem inimicitiæ, & cauſæ iuſti timoris tempus præfigat Guliel. de Cun. in tract. de ſecurit. num. 35. Bar. in d. §. ne potentiores nu. 7. Feli. in rub. de treug. & pac. n. 10. verſ. tertia declaratio Rip. in rub. de damn. infect. nu. 33. Menoch. de arbit. d. caſ. 141. n. 2. vbi alios concordantes allegat.

3 Qui Iudex iuxta etiam qualitatem perſonarum, & rerum vſque ad decennium tempus arbitrari poterit Felin.

in d. rub. de treug. & pac. num. 10. sub verf. tertia declaratio. Alex. in l. dies cautionis num. 6. ff. de damn. infect. Marsil. in l. 1. §. præterea nu. 8. ff. de quęst. Petr. a Plach. Epithom. delict. lib. 1. cap. 7. num 4. Menoch. de arbitr. cas. 141. num. 3. Nicol. Moron. in tract. de treuga & pace quęstione 188. num. 7. Sed si aliquod tempus præfixum, non fuerit, tunc finito officio Iudicis coram quo promissio facta fuit spirat ipsa treuga. Nicol. Moron. in dicta quæstione 188. sub numero septimo verf. quæ omnia procedunt, vbi etiam refert, quod officiũ Prętoris durat per annum tit. de perpet. & tempor. actio. in princ. Instit. & officium Pręsidis Prouinciæ est biennale, & plus arbitrio Principis, post Alciat. cons. 54. tom. 3. lib. 8.

5 Hinc practica inoluit in statu Ecclesiastico, quod officiales in principio eorũm officij renouare faciant promissiones, & treugas per antea factas, & duraturas per mensem finito officio eiusdem Officialis recipientis promissionem, vt testatur Hier. de Monte in quæstione 7. num. 18. & ego etiam in primis meis annis dum aliqua Officia status Ecclesiastici exercui idem obseruarę feci, & de eadem obseruantia testatur Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. num. 44

6 Sed si in termino mensis, vel ante quam spiret treuga fiat prorogatio requiritur noua obligatio, cum prorogatio non liget amplius fideiussores; & ideo requititur, quod iterum se obligent, & promittant; vt late prosequitur Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 138. nu. 5. cum plurib. seqq. vbi maxime dicit procedere si in prorogatione aliquid aliud substantiale adijciatur, & est conclusio communiter recepta, vt fideiussio facta pro certo, & determinato tempore vlterius non extendatur, nisi denuo exprȩsse consentiant, & se obligent fideiussores l. item, quæritur §. qui impleto ff. locar. Alex. consil. 72. num. 2. 6. lib. 6. Paris. consil. 48. num. 14 lib. primo. Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. num. 98. seq. Anchar. lib. primo quæstion. familiar. quęstione 67. num. 1. Thesaur. decis. Pedem. 125. num. 1. Petr. Caball. in quæstione crim. cas. 59. num. 1. & 2. vbi testatur de receptissima opinione, cum obligatio sit stricti iuris, & strictè interprętanda veniat, vt minus obliget quam fieri possit. Deci. consil. 107. sub num. 2. versic. præterea, Menoch. consil. 119. num. 6. lib. secundo. Thesaur. d. decis. 125. num. 2. in fin. Merito extendi non debet, neque de re ad rem, neque de loco ad locum, neq. de casu ad casum, neque de tempore ad tempus vltra, quam sonent verba ipsius obligationis Deci. in l. 1. post princip. C. de transact. vbi concordan allegat. Petr. Caball. d. cas. 59. num. 10.

7 Et adeo est verum quod in prorogatione actus interuenire debeat noua obligatio, etiam si in prima promissione, vel primo actu dictum fuerit de eo prorogando Castr. in l. dies sub num. 2. ff. de damn. infect. quem sequitur Blanc. in tractat. de Compromiss. in septima quæstione princip. in verb. prorogatio num. 17. verf. iuxta pręmissa quęro, Anchar. in q. 67. num. 3. in fine, & nu. 11. etiam in fine Petr. Caball. latissime in quæst. crim. d. cas. 59. num. 11. seq. vbi firmat magis procedere

8 quando esset expiratum † tempus promissionis, & ageretur de eius renouatione, vt eo magis requiratur noua obligatio, & loquitur in illo, qui obtinuit licentiam deferendi arma sub fideiussione de eis non abutendo, & neminem offendendo sub certa pæna pecuniaria; quia si fuerint reuocatæ omnes licentię, & postmodum denuo ille obtinuerit gratiam deferendi arma, & illis abusus fuerit, quod fideiussor pro prima licentia datus non teneatur ad

X 2 pœ-

pœnam,& Decian.in responſ.72.lib.2. per totum consuluit,vt fideiussor Massarij ad debitum factum pro vno anno obligatus,non teneatur ad factum pro secundo anno, & Petr.Caball. d. caſ. 59.num. 5. seqq. ponit quam plures alios casus similes.

9 Si verò fideiussor in treuga simpliciter promiserit,& non ad certum tempus præfixum,si fiat prorogatio non dicitur liberatus, sed adhuc tenetur pro tempore prorogato. Marsil.in rub. de fideiussor. num. 98. Blanch. in d. quæst.7.num.18. Anchar.d.quęst. 67. num.primo.Thesaur.d.decis.125. sub num.quarto.versic.pro concordia, vbi etiam alios concordantes allegat; nihilominus in casu nostro ex legis dispositione tempus est limitatum ad officium duraturum Iudicis recipientis treugam, vt superius dixi: ideo fideiussor non tenebitur pro prorogatione treugæ, sed obligatio erit restringenda ad primum actum tantum l. boues §.hoc sermone ff.de verb.signif.& maxime in materia pœnali Ancharan. d. quæstione 67.num.5.seq.Blanch.in d. verb. prorogatio num. 17. vbi æquiparat tempus limitatum a partibus ad tempus limitatum a lege, vel statuto, & late prosequitur Petr. Caball. in quęst.crim.in d.caſ. 59.num.13.seqq.

10 Et † licet terminus prorogatus videatur idem cum termino primo prorogato, tamen non proprie, sed per fictionem dicitur Bal. in capit. primo nu.23.de Iudic. & ob id pœna in prorogatione non censetur repetita. Nic. Morón.in tract.de treug.& pac.quęst. 188.num.16.seqq.

11 Et si fiat prorogatio treugę est animaduertendum, quod non prorogetur ad maius tempus, quod erat primus terminus. Nicol.Moron.in dicta quęstione 188. num. 13. seqq.in tract. de treuga, & pace, & hoc est regulare in omni materia quod prorogatio, & dilatio non excedat terminum primi temporis.l.Sancimus ff.de fideiuss.late Card.Tusch.tom.6.in verb. prorogatio concl.1523.nu.1.seqq.

Treuga per Duces belli per quantum tempus fieri possit dixi supra in q.7.

Quæst. IX.

Quis cogi possit ad treugam.

SVMMARIVM.

1 *Partes possunt cogi ad treugam faciendam.*

2 *Et possunt cogi per quemlibet Magistratum gerentem gubernium Ciuitatis etiam partibus non instantibus.*

3 *Priores Ciuitatis Castelli Patriæ Authoris habent iurisdictionem compellendi partes ad treugam.*

1 IN hac quęstione opinio est affirmatiua; vt licet quis cogi non possit ad faciendam pacem, vt dixi supra in prima par. de pace quæstione 7. tamen bene potest compelli ad treugam Abb.in rubr. de treug.& pac.num.2.in princ.& Felin. num. 9. quod multo magis admittit in casibus,in quibus quis potest compelli ad pacem; idem firmat Iul. Ferret. tit. de ferijs numero 141. & 145. Nouell.in pract.crimin.capit.fin.num. 64. Vulpell. in tract.de pace quæstione 3. num.13. Baiard.ad Iul. Clar. §. fin.quęstione 58.num.85.

2 Et hoc † quilibet Iudex, & Magistratus gerens gubernium Ciuitatis poterit etiam, nemine petente, compellere ambas partes ad treugam, vel promissionem de non offendendo. Doct. in l. congruit ff. de offic. Præsid. & in l. illicitas §. ne potentiores ff. eod.Benintend. decis.65.num. 15.Ant. Gomez. tit.

tit.de delict.cap. 8.ſub num. 26. verſ. extende:ad effectum, vt temporis interuallo pax pertractari, & diſcordię componi commode poſſint Vulpell. in tract.de pac. in d. quęſt. 3. num.13.& ita in Ciuitate Caſtelli Patria mea
3 cum maxima† diligentia Priores Ciuitatis eiuſdem ſtatim audita aliqua rixa, vel diſſenſione cogunt partes cum pręceptis pęnalibus ad faciendam treugam, vel præſtandam fideiuſſionem de non offendendo donec pax tractetur, & diſcordiæ componantur per viros deputatos ad iſtum effectum, & tales promiſſiones, vel treugæ, ac paces etiã recipiũtur in Palatio ipſorũ Priorum per eorum Notarium, & non per Gubernatorem eiuſdem Ciuitatis: cum hmõi munus ſpectet totaliter ad eoſdẽ Priores, qui vna cũ toto populo viuunt cum maxima obedientia, & fidelitate erga ſummum Pontificem, & Sanctam Sedem Apoſtolicam; ſed latius de iſta quæſtione dicam in materia cautionis de non offendendo, propter connexitatem, quam inſimul habent.

Quæſt. X.

Treuga finita an ſit permiſſum bellum.

SVMMARIVM.

1 *Treuga finita an permittatur bellum.*
2 *Diſtingue, vt ibi per Authorem.*
3 *Treuga dicitur inuenta, non ad iniquitates, ſed ad guerras ſedandas.*

1 DOCTORES, qui ſequuntur opin. Vinc. Hiſpan. de qua late dicam infra in quæſtione duodecima videntur concludere quod treuga facta ad tempus, ea finita aduerſarius poſſit ſibi illatas iniurias deinde vlciſci, vt refert Felin. in cap. 1. ſub num. 6. paulò poſt princ. de treug. & pac. Rimin. Iun. conſ. 300. ſub num. 36. vol. 3. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quęſt. 118. num. 40. vbi alios concordantes allegat, licet hanc opinionem non ſequatur. Alij autem Doctores melius diſtinguunt. Aut treuga fuit facta ob bellum iniuſtum, aut ob bellum iuſtum; & primo caſu per treugam, quæ inſtar pacis ſe habet non videtur actum quod poſt ipſum tempus licite bellum agatur, quod etiam prius quam treuga fieret
2 illicite gerebatur; Si vero † bellum erat iuſtum, tunc ex parte eius, qui iuſte gerebat, eius iuſtitia per treugam non ſit ſublata, & poterit bellum iuſtum gerere, vt concluſiue omiſſis diſputationibus, & allegationibus diſtinguendo concludit Luc. de Penn. in l. vnic. num. 71. C. de publ. læti. lib. 12.
3 Et † hoc ne treuga dicatur inuenta ad iniquitates, & ſub treugæ pretextu maleficiorum authoritas creſcat, ſi permitteretur bellum in caſu illicito finita treuga contra l. prima C. de Priuileg. Scholaſt. lib. 10. diſt. 63. cap. peruenit il 2. in fin. prima quæſt. 7. cap. exigunt; Et quia licentia in delinquendo directe dari non poteſt; nec etiam eſt dicendum, quod indirecte treuga finita permittatur delictum; vt latiſſime proſequitur allegando multa iura, authoritates, & exempla Nicol. Mor. in tract. de treug. & pac. quæſt. 118. nu. 50. vſque ad num. 76. qui tamen non fecit mentionem de allegata doct. Luc. de Penn. in d. l. vnic. nu. 71. Petr. Bell de re milit. par. 5. tit. 3. num. 21 ſeqq.

Quæst. XI.

Treuga an dicatur cassa per pacem sequutam.

SVMMARIVM.

1 *Treuga dicitur cassa per pacem deinde sequutam.*

1 TREVGA an per pacem deinde sequutam intelligatur cassa, & abolita; potest ista quęstio decidi per ea, quæ late dixi in prima parte de pace quæst. 34. vbi disputaui an per pacem intelligantur cassæ fideiussiones de non offendendo: & licet aliqui tenuerint, & præcipue modern. Rom. quod non intelligantur cassæ, nihilominus ex pluribus ego tenui fideiussiones esse sublatas per pacem deinde sequutam. Quod ego fortius concludo treugam tolli penitus per ipsam pacem cum ipsa treuga sit quoddam remedium præparatorium ad ipsam pacem componendam; vt tradit Vulpell. in tract. de pac. q. 3. nu. 13. in fine, & fiat tantummodo ad certum tempus, & sit securitas præstita personis, & rebus ad tempus, guerra nondum finita; vt late dixi supra in hac 2. par. in quæstione prima. Ideo sequuta pace penitus sublata dicitur treuga: vt etiam in terminis tenet Eugen. consil. 82. num. 9. 10. per ea, quæ late tradis Nicol. Moron. in quæstione 189.

Quæst. XII.

In treuga an noua causa allegari possit, & suffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Treuga non recipit allegationem nouæ causæ secundum vnam opinionem.*

2 *Quæ opinio magis procedit quando fuit actum in treuga quod non possit aliquid innouari.*

3 *Doctori attestanti de consuetudine quando credatur, vbi late.*

4 *Contrariam opinionem quod treuga admittat allegationem nouę causę tenent ibi Doct.*

5 *Quæ opinio contraria magis procedit quando treuga sit duratura per mensem finito officio illius Iudicis, qui treugam recepit.*

6 *Quæ contraria opinio procedit etiam si in instrumento adesset clausula rato manente pacto, vel pœna toties committatur quoties fuerit contrauentum.*

7 *Doctores respondent alijs Doct. tenentibus primam opinionem.*

8 *Prima opinio potest saluari vt procedat de consuetudine Hispaniarum, & non de iure.*

9 *Membrorum suorum nemo est Dominus.*

10 *Causa diuersitatis inter treugam, & pacem quoad allegationem nouæ causæ inter Doctores non assignatur.*

11 *Treuga non recipit allegationem nouæ causæ non solum per offensionem sequutam, sed nec etiam per iniuriam prouocantem ad iram secundum vnam opinionem.*

12 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct. quæ est communis.*

Obli-

13 *Obligatio qualibet intelligitur semper rebus sic stantibus, & dummodo res permaneant in eodem statu.*

14 *Treuga circa allegationem noua causa regulatur a consuetudine loci.*

1 IN hac quęstione duæ fuerunt opiniones; & prima opinio fuit negatiua, vt licet quicquid sit in pace vt ex noua causa quis excusetur a fractione pacis; tamen nō ita sit in treuga; quia ipsa rumpitur non obstante noua causa superueniente, vt tenet Vinc.Hispan.in cap.1.de treug. & pac. & in cap. inter verba. 11. q. 3. quem sequuntur Marian.Socc.in consf. 262.nu.16.vers. secundum vero lib. 2. Felin.in cap.1.num. 6. vers. considera tamen de treug.& pac.& rationem diuersitatis inter treugam, & pacem assignat,quia pax sit finis discordię perpetuo duratura, treuga autem fiat ad tempus, qua finita possit aduersarium iniurias sibi illatas vindicare; & ideo sit expectandus lapsus temporis, cum possit offensus fidem seruare intra tempus, & vlcisci post tempus: quod non euenit, in pace Deci. in cap. constitutus il primo col.2.vers.secundo ad prędicta de appell.vbi testatur hanc opinionem Vinc.esse communiter approbatam,& per eamdem rationem sequitur illā Paul.de Castr. in l. qui seruum sub nu.4.vers.treuga ff.de verb.oblig. & Imol.in l.si ex legati sub num. 4.de verb.oblig.& Doct.relati per Iul.Clar. in q.47.sub nu.6.vers.sed hic incidenter,& per Benintend.decis.65.num. 3. & per Hercul.in tract.de caut.cap.13. num.1.seq.per Vulpe.in tract.de pac. q.72.nu.2.seq. vbi aliam assignat rationem, & per Nicol. Moron. in tract. de treug.& pac.q. 117. & per Eugen. in consf.82.num. 11. & expræsse de hac quęstione tractat.Hier. de Mont. in q. 7.nu.6.& 7.vers. in contraria tamen opinione, vbi concludit hanc opinionem Vinc.Hisp. de iure procedere, & magis communem esse, & de consuetudine etiam generaliter obseruari,& sub num. 8. & seqq. dicit illam esse tenendam in iudicando,& consulendo, & a contrarijs illam defendit, & eamdem opinionem tenuit in quęstione 25.num. 3.versic.& ista conclusio, & latius in q.27.num.3.cum plur. seqq. & Vulpel.in d.q.72.num.4.dicit quod in tanta altercatione Doctorum animus suus adhuc in dubio versatur, & Moron.in allegata q. 117.& seq. recitatis Doctorum opinionibus dicit bonum esse habere Iudicem amicum, & quod Iudex bene faceret,si Principem consuleret, & eamdem opinionem sequuntur quā plures alij Doct. adducti per Petr.Cabal.in qq.crim.cas.191.n. 34.35.36.&per Baiar.ad Iul.Cla.in q. 47.num.39.§.fin.Mascard.de probat. concl.1162.num.75.seqq.lib. 2. referens ibi plures de communi testantes, & hanc opinionem esse veram de iure, & de consuetudine dicit Card.Tusch. tom.6.in verb.pax concl.163. nu. 58.

2 Eoq. magis procedit opinio Vinc. Hispan.quando ex fœdere pactum haberetur quod ab inducijs recedi non possit, etiam si aliquid nouetur Petr. Bell.de re milit.par.5.tit.3.num.1.vbi testatur tale pactum vidisse appositum in illis decennalibus inducijs factis Niciæ inter Carolum V.& Franciscum Gallorum Regem.

3 Et Doctores, qui sequuntur hanc opinionem Vinc.Hispan.respondent ad illam obiectionem,quæ se offert in isto articulo, vt eidem Vincen. attestanti de consuetudine non credatur, cum illa assertio sit facti, in quo etiam Principes errare possunt cap.1. de Constit. in 6.& ad Doct. tantum modo spectet iura interpretari,vt in proposito tradit Alex.in l.post dotem nu.9.ff.sol. matr. Ias.in l.de quibus num.78.ff. de legib. Deci. consf.472.num.17.Aretin.consil. 163. vbi firmat quod si Doctori attestanti

stanti de consuetudine crederetur, duo concurrerent specialia, vnum quod testes iurati admitterentur, & quod per scripturam testificarentur, quod minime licet cap. testes 3. q. 9. & l. 3. §. item Diuus ff de testib. & quod Doctori attestanti de consuetudine non credatur de magis communi opinione testatur Bursatt. cons. 201. num. 47. vol. 2. Mascard. de probat. conclus. 529. sub num. 4. in fine vol. 1. Hond. consil. 101. num. 36. lib. 1. Et ista conclusio etiam vera sit si plures Doctores de consuetudine attestentur, vt eis non credatur. Mascard. d. conclus. 529. num. 14. Sed licet Doctorib. de consuetudine attestantibus plene nõ credatur, tamẽ eorũ attestatio saltim faceret præsũptionem vehementẽ, & talem quod ei standum esset nisi contrarium probaretur Deci. cons. 691. num. 15. & consil. 694. nu. 15. vbi firmat hanc esse communem opinionem, quam sequitur Crauett. consil. 166. num. 9. vol. 1. vel etiam dici potest quod licet vni Doctori de consuetudine attestanti non credatur, tamen cum plures in proposito attestentur de eadem consuetudine, eis credendum sit, vt in nostris terminis tradit Hier. de Mont. quæst. 7. num. 13. in fine.

4 Contrariam sententiam quod in treuga, sequuta offensione ex parte vnius, per quam fracta dicatur, altera pars ei contrauenire possit absq. incursu pænæ, magis communiter illam Doct. sequuntur, vt testatur And. Gayl. in tract. de pace publi. cap. 4. num. 46. Beninrend. decis. 65. num. 4. Rim. Iun. cons. 299. num. 3. etiam de magis communi Bero. cons. 200. num. 10. lib. 3. & etiam de magis communi Hercul. de caur. cap. 13. num. 3. 4. vers. in contrarium est veritas Vulpell. in tract. de pac. q. 72. sub num. 3. vers. in diuersam tamen sententiam. Nicol. Moron. in tract. de treuga, & pac. q. 117. & alijs seqq. vbi firmata hac opinione pro vera, & crebriori respondet ad contraria; Magon. decis. Lucen. 100. num. 6. etiam testatur de crebriori, Mascard. de probar. concl. 1162. num. 74. & 77. vol. 2. etiam testatur de magis communi, Eugen. cons. 82. num. 12. etiam de magis communi. Iul. Ferrer. tit. de fer. nu. 126. quia secundus offendens non dicitur rumpere treugam, cum illam ruptam inuenerit, vbi late, & ibi respondet contrarijs Petr. Bell. de re milit. par. 5. tit. 3. num. 1. seq. Card. Tusc. tom. 6. in verb. pax. concl. 183. num. 53. vbi concordantes allegat, & testatur de magis communi, & ita obseruari Petr. Caball. larissime in quęst. crimin. cas. 101. num. 37. cum plurib. seqq. vbi multos alios eamdem opinionem sequentes cumulauit, & ibi etiam testatur de veriori, & de magis communi opinione, Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 49. versic. sed ego, vbi etiam firmat hanc opinionem esse verissimam, & quod illam semper seruauit, & per alios seruare vidit, & omnes supradicti Doctores etiam concludunt quod omnia iura loquentia de frangente pacem habent etiam locum in treuga.

5 Quę opinio ita per Doct. magis communiter firmata, præsertim procedit quando extaret consuetudo, vt fiat treuga duratura per mensem finito officio illius Iudicis, qui treugam recepit prout viget in statu Ecclesiastico, vt testatur Hier. de Mont. in quęst. 7. nu. 18. versic. & eo magis, & in quæst. 27. sub num. 4. versic. & quamuis ea ratio. vel si extaret consuetudo, quod singulis annis renouarentur treugę, prout viget Florentiæ, & in Ciuitate Senarum, vt testatur Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 101. num. 44. seqq. quia tunc cessaret illa ratio assignata per Doct. contrariam opinionem sequẽtes, quod deberet offensus expectare lapsum temporis treugæ, & postea se vindicare, & propterea offensus potest offendentem reof-

reoffendere ipsa treuga durante, & idem esse quando treuga renouaretur ex cõsuetudine loci semper antequam lapsus fuerit primus terminus; quia tunc diceretur perpetua, & nunquam daretur casus vulciscendi, vt latissime tuetur Hier. Grat. respons. 105. num. 8. seq lib. 1. Nicol. Moron in tract. de treug. & pac. q. 101. Hier. de Monte in d. q. 7. sub nu. 18. & d. q. 27. sub nu. 4 & latissime Petr. Caball. in d. cas. 101. nu. 44. 45. 46.

6 Quæ opinio, etiam procederet si in instrumento treugæ adesset clausula rato manente pacto, vel quod toties pœna committatur quoties contra uentum fuerit, vt semper liceat offenso reoffendere offendentem sine incursu pœnæ treugę ruptę, tam in continenti, quam ex interuallo & solũmodo puniatur quãdo ex interuallo offendit pœna iuris cõis, vel municipalis, & de excessu, si excesserit in defensione, per ea, quæ late dixi supra in prima par. de pace q. & in specie ita etiam declarat, & tenet Petr. Cabal. d. q. 101. num. 47. & ante eum Bal. in rub. de treug. & pac. n. 13. qui loquitur quando fuit promissum nullo modo frangere treugam.

7 Nec obstat opinio Vinc. Hispan. quia Doct. affirmant de contraria consuetudine, & semper vidisse seruari contrarium, contra dictum Vincent. Hispan. attestatur, Corn. consil 32. sub nu. 8. vers. nec puto vol. 2. Iul. Clar. §. fin. q. 47. numero 8. in fine inquiens, quod vbique semper vidit seruari contrarium eius, quod dicit Vinc. Hispan. & refert quod ita etiam firmat Claud. Seysell. asserendo, quod vbiq. contrarium seruatur præter quam in Hispania, quem pariter refert Benintend. decis. 65. sub num. 4. vers. adde quod Riminal. Iun. cons. 299 num. 3. quem sequitur Card. Tusch. in d. concl. 183. n. 57. in fine, & Baiard. ad Iul. Clar. d. q. 48. num. 47. vers. sed ego, vbi testatur quod ita, perobseruauit & quod per alios obseruare vidit.

8 Et circumscripta consuetudine opinionem Vinc. non procedere neq. de iure substineri posse videtur, prout loquuntur Doct. supra citati, cum quibus transit Petr. Caball. in d. cas. 101. num. 41. in fin. quia Grat. respons. 105. num. 22. seq. lib. 1. dicit quod defensio personæ, & honoris in quacunq. obligatione, & promissione excepta intelligatur, & casus iste propriæ defensionis aduersarij, non dicitur compræhensus sub treuga, eoque magis si partes expręssissent, non valeret pactum, cum nemo sit Dominus mem-
9 brorum † suorum, & Corn. in d. cons. 42. sub n. 8 circa medium lib. 2. etiam dicit quod nullus reperiatur, qui rupta treuga ex offensione contra ipsum facta per aduersarium non reoffendat illum si possit, & non reddat vices, prout etiam sequitur Petr. Caba. in qq. crim. d. cas. 101. n. 42. in prin. Ferret. in tract. de re milit. tit de fer. nu. 126. in fi. dicit quod ista opinio cõtra Vinc. est verior.

10 Nec obstant rationes allegatæ per Doctores contrariam opinionem tenentes; quia, vt omnes affirmant, nulla probabilis ratio diuersitatis reddi potest inter pacem, & treugam, quæ etiam dicitur pax pro eo tẽpore, proquo durat; vltra quod inquit Aretin. relatus per Vulpell. in d. q. 72. ante num. 4. vers. & respondendo, & rursus sub num. 6. non tenetur quis expectare finem induciarum; quia maior forte offertur commoditas vindictæ tempore receptę iniurię quam postea, & posset offendens abesse, vel diligentius se custodire, vt finita treuga parti ea durante offensę, viam vindicandi auferat; quam Aretin. considerationem in l. qui seruum ff. de verb. oblig. sequuntur ibi Ias. num. 3. & alij Recentiores, cum in contractibus debeat seruari æqualitas, quæ est vt frangenti fidem, fides frangatur eidẽ; vt etiam sequitur Petr. Caba. in d. cas. 101.

101.num.42.vers.nec obstant rationes Bonif. Vitalin.in tract.crim. Rub. de treug.num.3.

11 Sed maior difficultas resultat quando non fuit sequuta offensio, sed tantummodo fuit prestita causa ab aduersario, vt ipsum primo offendentem offendat, an isto casu, quia primus offendens non frangit treugam offensus possit illum reoffendere sine fractura treugæ: In qua difficultate etiam duæ sunt opiniones, & vna est quod non liceat isti primo offenso offensorem reoffendere, ex quo ille primus aduersarius fidem non fregit, sed nouam causam tantum prębuit, merito non possit fidem frangere illum offendendo cum possit iniuriam passus infra modicum tempus completis inducijs vulcisci, vel etiam possit iniuriam factam absq. honoris labe musitare Vulpel.in tract.de pace q.72.num.7.& 8.versic. aut aduersarius,&eamdem opinionem sequitur Hier.de Mont.in d.q.7.num. 6.seqq.vbi generaliter concludit, quod in treuga non possit allegari noua causa,& dicit hanc esse magis communem opinionem,& ita etiam seruari de consuetudine,& contra eam iudicandum non esse, maxime hodie; cum delinquentes, vt plurimum habeant falsos testes in promptu ad probandum quicquid volunt, & ibi fundamentis contrarijs respondet, & eamdem opinionem sequitur in quæstione 25. sub num. 3.versic. & ista conclusio, & in quæst.27.n.3.seqq.vers.contrarium autem.

12 Contrariam opinionem quod etiam isto casu si iniuriam passus offendat iniuriantem non teneatur ad pænam treugę ruptę, sicut est in pace in terminis tradit Corn.d.consil. 42. in primo dub lib.2, Marsil.consil.122. sub num. 18.&sing.503.in princ.Benintend.decis. 65.sub num.4.vers. in contrarium; vbi testatur de communi,& veriori opinione, & nullam penitus posse constitui differentiam inter pacem, & treugam,& idē ius pariter in vtroq. procedere Hercu.de cau.q.13.sub n.3.vers. in contrarium est veritas testatur de magis communi,& late Nicol.Moron. in tract.de treug.& pac.quæst.118.vbi respendet contrarijs Magon,decis.Lucen.100.num. 6. vbi de crebriori opinione,nec esse communem dissentire videtur Vulpell.de pac.in d.q.72.post num.3.vers.in diuersam, & rursus post num.4. vers. vnde in tanta, late Petr. Caball.in d.q.101.nu.49.& q.102.per totam,& latius Eugen.consi.82.nu.11. cum plur.seqq.

13 Quę communis resolutio est fundata in illa conclusione, vt quælibet obligatio, promissio, cōuentio, vel quęlibet alia dispositio quantumuis generalis, & præcisa in quacunq. materia semper intelligitur rebus sic stantibus, &cum hac tacita conditione si res perseueret in eodem statu Herculan. de caut.q.13.sub nu.3.in fine.Magon.decis.100.sub num. 4. Benintend. decis. 65.nu.5.etiam stante iuramento Boer. decis.204.num. 21. Hier.de Monte d. q.7.sub num. 19. vers. facit etiam cum alijs allegatis per Petr.Cabal.in d.cas. 101.num. 50. ita, vt superueniente causa, quæ a principio tempore initę treugæ non fuerit verisimiliter cogitata offendendo quis non dicatur treugæ contrauenire, firmant Doct. in locis supra adductis Bonifac. Vitalin. in tract. crimin, dub. de treuga num.3.

14 Bene verum est quod si extaret consuetudo in aliquo loco quod in treuga non possit allegari noua causa, si erit legitime probata, erit illa obseruanda, vt per Petr.Caball.in d.quęst.101. num.52.& ante eum Ferret. in tract. de re milit. in tit.de ferijs num.126.in fine.

Quęst.

Quæst. XIII.

Causa qualis esse debeat, vt excuset a pœna treugæ.

SVMMARIVM.

1 *Causa qualibet excusat a fractione Treugæ, licet fuerit leuis, vel iniusta.*
2 *Causa affectata non excusat a pœna Treugæ.*
3 *Primus offensus reoffendendo punitur pœna Iuris communis, vel municipalis.*
4 *Treuga non ex antiqua, sed ex noua causa in dubio recipit declarationem.*
5 *Treuga, & pax recipiunt eamdem interpretationem.*
6 *Treuga non rumpitur per stuprum cum violentia:*
7 *Neq. per furtum.*
8 *Neq. occidendo bannitos.*
9 *Treuga rumpitur per offensionem factam extra territorium recipientis treugam.*

1 QVONIAM, vt vidimus in præcedenti quæstione inter treugam, & pacem, nulla adest differentia quoad istum effectum reoffendendi offendentem: Ideo ea, quę late posui in prima parte de pace possunt deseruire ad defensionem in treuga, & in specie quod quælibet causa nouiter suborta, quamuis leuis, vel iniusta, dummodo sit colorata, & nón affectata, sed procurata excusat a pœ. treugæ ruptæ firmant Petr. Caball. in qq crim. cas. 101. nu. 53. & late Eugen. cons. 82. num. 13. seqq. & qui passus
2 fuit† iniuriam, offendens teneatur tantummodo pœna Iuris communis, vel municipalis, & de excessu in defensione, & non pæna conuentionali. Petr. Caball. in d. cas. 101. num. 55. & ego late dixi in dicta par. prima de pace.

4 Et cum inter pacem, & treugam nulla sit differentia quoad excusationem propter nouam causam: ideo in dubio dicendum erit non ex antiqua, sed ex noua causa offensam sequutam fuisse, vt pæna fractæ treugæ effugiatur, vt in terminis firmat Eug. in d. cons. 82. nu. 15. & Petr. Caball. in dicto cas. 101. num. 54.

5 Et ex eadem met ratione erit resoluẽdum an in treuga cõpræhendantur banniti, affines, consanguinei, adhærentes etiam futuri, & an ex iniuria facta fratri, vxori, vel alijs consanguineis, & affinibus dicatur rupta treuga, & an per stuprũ, adulteriũ, & per alia similia dicatur treugæ cõtrauentũ; de quibus omnibus dixi late in d. prima par. de pace distincte per quam plures quæstiones, ad quas lectorem remitto in facti contingentia ne velim membra-
6 nas implere per eadem verba: Sed bene dico in specie in casu magis dubitabili quod per stuprum cum raptu non dicatur rupta treuga, post Alex. in cõs. 113. per totum lib. 2. tradit add. ad Bonif. Vitalin. in tract. crim. rub. de treug. in litera B. licet contrarium teneat Ferret. de re milit. tit. de ferijs num. 138.
7 neq. † etiam per furtum Ferret. d. titu-
8 lo de fer. nu. 79. neq. † per offensionem factam bãnito compręhenso in treuga, rumpitur, etiam si esset iurata: late post alios, quos allegat Baiard. §. fin. q.
9 47. nu. 7. seq. & etiam rumpitur † treuga si sequatur offensio extra territoriũ Iudicis, coram quo fuit facta treuga. Anchar. in cap. 1. num. 3. vers. tangit vlterius de homicid. in 6. Hieron. de Mont. q. 7. n. 2. circa fin.

Quęst.

Quæst. XIV.

Treugæ fractæ pœna quæ sit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna frangentis publicam treugam quę sit.*
2 *Treugam frangens vigore Bannimentorum status Ecclesiastici qua pœna puniatur vide ibi.*
3 *Treuga conuentionalis an frangatur, si nesciatur author rixæ.*
4 *Primus offensus potest agere contra offendentem ad pœnam violatæ treugæ.*

1 BONIFAC. Vitalin. in tract. crim. in rubr. de treug. sub num. 4. seqq. dicit quod si quis frangat treugam publicam factam inter duas Ciuitates, vel duo Castra offendendo Peregrinos, mercatores, Rusticos, culturæ agrorum insistentes, ac auferendo animalia, & instrumenta agrorum, cum quibus cultura fit; illud, quod abstulit in quadruplum restituat, insuper sit infamis, & personaliter puniatur per tex. in l. fin. ff. de re milit. & in treuga facta inter priuatos aliquem percutiendo, puniatur in amissione manus, & sic puniatur in ipso, cum quo deliquit, auth. de mandat. Princip. collat. 3. §. coges, Auth. omnes Prereg. C. commun. de successor. & cap. 1. §. si quis de pac. tenen. in vsib. feud. Qui Vitalin. ibi sub num. 5. subdit quod dicta iura loquuntur de pace rupta, & non de treuga, & ob id debeat contra faciens per percussionem puniri pœna extraordinaria, inspecta qualitate facti, & delicti Ferrett. in tract. de re milit. cap. de ferijs num. 127. Si vero per homicidium commissum frangat treugam, pœna capitis puniatur Feret. d. tit. de ferijs nu. 132. In treuga autem Canonica, quæ certo tempore est seruanda, maxime personis Ecclesiasticis, peregrinis, mercatoribus, & personis rusticanis, contrafaciens per Episcopum excommunicari debet, vt talis treuga seruetur, & vnus Episcopus alteri prębere debet auxilium, & fauorem, alias dignitate priuandus erit. vt firmat Ferret. in d. tit. de ferijs num. 133. & idem Bonifac. Vitalin. in tract. crim. in d. rub. de treug. & pac. num. 8. & Bal. in rub. de treug. & pac. num. 15. etiam dicit quod pęna treugę est pęna Talionis, vt ei non seruetur, qui illam non seruat, & puniatur pœna centum librarum auri Auth. de pac. iuram. firman. §. si quis
2 vero, & sic in quintuplo † punitur plus Ciuitas, quam Castrum, & damnum passo tenetur resarcire, ac infames sunt fractores treugæ, etiam si Principes fuerint Ferret. de re milit. tit. de ferijs nu. 140. & Vulpell. in tract. de pac. quæst. 70. dicit: tam in publica, quam priuata treuga, pœna erit arbitraria iuxta qualitatem personarum, & euentus; vt si ex violatione treugę publicæ resultet turbatio totius status pœna mortis puniatur; si parum, vel nihil scandali ortum: sit minor pœna imponatur arbitrio Iudicis: Vigore autem bannimentorum generalium status Ecclesiastici emanatorum de anno 1599. cap. 42. frangens, aut frangere faciens treugam, si capiatur pœna mortis, & demolitionis domorum, & confiscationis bonorum puniatur; & si in contumaciā condemnetur vltra pœnas prędictas quod capite posteriori cum vno pede appensus, addicto eius nomine, cognomine, & patria depingatur; & hæc bannimenta sunt magis generalia, quam Constitutio Marchiæ; quia per eam imponitur eadem pœna, non tamen imponitur, nisi in casu pacis ruptæ per vul-

vulnus, aut homicidium; in istis vero bannimentis pęnę prædictæ habent locum in pace, & treuga quomodocunq. violentur, & idem disponitur per bannum hic in vrbe ęditum de anno 1591. męnse Iunij cap. 45. quod a Gubernatoribus successiue confirmatur, per quod disponitur quod frangens pacem, vel treugam incurrat in pęnam vitæ, & confiscationis bonorum, etiam quod pro obseruatione non sit data aliqua fideiussio, vel apposita aliqua pæna: vt de prædictis pænis a bannimentis irrogatis etiã mentionem facit Farinac. de var. & diuer. cri. q. 107. art. 6. nũ. 69. & 70.

3 Sed in treuga conuentionali, si ambę partes contrauenerint, & nesciatur quę pars treugam fregerit, & tunc vna non potest agere contra alteram, aut
4 constat quę pars primo contrauenerit, tunc prima pars non potest agere contra secundam, sed ipsa secunda bene agere potest contra primam Abb. Panor. in cap. 1. num. 3. tit. de treug. & pac. quod esse notandum dicit Iul. Ferret. tit. de ferijs. num. 197. Quæ omnia late fuerunt exposita in prima parte de pace, & etiam fuit dictum quibus pęna conuentionalis esset applicanda.

Et legitur quod Tisaphernus, qui neglexit treugam, & eius vinculum cũ Rege Angilasuo fuerit iudicio Dei victus in bello, & deinde decapitatus, vt refert Ferret. de ferijs num. 201. & etiam legitur quod Cęsar ob ruptam fidem, vel treugam cum Hispanis, ac Tenteritis Germanię Nationum, vt purgaret tantam perfidiam, fuit dictum, quod daretur in manibus hostium ex sententia Catonis, vt refert Iul. Ferret. in d. tract. de ferijs nu. 202.

Y DE

§. II.

DE VERBO

Dato Principi, vel alicui perſonæ nobili, de non offendendo.

QVoniam multoties contingit, quod ſequuta diſſenſione, vel inimicitia inter aliquas perſonas non deueniatur ad pacem formalem, neq. ad treugam, vel ad aliquam aliam promiſſionem per cautionem de non offendendo, ſed detur fides, vel verbum alicui de non offendendo, vel offendi faciendo: Quod contingere ſolet inter perſonas nobiles, vel etiam inter pauperes carceratos, qui cautiones de non offendendo præſtare non poſſunt neque agitur de caſibus pro quibus poſſint partes adſtringi ad pacem, & quod per exilium irrogandum partibus non eſſet conſultum quieti, & ne partes ſe offenderent, & ne carcerati diu in carceribus detineantur, & ibi marceſcant: ideo in multis partibus Italiæ, & præcipue hic in Curia Romana Iudices dato verbo vel fide alicuius Capitanei, vel perſonæ Nobilis, ſeu Illuſtris de non offendendo carceratos relaxant; prout ego, dum fui Locumtenens in criminalibus Illuſtriſſimi D. Auditoris Cameræ multoties practicaui, & in dies per alios Iudices practicatur, præcipue per illud ſupremum Tribunal Viſitationis Carcerũ: & ideo cogitaui eſſe neceſſarium attingere huiuſmodi materiã, & illam per quæſtiones proponere, & reſoluere pro communi vtilitate; cum hucuſq. non viderim, quod fuerit ab alio tacta; licet materia ſit valde quotidiana, & ſæpe contingat in facto.

Quæſt. I.

Verbum de non offendendo vnde habuerit originem, & quid ſit, & quotuplex ſit.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, vel fides de non offendendo habuit originem a Iure gentium, vel a quadam conſuetudine.*

2 *Fides dicitur comes pacis.*

3 *Fides dicitur Theſaurus ineſtimabilis.*

4 *Fides maximã gloriã inducit obſeruãti.*

5 *Fides ſi non ſeruetur ab homine nihil peius contra eum dici poteſt:*

6 *Fidem frangens dicitur lacerare veſtem conſutilem Domini Noſtri.*

7 *Fidem fallere graue eſt.*

8 *Fide inobſeruare nobilitatis eſt.*

9 *Fidẽ obſeruare in Principe clarius eſt.*

10 *Fidem ſeruare etiam Papa tenetur.*

11 *Verbum, vel fides de non offendendo quomodo deſcribatur.*

12 *Fides hominis ad hominem triplici modo ponitur.*

NON

1 NON est dubium quod fides, vel verbum datũ alicui viro, vel potenti de nõ offendendo inimicum suum duxerit originem ab ipso iure gentium, cũ ab eo fuerint orta bella, discordiæ, & inimicitiæ, vt late dixi in prima parte de pace q. 1. vel potius habuerit originem a quadam consuetudine; vt dicam in §. seq. de promissione de non offendendo quæst. 2. Et fides dicitur comes pacis Iul. Fer-
2 ret. in tract. de re milit. tit. de ferijs nu.
3 124. & in tit. de fid. seruan. num. 2. dicit esse Thesaurum inæstimabilem,
4 & in tit. de non ponen. exercit. num. 4. dicit nullam esse maiorem gloriam,
5 quam fidem seruare; idem dixit in tit. de fid. seruan. num. 35. nec de homine peius dici potest, nisi quod sit sine
6 fide in eodem tit. de fid. seruan. nu. 20. & sub num. 22. in honorem fidei testatur, quod fidei fractor, dicitur lacerare illam preciosissimam vestem consutilem Nostri Redemptoris, & omnes
7 exclamant quod fidem fallere graue sit Rimin. Iun. cons. 273. num. 79. Nicol. Moron. in tract. de treuga, & pace
8 q. 17. nu. 19. quæst. 102. nu. 2. & fidem non frangere nobilitatis sit latissime Decian. respons. 30. num. 19. volum. 2. & respons. 66. num. 2. seqq. vol. 3. & in Principe, fidem seruare clarior sit ipsa fides Moron. de treug. & pac. d. q. 102. num. 4. Decian. respons. 2. num. 105. vol. 1. & ipse supremus Pontifex etiam teneatur verbum, & fidem seruare Mo-
9 ron. in d. q. 192. num. 7. Et in principe inconstantia, & varietas magis reprobatur, vnde conuenit Imperatori, & Regibus, illud verbum, quod semel loquutus est Deus, & Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam Bal. cons. fin. nu. 4. vol. 5. Marsil. sing. 166. Inconstantia, & in tract. Bannit. in verb. seruatis seruandis numero 16.
10 Et describitur, vt sit verbum, vel fides obseruatio promissorum Moron. in d. quæst. 102. num. 4. vel quędam promissio de non offendendo data alicui, ne in futurum scandala, rixæ, & offensiones succedant, & sapiat naturam pacis, cum dicatur eius comes Iul. Ferret. in tract. de re milit. tit. de ferijs num. 124. Et fides hominis ad
11 hominem triplici modo ponitur, primo pro innocentia l. si non conuici C. de iniur. secundo pro pollicitatione, & iactatione l. sciendum §. dictum ff. de edi. edict. Edict. tertio pro solemni, vel nuda promissione, vt firmat Bald. in rub. C. de summ. Trinitate, & Fid. Cathol. num. 14.

Quæst. II.

Verbum datum de non offendendo cuius sit qualitatis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum de non offendendo debet esse reciprocum inter partes.*
2 *Verbum de non offendendo habet vim iuramenti.*
3 *Tantum est promittere super verbo, quantum iurare per Deum.*
4 *Fides saltem est proxima iuramento.*
5 *Fides augetur per iuramentum.*
6 *Fides data da Caualiere an in omnibus habeat vires iuramenti.*
7 *Verbum de non offendendo solet recipi etiam ex parte vnius tantum.*
8 *Verbum quomodo recipiatur de stylo Curia Romana, & de eius forma.*

1 VErbum datum alicui de non offendendo inimicum suum debet esse reciprocũ ad instar pacis, vel treugę cum sit fundatum ad tui-

 tionem

tionem personæ, & rei, & ad tollenda scandala, odia, & alia mala, quæ proficiscitur ex rancoribus, & ex inimicitijs, & sic, vt vtriq. parti consultum sit, & seruetur æqualitas, nec obligatio claudicet, per ambas partes debet dari tale verbum ad inuicem de se non offendendo, per ea, quæ late dixi in materia pacis in prima par. & in materia treugæ in hac. 2. par. §. 1. & habet
2 vim iuramenti, cum Deus nullam faciat differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum cap. 1. & ibi glos. extra de pact. cap. iuramenti 22. q. 2. Iul. Ferret. de re milit. tit. de fid. seruan. nu. 1. in fine late Surd. de Alim. lib. 9. quæst. 24. num. 2. & tantum sit
3 prommittere sub fide, quantum si iuretur per Deum. Nicol. Moron. in tract.
4 de treug. & pac. quęst. 107. num. 1. vel saltem dicitur fides proxima iuramento Moron. in eod. tract. quęstione. 16. num. 2. seqq. & questione. 102. num. 14. Bertazzol. consil. 357. num. 63. lib. 1 & ex ipso iuramento etiam fides augetur Deeian. respons. primo num. 83. volumine 3. Vinc. Manc. in tract. de iuram. par. 1. q. 7. num. 22. qui allegar Rimin. Iun. cons. 521. vol. 5. qui Rim. Iun. disputat istum articulum an fides habeat vim iuramenti, qui post longam disputationem videtur, con-
6 cludere, quod fides, seu iuramentum *da Caualiere* aut *da Gentil'huomo* non habeat vim iuramenti; cum propria natura iuramenti sit, vt exigat, quod prestetur per Deum, vel si dicatur per fidē Christi, vt est videre ibi per Rim. Iun. sub n. 75. cum plurib. seqq. nec dissentire videtur Menochi. cons. 201. nu. 120. lib. 1. qui loquitur in promissione facta a Principe sub fide Principis, & etiam in fide honoris, quæ non habeat vim iuramenti late tuetur Andr. Fach. in Controuers. iur. lib. 1. c. 12. vers. contrariam sententiam sequendo distinctionē supra allegationem. Idem Rim. Iun. cons. 13. num. 29. seq. vol. 1.

7 Bene verum est, quod tale verbum de non offendendo solet dari non solum vicissim per ipsas partes, sed eiam solet aliquis Princeps, persona Illustris, vel Capiraneus promittere, & fidem, ac verbum dare, quod Titius nō offendet Sempronium per hæc verba.
8 *Io Marchese Vitelli Domicello de Città di Castello, vel Io Capitan Francesbino Marioni da Gubbio dò la mia parola, & fede a Monsig. Monterenzo Gouernatore di Roma, che Sempronio non offenderà, ne farà offendere Titio, & facendo il contrario prometto farne quel resentimento, che si conuiene all' honor mio: Et in Fede hò fatto la presente di mia mano propria, & sigillata col mio solito sigillo questo dì 18. d'Aprile 1610.* Et ita passim hic in Curia Romana obseruatur quando carcerati nō possunt dare cautionem de non offendendo, neq. partes deuenire volunt ad pacem: super quā fide de pluribus dubirare contingit, vt seriatim inferius continuando per quęstiones dicam.

Quæst. XIII.

Tale verbum per quem recipi, vel promitti debeat.

SVMMARIVM.

1 *Verbum de non offendendo recipi debet per personas insignes.*
2 *Personæ insignes, diuites, & nobiles magis honorantur, quam aliæ.*
3 *Verbum de non offendendo dantur plura exempla quod fuit prestitum personæ Illustri.*

1 QVoniam tale verbum datur ad effectum ne offensio sequatur inter ipsas partes; ideo est collocādū in personis nobilibus, diuitibus; ac honorē, vel dignitatem habentibus,

vt

vt non solum partes se abstineant a fractione fidei formidine pęnę Iudicialis, sed etiam, vt timeant honorem, ac dignitatem personæ recipientis verbum lædere, vel offendere, & ob reuerentiā etiā fidem illibatā conseruent:
2 quæ † reuerentia magis erit erga nobiles, diuites, ac dignitatem, & officium habentes, quam erga alios l. honores ff. de Decurion. l. ad subeunda Cod. eod. lib. 10. late Io. de Plat. in l. si quis
3 C. eod. tit. lib. 10. & legimus † apud Bertazzol. consi. 148. nu. 8. vol. 1. quod verbum de non offenden. fuit datum Illustrissimo D. Francisco Estensi, & apud Gerard. Mazol. in d. consi. 68. fuit datum cuidam Illustri Comiti.

Quæst. IV.

An dato verbo possit allegari noua causa.

SVMMARIVM.

1 *Causa noua potest allegari ad excusationem verbi rupti.*
2 *Fidem frāgenti fides frangatur eidem.*
3 *Secundus offendens non dicitur frangere verbum, sed inuenisse illud fractū.*
4 *Obligatio qualibet interpretatur donec perseueret in eodem statu, & rebus sic stantibus.*
5 *Verbum non frangitur per secundum offendentem quando fuit ei data causa prouocandi ad iram.*

1 NON est dubium quod etiā dato verbo, vel fide de non offendendo, si superueniat offensio, vel nouā causa possit allegari, & de-
2 duci, & excuset a † pęna eiusdem verbi fracti; cum sit regula satis trita, quod frangenti fidem fides frangatur eidem l. cum proponas C. de pact. Vulpell. in tract. de Induc. q. 72. nu. 5. Marsil. sing. 145. frāgenti fidē, late Seraph. de priuil. iurām. priuil. 74. n. 150. vbi loquitur etiā si fides fuisset iurata Petr. Bell. de re mil. par. 5. tit. 4. num. 4. Petr. Caball. cas. 101. num. 41 in fin. in qq. crim. & offendens non dicitur rumpere
3 fidem, vel † verbum, cum iam per primam offensionem verbum ruptum dicatur: & sic secundus offendens non dicatur rumpere verbum ex noua causa superueniente, sed fractum illud inuenisse, vt in terminis verbi dixit Gerard. Mazol. consi. 68. nu. 16. & faciunt ea, quæ late ego dixi in 1. par. de pace, & in hac 2. par. §. 1. de treug. q. 12. Cū
4 etiam quælibet † obligatio, & promissio, vel quæuis alia dispositio quantūuis generalis, & præcisa in quacunq. materia semper intelligatur rebus sic stantibus, & cum hac tacita conditione, si res perseueret in eodem statu Deci. consi. 335. nu. 4. Felin. in cap. num. 4. vers. & cum istis extra de iur. iuran. Benintend. decis. 65. nu. 5. seqq. Hercul. de caut. c. 13. sub num. 3. Magon. decis. Lucen. 100. nu. 4. Hier. de Mont. q. 7. sub nu. 19. Moron. de treug. & pac. q. 120. in princ. Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. num. 50. & in terminis nostris ad excusandum a pœna fracti verbi dati de non offendendo tradit Gerard. Mazol. consi. 68. num. 11. 17. 23. seqq.
5 Quod † erit verum, non solum per offensionem personalem, sed etiam per iniuriam, vel per aliam causam prouocantem ad iram; in quibus terminis loquitur Mazol. in d. consi. 68. num. 24. seqq. de eo, qui prębuit causam dicendo: *Le mentiti di qui, non mi stare in dietro*; & illum mentiendo, & prout latius deduxi in prima par. de pac. Et in hac 2. par. §. 1. de treug.

Quæst. V.

Bannitum offendens an incidat in pœnam fracti verbi.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, vel fides non rumpitur per offensionem factam bannito, qui poterat vigore statuti impune offendi.*
2 *Pacto priuatorum non tollitur publica vtilitas.*
3 *Bannitus, cum quo est pax in foro honoris offendi non potest.*

1 IN hac quæstione videbatur posse concludi quod dato dicto verbo, vel fide non possit bannitus compræhensus in pace offendi sine incursu fidei fractę per illam regulam satis vulgarem, quod fides sit seruanda etiam hosti l. quod debetur ff. de Castren. pecul. Nicol. Moton. in tract. de pac. & treug. q. 102. num. 10. Petr. Bell. de re mil. par. 2. tit. 14. nu. 1.

Sed in contrarium est veritas in casu, in quo bannitus per statutum potest impune offendi, vt non obstante quacunq. fide, vel verbo dato de non offendendo, nihilominus bannitus poterit offendi sine incursu fractæ fidei, vt in terminis tenet Bal. in rub. C de sum. 2 Trinit. & fid. Cathol. nu. 5. cum† pacto priuatorum tolli non possit illa offensio propter publicam vtilitatem permissa a statuto contra bannitos, & non liceat priuatis cum ipsis bannitis fœdus pacis inire Gozzad. cons. 61. nu. 13. & late Vulpell. post alios, quos allegat in tract. de pace q. 37. num. 1. seqq. & nu. 5. seqq. vbi testatur de crebriori sententia; & subdit quod multo magis erit permissum bannitum capi facere, & sententiam contra eumdem executioni demandari facere, prout ego late dixi sup. in 1. par. de pace, q. 23. & q. 62.

3 Bene verū est, q in foro honoris *da Caualieri*, penes graues viros, melius erit fidē illibatam relinquere, & non offendere, neq. aliquid facere contra eumdem bannitum, cum quo verbum datum fuit de non offendendo, nisi iussus superioris interuenirer circa eius offensionem, vt testatur idem Vulpell. in d. q. 37. nu. 8. seq. quia ibi subdit illud quod liceat hostes decipere, de quo in l. 1. §. non fuit ff. de dol. non consideratur in foro honoris, sed tantummodo quod fides sit seruata, & verbum non offendendi remaneat purū, simplex, & illibatum. late Farinacc. q. 103. nu. 53. vbi alios concordantes allegat.

Quæst. VI.

Verbum desumptum, per aliquem potentem an requiratur quod deuenerit ad notitiam vtriusq. partis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, vel fides non rumpitur per offensionem, si ignoretur fuisse datum verbum, vel fidem per tertium.*
2 *Ignorantia excusat a pœna fracti verbi.*
3 *Ignorantia præsumitur, vt excludatur fractura fidei, vel verbi.*
4 *Scientia verbi dati debet per Fiscum articulari, & probari.*

1 AD pœnam incurrendam violatę fidei, vel verbi desumpti per aliquem potentem de se non offendendo vicissim dati per aliquos, debet peruenisse ad notitiam

vtriusque partis, vt in terminis nostris de verbo dato firmat Gerard. Mazol. in prallegato cons. 68. nu. 27. ex authoritate Bal. in l. libertas ff. de stat. homi. & Alex. in Apostill. ad Bar. in l. 3. §. transfugans in verb. manibus familiae ff. ad l. Iul. Maiest. & per Gozzad. cons.
2 61. per totum, vbi excusauit † quemdam a pœna pacis ruptae, qui interfecit bannitum assecuratum, cum quo pacem habebat, & ignorabat dictam securitatem, vel saluum conductum dicto bannito concessum, prout etiam ego late dixi in prima parte de pace q. 38. vbi etiam posui, quod in dubio praesu-
3 menda sit † ignorantia ad exclusionem pœnae pacis ruptae, prout idem dicendũ est, vt ignorantia praesumatur in isto casu de verbo sumpto per aliquem potentem, cum huiusmodi verbũ sit quid facti, & facta non praesumantur vulg. l. in bello §. factae ff. de capti. & post lim. reuers. & in nostris terminis firmat idẽ Gerard. in d. cons. 68. num. 28. 29. vbi subdit quod ista scientia, vt afficiat contrauenientem debet articulari, & probari per ipsum, alias non data scientia sit quędam simplex pollicitatio promissa per personam potentem recipientem verbum, nulla praecedente interrogatione, vel stipulatione: & ideo ex dicto verbo nulla oriatur obligatio Marsil. singul. 464. per l. Iuris gentium §. sed cum nulla ff. de pact.

Quaest. VII.

An scriptura requiratur ad dictum verbum probandum, & quomodo probari possit.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, vel fides de non offendendo ad eius probationem non requirit scripturam.*
2 *Verbum, vel fides de non offendendo non probatur plene per recipiente verbum.*
3 *Testi deponenti de facto proprio plene creditur.*
4 *Maxime in teste graui, & insigni.*
5 *Etiam in teste approbato ab vtraq. parte.*
6 *Item maxime concurrentibus alijs adminiculis cum ipso teste.*
7 *Limita in causa graui, vt testi vnico non credatur.*
8 *Limita in criminalibus, vt nec etiam Principi, & Pontifici credatur ad plenam probationem.*
9 *Limita quando ageretur de praeiudicio tertij; vt testi vnico non credatur.*
10 *Limita, vt nec etiam officiali in criminalibus, & grauibus credatur.*
11 *Limita quando iste testis posset sperare commodum, incommodum, laudem, vel vituperationem ex eius depositione.*
12 *Testis patiens plures defectus nil probat.*
13 *Etiam vbi ex natura negotij alij testes haberi non possent.*
14 *Item nec ob grauitatem criminis, nec alijs coniecturis concurrentibus, testi patienti plures defectus credatur.*
15 *Testis descriptus in instrumento non censetur approbatus a notario.*
16 *Testem producens in iudicio non censetur approbare eius depositionem.*
17 *Testis sperans commodum, vel laudem, seu vituperium non dicitur idoneus.*

1 CVm verbũ, vel fides de nõ offendendo sit ad instar pacis, & eius comes, vt per Iul. Ferrett. in tract. de re milit. tit. de ferijs nu. 124. & in pace non requiratur instrumentum, cum non sit de illis casibus, pro quibus de necessitate scriptura exigatur; vt late demonstraui supra in prima par.

par. de pace Ideo idem est dicendum
in isto verbo, vt scriprura de essenria
illius probationis non requiratur; sed
probari possit aliunde etiam p testcs:
Imo arbitror quod magis sit verum, vt
non requiratur scriptura; quia simile 5
verbum solet desumi amicabiliter, &
sine aliquo actu Iudiciali: & non ob-
stat q hic in Curia Ro. aliter aliquãdo
obscruetur, vt verbum desumptum per
aliquem Capitaneum; vel aliam per-
sonam nobilem, seu illustrem redigatur
in scriptis, & in actis exhibeatur, quia 6
hoc non contingir quod verbum, vel
fides requirat scripturam, & mutet na-
turam; sed redigitur in scripris, ac in
actis producitur etiam Fisco citato ad
effectum excarcerandi illum, pro quo
desumitur verbum, & Iudici constet
fidem fuisse, & verbum fuisse desum-
ptum; & sic scriprura requiritur ad effe
ctum excarcerandi illum in carceribus 7
detentum, & non ad essentiam verbi.

2 Contingit tamen in proposito du-
bitari an data contrauenrione verbi,
vel fidei possit probari legitime ad pę-
nam irrogandam p fractione fidei per
ipsam personam Illustrem, & recipien-
tem verbum, & forte posset amplecti
partem affirmatiuam, vt omnino ipsa
3 persona † Illustris recipiens verbum 8
plene probet dictum verbum, cum aga
tur de negocio facto, & gesto per ipsam
propriam, secundum originalem doctri
nam Paul. de Castr. in l. 2. §. si absens
num. 5. ff. si ex noxal. caus. agat. quem
sequuntur Doct. & præcipue Crot. in
tract. de testib. nu. 289. Tiraq. in tract.
de retract. iit. 1. §. 1. glos. 14. num. 47.
seq. Gramm. consil. 58. num. 17. Natt.
cons. 285. n. 1. vol. 1. latissime Menoch.
de arbitrar. cas. 99. nu. 12, cum plurib.
seqq. lib. 2. Ias. in repet. l. admonendi n.
94. ff. de iur. iur. testatur se vidisse con-
sultum, & iudicatum pro opinione
4 Castr. in Ciuitate † Patauij, Eoq. ma-
gis est dicendum; cum talis persona
verbum recipiens soleat esse insignis,
grauis, nobilis, & Illustris, & sic omni
exceptione maior: ideò deponens de
dicto verbo medio iuramento plene
probet; vt declarat Decian. in respons.
93. num. 58. vers. quarto dico vol. 1. Et
quia † etiam est testis approbatus ab
vtraq. parte; & ideo contra eas plene
probet Lanfranc. in cap. quoniam con-
tra de probat. cap. 8. de testi. oppos. nu.
62. Blanch. in tract. de comprom. q. 8.
num. 27. vbi late; & testarur de magis
communi opinione; eoq. magis si cum
depositione illius concurrerent alia
adminicula; vt testatur Caputaq. de-
cis. 271. num. 3. versic. secus est par. 3.
Doct. adducti per Rimin. Iun. in consil.
644. nu. 12. vol. 6.

Verius tñ puto, vt nullo modo ipsi
personę Illustri verbũ, vel fidẽ recipiẽ-
ti credatur, cũ frangere verbũ, vel fidẽ
connumeretur inter delicta grauia, &
capitalia; vt inferius dicam in q. seq.
Et in grauibus, & capitalibus delictis
non stetur ad plenam probationem
vnico testi Boss. in tit. de iniur. num. 30.
circa finem, vbi firmat quod nimis ab-
surdum esset, vt quis pœna mortis, vel
alia corporis afflictiua cum vno teste
puniatur; & est tex. in cap. veniens, &
in cap. licet de testib. & in l. Iurisiuran-
di C. de testib. Imo nec etiam ex sola
depositione, vel dicto vnius Principis,
vel etiam Pontificis quis condemnari
possit, vt disputant Doct. vt est videre
apud Iul. Clar. §. fin. q. 53. nu. 21. De-
cian. respons. 93. num. 23. vol. 2. Petr.
de Surd. cons. 377. nu. 20. vol. 3. late,
Farinacc. in tract. de testib. q. 63. num.
219. Baiard. ad Iul. Clar. in d. §. fin. q.
21. num. 18. Menochi. in d. cas. 99. de
arbitr. nu. 17. vers. verior itaq. vbi fir-
mat hanc esse veriorem, & communem
opinionem, & ibi alios concordantes
allegat, Caputaq. d. decis. 271. num. 3.
par. 3. vbi testatur quod ita Rota Ro-
mana tenuit in vna Veroneñ. Mona-
sterij Achil. decis. 3. nu. 3 seqq. tit. de
testib. Claud. Bertazz. in addit. ad pa-
trem

trem conf.284.in litera A, verf. opinio autem, vbi firmat, quod opinio Paul. de Castr. non sit nec vera, nec commu nis Decian. in respons. 93. num. 53. vol. 2. vbi testatur quod contra Castren. semper tenuit legendo, & consulendo, & firmat hanc esse veriorem opinionem.

9 A, qua opinione Castren. eo magis receditur, quando testis deponens de facto proprio deponeret in præiudiciũ alterius, vt tunc nullo modo credatur; vt ipsemet Paul. de Castr. conf. 337. nu. 3. in fine, se ipsum declarat, vt refert Decian. in d. respons. 93. n. 58. vbi subdit post Marsil. conf. 101. nu. 40. quod opinio Castr. non procedit in criminalibus Farinac. in tract. de testib. q. 63.
10 num. 210. Et quod in grauibus non credatur etiam Officiali Riminal. Iun. consil. 135. num. 31. volumine 2. & sub n. 32. etiam dicit non credi, quan-
11 do agitur de præiudicio tertij. Et multo magis cessat opinio Castren. si ista persona nobilis vel honesta aliquod cõmodum, laudem, vel vituperium consequi valeat ex eius depositione, vel adest alia causa particularis affectionis, vt ei non sit credendum, vt post alios, quos allegat ita declarat Menochi. in d. cas. 99. nu. 6. 7. vbi reddit bonam rationem; quia concurrunt duo defectus, vnus singularitatis, & alter affectionis: ideo isti duo defectus simul iuncti operãtur, vt nõ adhibeatur fides isti testi patienti duos defectus, & ei
12 minime credatur; etiam si veritas, ex
13 natura actus, vel negocij, aliunde haberi non posset; quia nunquam censetur habilitatus: testantur Bursat. cons. 430. nu. 9. in fin. vol. 4. Decian. respons. 93. sub num. 65. vol. 2. Sim. de Pret. consil. 188. num. 13. in fine. Honded. cons. 93. num. 50 volumine 2. Eugen. cons 27. num. 63. Farinacc. cons. 10. num. 12. cons. 20. num. 1. cons. 78. num. 11. nec minus admittitur testis patiens
14 plures defectus ob atrocitatem, vel grauitatem criminis Natt. cons. 298. num. 9. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 704. nu. 64. seqq. vol. 6. Hond. consil. 93. num. 82. vol. 2. Farinacc. cons. 79. sub num. 1. & cons. 80. num. 23. qui loquitur in crimine nephãdo, nec admittitur etiã concurrentibus alijs coniecturis, præsumptionibus, & adminiculis. Eugen. cons. 63. nu. 72. seqq. Decian. d. respon. 93. num. 62. vol. 2.

15 Nec censetur approbatus, quoad deponendum super prætensa fractione verbi; sed tantũmodo quoad receptionem verbi cẽsetur eius persona approbata, vt dicimus de testibus descriptis in testamento, vel instrumento per notarium, quia non censentur approbati a notario ad deponendũ contra ipsum Boss. in tit. de fals. num. 46. Hond. cons. 99. nu. 28. volumine 2. vbi concordantes allegat; vltra quod in ista materia approbationis testium, stricte dicitur quod etiam si quis producat testem in
16 iudicio ad deponendum, nunquam censeatur approbata eius depositio. Crauett. cons. 301. nu. 7. Sim. de Pret. cons. 151. num. 72. & cons. 152. nu. 40. late Farinac. in tract. de testib. q. 62. n. 229. & cons. 236. Add. ad Farinacc. in cons. 37. in litera A.

17 Ideo isti Capitaneus, Marchio, Dux, vel Princeps, qui receperunt dictum verbum, vel fidem, quamuis deponant de re gesta per ipsos, & sint in dignitate constituti, non possunt probare plene, & legitime dictam fidem, vel verbum; eoq. magis cum per contrauentionem verbi censeantur læsi, & agatur de eorum laude, vel vituperio, & possint habere affectionem, vt fides obseruetur, & verbum non frangatur: ideo non possunt dici testes idonei, vt faciant plenam probationem Osasc. decis. 66. num. 24. vbi concordantes allegat, Ioseph. Ludou. com mun. opinion. conclus. 70. versic. intellige, & declara, Farinacc. in tract. de testib. q. 60. num. 23. & q. 63. num. 211.

&

& Gerard. Mazol. in d. conf. 68. nu. 38. seq. refert quod ille Comes, qui receperat verbum inter duos, procurauit ab eo, qui erat carceratus habere eius confessionem super tali verbo ei dato, & contra alium existentem extra carcerem, examinauit duos testes ad probandum dictum verbum.

Quæst. VIII.

Contraueniens verbo qua pœna puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbo, vel fidei contraueniens penes probos viros valde grauatur.*
2 *Item offendit Deum.*
3 *Item incidit in pœnam infamiæ.*
4 *Item punitur tanquam proditor.*
5 *Item incidit in crimen læsæ maiestatis: declara tamen, vt ibi.*
6 *Verbum frangens in statu Ecclesiastico per bannimenta generalia quomodo puniatur.*
7 *Item in Vrbe per bannimenta particularia quomodo puniatur.*
8 *Verbum, vel fides data per metum non afficit contrauenientem.*
9 *Verbum frangens vbiq. puniri potest, & priuatur omnibus Beneficijs.*
10 *Verbum recipiens de non offendendo, data contrauentione verbi, an possit contrauenientem punire.*
11 *Iudicij calor maximum effectum producit.*
12 *Prorogatio Iurisdictionis conceditur, accedente consensu Iudicis loci.*
13 *Prorogatio Iurisdictionis in criminalibus non admittitur in priuatam personam.*
14 *Verba fidei de stylo Romanæ Curiæ:* (& facendo il contrario, prometto farne quel resentimento, che conuiene all'honor mio) *quomodo intelligenda sint.*

1 QVI fidei, vel verbo dato de non offendendo contrauenit pluribus pœnis punitur; & primo penes graues viros eius opinio, vel fama valde grauatur; cum de homine peius dici non valeat, quam quod ipse sit sine fide cap. innouamus 24. q. 4. Iul. Ferret. de re milit. tit. de fid. seruan. num. 20. Moron. de treug. & pac. q. 102. num. 15. Card. Tusch. tom 6. in verb. pax concl. 186. num. 1. Vulpell. in
2 tract. de pac. q. 37. nu. 8. & seq. Secundo incidit in Dei indignationem, cum illum offendat, & dicatur lacerare illã sacratissimam vestem consutilem Iesu Christi, vt per Iul. Ferret. in eod. tit. de
3 fid. seruan. num. 22. Tertio incidit in pœnam infamiæ l. fin. C. de his, quib. irrogan. infam. Iul. Ferret. d. tit. de fid. ser. num. 16. in fin. & num. 24. vbi firmat, quod nulla est maior mortalium gloria, quam fidem seruare, & nulla maior infamia, quam fidem rumpere.
4 Quarto punitur tãquã proditor Alex. cons. 13. num. 6. vol. 6. Decian. in tract. Crim. tom. 2. lib. 7. tit. de proditorib. c. 29. num. 23. seq. & in nostris terminis Gerard. Mazzol. in cons. 68. num. 11. per ea, quæ tradunt Ang. Bar. Corn. Paul. de Castr. & Felin. in locis per eum relatis, vbi tamen hoc declarat procedere, quando fides fuisset data alicui Principi, Duci, vel Domino non recognoscenti superiorem, secus si recognosceret superiororem: quia eo casu non incideret per violatam fidem in
5 crimen læsæ maiestatis; vt dicit idem
6 Gerard. in d. cons. 68. num. 26 Sexto in Statu Ecclesiastico frangens verbum incidit in pœnam mortis, & confiscationis bonorũ, & demolitionis domus, si fuerit captus; si vero fuerit condemnatus in contumaciam deberet cum suis solitis vestimentis depingi appensus

sus cum pede vno, capite posteriori cum inscriptione nominis, cognominis, & patriæ, vt legitur in Bannimentis generalibus ęditis de anno 1599. num.42.& in Vrbe Romana per alia

7 bannimenta ædita de anno 1591.nu. 45.& confirmata successiue ab alijs Gubernatoribus punitur pæna vitæ, & confiscationis bonorum, etiam quod pro obseruatione verbi non fuerit data aliqua fideiussio, vel apposita aliqua pæna, vt de eisdem pænis mentionem etiam facit Farinacc. q. 107. art. 6. num. 69. 70. de var. & diuers. crim.

8 Nisi tamen dicta fides, vel verbum de non offendendo, datum fuisset per metum; quia tunc tale verbum non afficeret iuxta illud: non stant fœdera facta metu Mars. in tract. Bannit. in verb. seruatis seruandis num. 18.& ibi allegat Bald. in rub. de contrau.inuestitur.in vltimis vcibis, qui dicit quod vox Prętoris dicentis: quod metus causa gestum est, ratum non habeo, fit vox DEI Idem Marsil. in consil. 125. num. 23. imo de iure punitur cogens ad pacem, vt dixi in prima parte de pace.

9 Item contraueniens fidei vbiq. potest puniri, & omnibus beneficijs priuatur late Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 102. nu. 8.

10 Sed quia in fide, vel verbo iuxta formam styli Curiæ Romanę, de qua dixi supra in hoc §. quæst. 2. num. 7. apponuntur illa verba, (*& facendo il contrario prometto farne quel resentimento che conuiene all'honor mio*) dubitari contingit an data contrauentione verbi, verbum recipiens propria auctoritate contrauenientem punire possit; & si velimus inhærere cortici verborum, videtur ei collata facultas coercendi contrauenientem, eoq. maxime cum dicta fides cum illis uerbis recipiatur in iudicio a superiore, uel

11 Ministro Iustitię iudicialiter; & calor Iudicij magnum effectum producat, ut late per Marsil. sing. 398. calor Iudicis, ubi se remittit ad ea, quę latius posuit in rub. de probat. col. 19. & col. 20. late Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 23.

12 num. 2. dicit quod in criminalibus prorogatur iurisdictio; dummodo interueniat consensus Iudicis loci, & ibi cōcordantes allegat: Sed uere sensus dictorum uerborum non est iste, nec ita uerba præfata interprętari debent; cū si talis interprætatio admitteretur, sequeretur, q animaduersio in delinquētē concederetur priuatę personę, & par

13 tes possent prorogare iurisdictionem in priuatum in materia criminali; quod nullo modo admittitur Abb. in cap. si diligenti num. 4. de for. compet. Imol. in cap. P, & G, num. 48. de offic. deleg. ubi de communi, Iul. Clar. quæst. 42. num. 2. qui etiam de communi testatur, & Decian. in d. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 23. qui licet dixerit supra sub num. 2. in eodem cap. 23. quod admittatur prorogatio etiā in criminalibus, dato consensu Iudicis loci; tamen declarando recte istum articulum, dicit in criminalibus posse prorogari iurisdictionem, concurrentibus quibusdam qualitatibus per eum assignatis; & inter alias sub num. 3. ponit istam qualitatem, ut ille, in quem fit prorogatio habeat prius talem iurisdictionem, ut punire possit similia delicta; idem uoluit Marsil. in Pract. crim. §. expedita num. 67. Et ideo uerus sensus sit illorum uerborum, ut ille Dux, Marchio, Capitaneus, uel persona nobilis, seu Illustris debeat desumere uindictam uia ordinaria, & Iudiciaria penes Gubernatorem Vrbis uel alium Iudicem, coram quo fuit dicta fides producta; & curare pro suo honore fractæ fidei, ut procedatur contra delinquentem ad debitas pænas; quia promittens aliquē defendere intelligitur de iure, ac de facto tueri nempe ea facere quæ facti sunt, ut assistere in iudicio testes producere

ducere expensas soluere,&alia similia in facto consistentia expedire,ut in terminis post Dec.in l.non uidetur. num. 6.ff.de reg.Iur.Ias. in. l. stipulatio ista num.14.ff.de uerb.oblig.& alios quos allegat declarat Iacob.Nouell in trac. ad defensam num. 3.

Quæst. IX.

Verbum, vel fides data de non offendendo an spiret morte illius, qui fidem recepit, & verbum dedit.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,vel fides data, & recepta per aliquem de non offendendo, extinguitur per mortem recipientis.*

2 *Contrariam opinionem tenet Author.*

3 *Beneplacitum quando extinguatur morte,distinguitur an sub nomine proprio,vel sub nomine dignitatis fuerit concessum.*

4 *Verbum redactum in scriptis,& in Iudicio exhibitum non extinguitur morte illud recipientis.*

5 *Beneplacitum in respicientibus publicam vtilitatem morte non extinguitur.*

6 *Voluntas redacta in necessitatem, vel solemnitatem Iuris non extinguitur morte.*

1 CVM tale uerbum receptum per aliquem Marchionem, uel insignem aliquam personam sit solum loco assecurationis, uel fideiussionis, quam quis assumit quod partes non se offendent ad inuicem, uel quod una non offendet alteram, morte illius recipientis, talem assecurationem vel verbũ erit extinctum Abb.cons.90.col.1.ante num.1. Aug. Bero.in cap. si quis presbyter nu. 46. de reb.eccl. non alien. Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit par. 2.conclus. 12. & 45.& Azon. in summ. C. quand.Tut.uel Curat.n 4. dicit quod omnes curę morte illas recipientis soluuntur: idem uidemus quod suspensio facta ad beneplacitum alicuius extinguitur morte illius Marsil.in l.finali num.41.ff.de quæst.& omnis uoluntas per mortem soluatur cap. si gratiose de rescript.in 6.Gozzad.cons.22. num.26.Fulgos.in l. more num. 25. ff. de Iurisd.omn.Iud.& quia etiam promittens desumere uindictam in euentum contrauentionis uerbi illius morte extincta sit, cum uindicta morte soluatur Bal.in l.fin.q.6.C. de iur. delib.Rip.in l.fin. num. 236.C.de reuoc. donat.

2 Sed forsan posset dubitari huiusmodi uerbum, uel assecurationem non esse sublatam per mortem recipientis assecurationem,quando fuit pręstita per aliquem,non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis, quam ipse habebat: Quam difficultatem attingit Seb.Med.in eod.tract.mors omnia soluit par.2.conclus. 12.& latius tradunt

3 Doct.in materia beneplaciti, vt si fuerit aliquid concessum ad beneplacitũ alterius, & tunc distinguitur,aut fuerit concessum sub nomine proprio, aut sub nomine dignitatis;& in primo casu morte extinguatur per finitam dignitatem in personam illius; in secundo casu sub nomine dignitatis transeat ad successorem per ea, quæ late tradunt Menoch.de arbitr.cal.69.num.7.lib.1. Masca.de prob.in uerb. beneplacitum conclus. 188.num. 1. Ruin. cons. 104. uol.4.per tot. Couar.lib.3.uar. resol.c.

4 15. num. 2. Sed magis augetur difficultas quando assecuratio desumpta per istam personam nobilem fuit redacta in scriptis, & exhibita deinde in iudi-

iudicio, vt tunc per mortem illius verbum non dicatur extinctum ex duplici ratione, & prima quia vertitur publica vtilitas, vt substineatur assecuratio, ne partes deueniant ad arma, ne sequantur delicta, & quies publica turbetur per ea, quæ tradunt Bal.consl. 145. in
5 princ.lib.2.Decian.respon.38.n.6.lib. 2.Socc.Iun.consl.103.vol.3.& in respicientibus publicum fauorem, & Reipublicę vtilitatem etiã beneplacitũ morte concedentis non extinguatur, vt declarant Menoc.in d.q.69.n.8.lib.1. de arbitr.Mascar.de probat. in dicto verb. beneplacitum concl.188.nu.5.Claud. Bertazz.in addit.ad patrem consl.22. in litera B, in fin.lib.1. vbi loquitur in crimine falsi, in quo versatur fauor pu
6 blicus, vt puniatur; & quia etiam ista voluntas recipientis verbum non permansit in nuda, & simplici voluntate, sed fuit redacta in necessitatem, vel solemnitatem iuris; & ob id ex fictione eiusdem Iuris morte illius non extinguatur, vt bene, & late declarat Claud. Bertazz. in addit.ad patrem consl.23. in litera A, vers.verũ hoc procedit, vol. 1.&ibi in specie respõdet ad Seb.Med. in d.tract.mors omnia soluit par.2.d. concl.n.2.dum voluit voluntatem morte extingui per ea, quæ tradunt Anan. consil.19 & Botel.de compromiss.§.2. gloss.4 nu.131.& seqq. inquiens, quod in his, quę sunt iuris nunquam extinguitur voluntas, siue tertius loquatur, siue Iudex, siue Princeps. Eoq. magis augetur ista difficultas; cum etiam illi carcerati, ad quorum fauorem fuit desum ptũ verbũ promittunt etiã in actis in productione scripturę obseruare dictũ verbum, nec aduersarium offendere: adeo quod nec per contrariam voluntatem, neq. per mortem recipientis verbum illa voluntas redacta ad solemnitatẽ iuris extinguatur, sed ex eadẽ Iuris fictione conseruetur ad tradita per Clau.Bertaz.d.consl.23. cũ cuius opinione pertranseo, & ei toto pectore adhæreo, eoq. maxime quia priuatus promittens defensionem intelligitur promisisse de Iure, & non de facto Ancha. consl.87.nu.3.Card.Tusch.tom.6.conclus.1508.nu.1.Iacob.Nouell.in tract. ad defens. nu.3.

Quam obligationem de non offendendo, & declarationem dati verbi Curia procurare debet ab ipsis principalibus, ne obijci possit in euentum contrauentionis, quod illa persona nobilis ex se ipsa verbum dedit, & non potuit promittere factum alienum ad incurrendas pęnas bannimentales per ipsos principales, & quod ipse carceratus nõ habuerit scientiam de illo verbo dato per tertium, prout in dubio pręsumitur vt superius dixi in q.6.

§. III.

DE CAVTIONE De non offendendo.

Quæſt. I.

Cautio de non offendendo quid ſit, & quomodo deſcribatur, & quando fuerit inuenta.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo quid ſit, & quomodo deſcribatur.*

2 *Cautio de non offendendo eſt de Iure ciuili, naturali, & Diuino.*

3 *Cautio de non offendendo fuit inducta ex quadam conſuetudine.*

4 *Cautio de non offendendo quotuplex ſit.*

5 *Cautione præſtita ex conuentione, ſi fideiuſſor efficiatur non ſoluendo non tenetur iterum fideiubere, ſecus ſi fuerit data iuſſu Prætoris.*

1 PROMISSIO de non offendendo difinitur, ſeu potius deſcribitur, vt ſit ſecuritas quędam, quę fit modo rebus, modo perſonis arbitrio Iudicis, quandoq. pręcedente aliqua cauſa, & quandoq. nulla, ſed ſolum ad obuiandum futuris rixis, & ſcandalis, ſecundum Beníntend. deciſ. 65. nu. 18 & Petr. Cabal. in q. crim. caſ. 191. nu. 59. in princ. vel deſcribitur, quod ſit legitimum præſidium, quod iuſte timenti iniuriam ſibi inferri ad ipſius inſtantiam, vel ex Officio Præſidis, ne partes ad arma, & rixam procedant præſtari ſoleat, Gulielm. de Cun. in l. denunciamus C. de his, qui ad Eccleſ. confug. quem ſequitur Bar. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de Offic. Pręſid. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 1. nu. 1. & 2. Vulpell. in tract. de promiſſio. q. 73. num. 3. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. num. 1. Hier. de Mont. q. 7. num. 1. 2. Petr. Caball. in d.
2 caſ. 101. nu. 59. & Magon. deciſ. Lucen. 100. nu. 1. ſeqq. dicit, quod eſt remediũ ordinarium, cum per eam quies publica, & priuatorum concordia conſeruetur, & reſpicit ius naturale Riminal.
3 Iun. conſ. 442. num. 40. vol. 4. Et fuit ex quadam conſuetudine per Præſides, Regentes, & per Magiſtratus inuentus iſte modus pręſtandi cautionem, ne populi ad Arma, & rixas deueniant, prout illos in ſua iuriſdictione compeſcere poſſunt l. ęquiſſimum ff. de vſufr. & teſtatur Hier. de Mont. in d. q. 7. nu. 2. & q. 8. nu. 4. ſeqq. late Hortenſ. vernat. in quodam ſuo reſponſo dato iuſſu Priorum Peruſiæ nu. 4. & 5. de anno 1587. quod reſponſ. inſeritur poſt quemdam Apologiam Corn. Beninc. in ead. materia editam pro intereſſe Reipublicæ, vt pax, & quies publica priuatorum concordia conſeruetur. Herculan. de caut. c. 1. n. 6. Bertazz. conſ. 148. nu. 12. vol. 1. & conſ. 536. nu. 4. vol. 2. & idem Hercul. in d. c. 1. ſub n. 23. ſeqq. quęrit
4 an hæc cautio ſit Prætoria, an Iudicialis, an conuentionalis, an cautionalis, an cõis, & ibi etiam ponit differentias, & effectus cuiuslibet prædictarum ſtipulationum, & late idem Hercul. in d. tract. de caut. c. 2 n. 5. & ſeqq. & in c. 3. n 23. dicit quod cautio non ſolum eſt de iure ciuili, ſed etiam Diuino; ſed illa omnino differentia notanda eſt, quod
5 qui cauit ex conuentionali dando fideiuſſorẽ, ſi poſtea efficiatur non ſoluẽdo nõ teneatur iterũ cauere, ſecus qui cauit ex Prętoria, quia tenetur iterũ cauere, cũ adhuc ſubſit obligatio ex lege

vel

vel æquitate de quo dicā late infra q. 29. ac diuiditur etiam in quatuor genera, vt puta a re rei, a re personę, a persona rei, & a persona personę, de quibus late per Hercul. de caut. cap. 2. per totum Mascard. de probat. conclus. 1136. nu. 1. vol. 2. vbi subdit quod illa frequentius contingit, quæ debetur a persona personę.

Quæst. II.

Cautio de non offendendo an dicatur fauorabilis, vel odiosa.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo dicitur fauorabilis ante quam præstetur.*
2 *Statutum disponens quod cautio peti possit a patre extēditur etiam ad auum.*
3 *Sed postquam fuit præstita si agatur de pœna incursa dicitur odiosa.*
4 *Cautio de non offendendo etiam postquam fuit præstita ante eius fracturam dicitur fauorabilis.*
5 *Verba cautionis antequam agatur de eius fractura amplientur, vt tollatur occasio delinquendi.*
6 *Secus quando agitur de iam fracta cautione sunt verba interpretanda stricte, & contra se fundantem in eis.*
7 *Promissio facta pro vno nō extēdiur ad aliū, quādo tractatur de eius fractura.*
8 *Cautio non dicitur rupta, si puniatur offendens in domo, si fuerit facta offensio in hospitio, vel in naui.*
9 *Cautio in dubio interpretanda est, vt non sit rupta.*
10 *Fiscus tenetur clare ostendere cautionem de non offendendo esse ruptam.*
11 *Quod magis procedit quādo agitur contra tertiū fideiussorē pro delicto alterius.*
12 *Præsumptio, vt non censeatur rupta deuoluit vnus probādi cōtrariū in Fiscū.*
13 *Argumentum de pace ad cautionem, & è contra quando valeat.*

1 RESOLVTIO vera est in ista quæstione, quod dum tractatur ab initio de danda hac cautione, vt sit fauorabilis, cum per eā occurratur maleficijs: & ideo respectu finis, & sic securitatis sit fauorabilis Bertazz. cons. 148. num. 12. vol. 1. cons. 536. nu. 4. lib. 2. Farinac. cons. 62.
2 n. 3. † & sic stante statuto, quod pater possit petere cautionem pro filio, extenditur ad auum. Hercul. de caut. c. 20.
3 n. 21. † Sed dum tractatur de iam data cautione, & de pæna eius infligenda, vel exigenda, dicatur odiosa, vt late p Hercul. in tract. de caut. cap. 1. nu. 30. vers. quod prçterea, & nu. 31. cum plur. seqq. vbi subdit; quia alium pro alio obligari quid odiosum est, etiam in patre pro filijs ex traditis per Deci. & Alex. in locis per eum allegatis Moder. Rom. Farinac. in tract. de var. & diuers. crim. q. 107. art. 31. nu. 397. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 145. 1. 2. 3. late Mascard. de probat. concl. 1136. num. 12. seqq. & nu. 40. in fin. vol. 2. Honded. cons. 103. n. 7. & 41. vol. 1. Farinac. cons. 62. nu. 3. Hercul. de caut. c. 19. n. 9. & cap. 34. n. 1. seqq. vbi sub n. 6. dicit; & ita si dubitetur, an aliquis sit agnatus, vel comprçhensus in cautione ante commissum delictū, pronunciandū est, esse coniunctum, vel compræhensū.
4 Sim. de Pret. cons. 188. n. 10. seq. † Et etiā postquam fuit præstita cautio ante offensam sequutam, fieri debet interpretatio ad fauorem cautionis, quādo verba sunt dubia, an in ea aliqua per-
5 sona comprçhensa fuerit, quia † vt tollatur occasio delinquendi verba illa dubia sunt interpretanda, vt illam personam compræhendant, vt post Hercul. in tract. de caut. d. c. 31. seqq. & in c. 20. & c. 21. & in cap. 33. nu. 1. seqq. firmat d. Moder. Roman. in d. q. 107. art. 31. nu. 397. vers. vbi amplius.
6 Hinc infertur, quod quando agitur de illius fractione, ac incursu pęnæ, &

eius contrauentione, verba sunt proprie, & stricte interpretanda, & contra fundantem se in illis; & sic non latam, sed strictam recipiant interpretationē ad exclusionem pœnę vulg. l. veteribus ff. de Pact. Nicol. Mor. in terminis cautionis in tract. de treug. & pac. q. 42. n. 1. seq. vbi firmat, ꝙ in stipulationibus pœnalibus nō fiat extēsio de persona ad personā, aut de tēpore ad tēpus. Hier. Gabr. cons. 182. n. 5. & nu. 6. lib. 1. etiam dicit quod in istis stipulationis nunquam subintelligitur persona non expræssa. Hercul. de cautio. de non offen. cap. 19. nu. 9. latissime Honded. consil.
7 103. nu. 32. vol. 1. vbi alios allegat† & promissio facta pro vno non dicitur facta pro alio, Crauet. cons. 300. num. 7. seqq. lib. 3. cons. 470. num. 11. seqq. lib. 4. Moder. Farinacc. in d. quęst. 107. n. 399. seq. vbi tamen inculcatę adduxit Doct. loquentes de materia pacis cum Doctoribus loquentibus de cautione de non offendendo: de quo late etiam dixi supra in prima parte de pa-
8 ce quæst. 43. † Et sic si quis puniatur offendens in domo non habebit locum si offendat in hospitio Hercul. de caut. cap. 19. num. 19. nu. 5. vbi quęrit etiam & quid si in Naus. & prius in cap. 10. num. 10. & cap. 20. num. 5. vbi quærit an verificetur in scala in Apotecha in hospitio, & Molendino.
9 Et in dubio facienda est interpretatio, vt cautio rupta nō dicatur. Hercul. de caut. c. 33. nu. 5. seqq. vbi per plura exempla, & Regulas hanc opinionem corroborat Alex. cons. 19. num. 2. in fin. lib. 2. Tob. Non. cons. 111. nu. 25. Rimin. Iun. cons. 299. nu. 23. lib. 3. Port. Imol. cons. 313. n. 6. Farinac. cons. 62. nu. 3. Marius Anton. Maceratē. var. resolu. lib. 3. resol. 31. nu. 7. vers. quod confirmatur Hond. cons. 103. nu. 23. vol. 1.

10 vbi subdit† ꝙ ob id Fiscus debet clare ostendere promissionē de non offendendo fuisse ruptā, alias sequi debeat absolutio. etiam si ageretur contra patrem pro delicto filij per ea, quę trad. Corn. cons. 97. nu. 14. vers. & in re dubia lib. 4. idem Honded. cons. 89. num. 55. vol.
11 2. vbi etiam firmat, quod magis procedat, quando agitur contra tertium fideiussorem pro delicto alterius, vt magis fiat stricta interpretatio, & adducit Corn. in cons. 248. num. 4. in fin. lib. 4. Mari. Ant. Maceratē. var. resolut. lib.
12 3. resolut. 31. n. 7. qui etiam dicit quod talis pręsumptio deuoluit onus in Fiscum probandi contrarium sub num. 11. in eadem 31. resolut. & valde conferunt ad hanc quęstionem ea, quæ latius posui supra in prima parte de pace q. 34.
13 Argumentum autem de pace ad cautionem de non offendendo, quādo agitur de illius fractione, & contrauentione valet negatiue, non autem affirmatiue, quia facilius rumpitur pax, quam cautio: ideo si in aliquo casu pax non esset rupta, sequitur, vt multo minus dicatur rupta cautio; sed rupta pace non sequitur, quod sit rupta cautio, & data fractura cautionis dabitur etiā fractura pacis prout communiter Doctor. distinguunt, vt testatur Herculan. de caut. de non offend. cap. 26. num. 14. prout etiam sequitur Modern. Farinacc. de variat. & diuers. crim. quæst. 107. num. 402. & Ideo non est tractanda materia pacis confuse cum materia cautionis, sed penitus est distinguenda, & separanda vna ab altera, nec sunt implicite Doctores loquentes de vna allegandi ad decisionem alterius nisi in quibusdam casibus in discursu istius tractatus exprimendis.

Quæst. III.

Cautionis contractus cuius sit qualitatis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cautionis dicitur correspectiuus, & reciprocus, & vnus non tenetur cauere, nisi alter caueat.*

2 *In correspectiuis cessante vno, cessat, & alterum.*

3 *Aequalitas in pœnis conuentionalibus seruari debet, ne contractus claudicet.*

4 *Cautio ex parte vnius non tenet, si non fuerit data ex parte alterius.*

5 *Aequalitas in cautione de non offendendo est seruanda etiam in summa, vt vnus tantum caueat, quantum alter.*

6 *Quæ opinio magis procedit quando pars quæ cauit protestata fuit nolle teneri, nisi etiam altera pars caueat.*

7 *Et magis procedit si pars aduersa consenserit dictæ protestationi.*

8 *Obligatio non extenditur vltra voluntatem promittentis.*

9 *Conditio nihil ponit in esse, & antequã sit impleta non oritur nec obligatio, neq. actio.*

10 *Clausula non aliter, nec alio modo importat formam.*

11 *Dictio, nisi, inducit conditionem.*

12 *Iudex non tenetur admittere protestationem; quod non intendit se obligare nisi altera pars etiam caueat; sed si fuerit admissa, obligatio pro vna parte facta non valet.*

13 *Protestatio admittitur quãdo datur cautio iussu Iudicis, secus quando datur ex conuentione partium: & ibi vide de ista materia protestationis.*

14 *Cautio præstita per alteram partem non secundum formam cautionis vnius partis, non valet.*

15 *Cautio per vnam partem præstita pro suis affinibus, & consanguineis vsq. ad quartum gradum non valet si per alteram partem fuerit præstita vltra quartum gradum.*

16 *Cautio inæqualis præstita iussu Iudicis substinetur; si ita Iudici visum fuerit; quia ex parte vnius adesset minor timor.*

17 *Cautio inæqualis substinetur quando vna pars erat ditior altera.*

18 *Cautio præstita iussu Iudicis respicit etiam futura; & sic ex noua causa etiam rumpitur; secus in cautione præstita ex conuentione partium.*

19 *Cautio inæqualis substinetur quando altera pars non petyt æqualitatem cautionis.*

20 *Cautio sponte præstita tenet, etiam si altera pars non cauerit, nisi probaret non subesse timorem: quia poterit petere cassari fideiussionem.*

21 *Iudex præcipiens, vt partes caueant, & interim ponat clausulam in præceptis, vt cautiones habeantur pro præstitis per contrauentionem pœna committitur.*

22 *Edictum, vt infra tantum tempus partes veniant ad cauendum, vel ad renouandum cautiones aliàs habeantur pro renouatis valet ac si vere, & realiter dictæ cautiones fuerint præstitæ.*

23 *Contrarium tenent ibi Doctores.*

24 *Conciliantur ibi dictæ opiniones contrariæ.*

25 *Cautionis causa an dicatur ciuilis, vel criminalis, & de eius effectibus.*

26 *Fœminæ in ista materia cautionis recipiuntur.*

27 *Tortura in ista materia cautionis de non offendendo non adhibetur.*

28 *Iudex quis sit competens in materia cautionis, an ciuilis, vel criminalis.*

1 SVO vero ab obligatione promissionis de non offendendo, dicitur contractus cautionis correspectiuus, & reciprocus: cum vnus non teneatur cauere, nisi alter caueat Hercul. de cautio. de non offendend. cap.31.nu.1.seqq. Nicol.Moron. de treug.& pac.q.169.num. 5. seqq.& q. 170.num.2.Farinacc. in tract. de var. & diuers.crim.q.107.art.2.nu. 23.vbi alios allegat Mari.Ant. variar.resolu. lib.3.resolut.31.num.1.seqq.vbi alios concordantes cumulauit, & sub numero quarto firmat, quod ita obseruari testabatur quidam magnus Aduocatus: Io.Ronchal.cons.68.num.2.seqq. tom.2.crim.diuers.vbi late, & testatur ita obseruari in illa Curia, & quod alias ita fuit pronunciatum.Bertazzol. cons.18.num.7.volum.1.& prius dixit in cons.16.num.2.Card.Tusch.tom.1. concl.169.num. 2. & allegat Cæphal.
2 consil. 690. num.6.seq. † cum in correspectiuis cessante vno, cesset & alterum l. etiam §. ex causa ff. de minorib.l. filio mariti ff. de aliment. legat. Mari. Ant.d.resolut.31.nu.2.

3 Et quia in pœnis conuentionalibus debet esse æqualitas, nec contractus claudicare potest, Hercul.de caut.cap. 31.num.6.Farinacc.d.q.107.num.23. versic.non enim iustum videtur, late Vulpell.in tract.de promiss.quæst. 79. num.4.5.vbi refert, quod apud Criminalistas passim rumor increbuerit, non valere cautionem ab vno præstitã simpliciter, donec ab altera quoque non fuerit præstita; cum omnes clamitent quod in contractibus sit seruanda æqualitas. Mari.Ant. Maceraten. dicta resolut.31.num.3.lib. 3. Et ideo si pars contraueniat, quæ cauit non tenetur ad pœnam, Hercu.d.cap.31.num.2. vers.ampliatur, & post eum Farinacc. in d.quæst.107.num.23. vers. quod si
4 Iudex; vbi subdit † quia illius obligatio intelligi debet, prout de iure, & sic adhuc si pars aduersa non cauit, nec etiam tenebit cautio præstita per alteram partem, late Marius Ant. Maceraten.d.resolut.31.in primo dub.

5 Primo amplia istam conclusionem, vt procedat etiam quando vna pars cauit in minori summa, & altera in maiori: quia tunc nec etiam contractus claudicare poterit propter inæqualitatem promissionis, & summæ, sed maiorem pœnam esse reducendam ad minorem summam, vt seruetur æqualitas; vt per Speculat.in tit. de arbitr. §. sequitur num. 47. versic. sed circa hoc quæro, quem refert Vulpell.in tract.de promissio. quæst.79.nu.2.& num.3.late Ronchal.In d.cons.68.num.23.tom. 2.crim.diuers.cum vicissim vtraq.pars obligationem facere debeat ob æqualitatem seruandam.

6 Secundo ampliatur, vt magis procedat quãdo pars vna, quæ cauit protestata fuit non teneri velle, nisi altera pars etiam cauerit; cum protestatio impediat obligationem. Bar. in l. non solum §.morte colum.9.versic.sed ipso actu ff.de oper.nou.nunciat. Deci.in cap.cum.M.Ferrariensis num.27. versic.non obstat si dicatur extra de constitut.late Ioan.Ronchal.in cons.68.n. 4.seq. tom.2.crim.diuers. vbi etiã sub-
7 dit † quod eo magis procedit, quando altera pars consenserit dictæ protestationi, vel si fuit præstita cautio sub fideiussione, vt nõ teneatur fideiussor donec aduersarius cauerit, & præcipue si fuerit addita illa clausula, nõ alias, aliter, nec alio modo, ad late tradita per Hier.Grat.cons.138.num.6.par. 1.vbi
8 firmat † quia promissio non obligat vltra voluntatem promittentium, maxime expresse declaratam per l. obligationum substantiæ §.non satis ff. de actio.& obligatio.l. in conuentionali-
9 bus in fine ff.de verb.obligat.† & quia conditio nihil ponit in esse, sed suspendit promissionem.l.pecuniam l.itaq. ff.
10 si cert.pet.† & antequam sit adimple-

ta

ta conditio non est nata nec actio, nec obligatio aliqua l. cedere diem ff. de verb. signif. l. ita stipulatus ff. de verb. oblig. & quia clausula non aliter importat formam l. de his ff. de transact. & facit deficere consensum promittentium, & ita esse in omnibus, & per omnia, ac si nihil promissum fuisset; vt in terminis etiam respondet Curt. Sen. in cons. 8 col. 2. vt refert Grat. in d. cons. 138. num. 13. & sub num. 14. etiam firmar, quod illa verba non aliter, nec
11 alio modo † vel illa dictio, nisi altera pars cauerit, adeo præcisam mentem promittentis arguunt, vt non patiantur alium intellectum vel sub auditionem, vel adimplementum quam expressum, & multo magis procedit si dicta verba, & dictiones fuerint pluries geminatæ, & Vulpell. in tract. de promiss. q. 81. num. 3. qui licet videatur
12 tenere contrarium, † tamen nescit negare, quod Iudex non debet admittere protestationem, quasi vellet inferre, quod si fuerit admissa obligatio pro vna parte facta non teneat: & in dubio admissa censeatur, si aliter non pronunciatur: vt etiam considerat d. Moder. Roman. in d. q. 107. num. 33. versic. & quidem Vulpell.

13 Sed in ista materia protestationis est dicendum, quod in sponte dante cautionem non sit attendenda protestatio, & si sequatur contrauentio, committatur pœna: In cautione vero data iussu Iudicis operetur protestatio si fuerit a Iudice admissa, vel saltim non reiecta, nisi timor ex parte aduersa fuisset vanus; quia pars esset senex, vel non apta ad offendendum; quia tunc etiam isto casu per contrauentionem diceretur rupta promissio; vt declarat post Vinc. Franch. in decis. 359. per totam par. 2. & Hercul. de caut. d. c. 21. nu. 9. Baiard. q. 47. nu. 22. §. fin. ad Iul. Clar.

14 Tertio amplia, vt etiam procedat, quando altera pars cauit, sed non secundum formam cautionis præstitæ per primam partem, iuxta protestationem factam; vt decidit Io. Ronchal. in d. cons. 68. num. 11. tom. 2. crim. diuers.
15 qui loquitur † quando vna pars promisit pro se, & suis affinibus, & consanguineis vsq. ad quartum gradum, & altera pars non seruauit eamdem formam; sed promisit pro se, & suis affinibus, & consanguineis vltra quartum gradum, & pro omni parentela, etiam habitante extra Dominium, quia nulla obligatio teneret, cuius opinionem Ronchal. veriorem dicit Modern. Roman. Farinacc. in d. quæst. 167. num. 23. versic. cuius contrarium, & credo verius; nec dissentire videtur Hercul. de caut. de non offenden. cap. 31. nu. 5.

16 Primo limita, quando fideiussio fuisset præstita iussu Iudicis, causa cognita: quia vidit ex parte vnius adesse iustum timorem, & ex parte alterius non: quia tunc etiam si cautio fuit præstita per illam partem, contra quam aderat iustus timor, & per alteram partem, in qua cessabat timor, minime præstita fuerit, adhuc si fuerit contrauentum per illam partem, quę cautionem dedit, pœna erit commissa; vt declarat Hercul. in d. tract. de caut. cap. 31. num. 7. seq. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 170. nu. 1. vbi testatur, quod Doctores contrarium tenentes decipiuntur, sequitur etiam Vulp. in tract. de promiss. q. 79. qui sub num. 13. subdit quia cum quis iubente Iudice de non offendendo promittit, non dicitur contrahere, sed inuitus agere, & promittere: & ideo contraueniendo videtur contemnere Iudicem, & ratione dicti contemptus pœna debeatur: vt firmat idem Vulpell. de promiss. q. 81. num. 2. sed Bertazzol. in cons. 18. num. 7. seqq. vol. 1. firmat, quod si fuerit pręstita cautio ex vna parte tantum iussu Iudicis ex abrupto, & non causa cognita; vel si fuerit facta protestatio

ſtatio per cautnem, & fuerit admiſſa per Iudicem, vel ſaltem non reiecta, non valebit ipſa cautio, vt ſuperius dixi in ſecunda ampliat. nec erit iſto caſu proteſtatio parti intimanda; tum quia ante conditionis adimplementum impedit ortum obligationis; tum etiã quia eſt nota Iudici, & Fiſco, ad cuius inſtantiam præſtatur: vt ſentit Bertazzol.conſil.183.in fine, & Farinacc. d. quæſt.107.nu. 23.circa finem, & poſt Vinc. de Franch.deciſ.359.Baiard.ad Iul.Clar.§.fin. quęſt.47.num.17.circa medium.

17 . Secundo limita, quando etiam iuſſu Iudicis fuerit præſtita cautio inæqualis inter ipſas partes, cauſa cognita: quia vna pars, quę maiorem cautionem præſtitit erat ditior altera; quia ſubſtinebitur promiſſio pro vtraq.parte, licet fuerit inæqualis Hercul. de caut.cap.6.num.5.ſequen. Vulpell. in tract.de promiſſ.quæſt.79.num.5.verſic. quibus tamen, & num.10.ſeqq. & reſponſ.2.num.36. & reſponſ. 3. num.
18 10.Farinacci. d. q.107.num.23.† & in cautione præſtita ad inſtantiam partis noua cauſa excuſat; quia reſpicit tantum pręterita; ſecus eſt in cautione præſtita iuſſu Iudicis, quia reſpicit etiam futura, & etiam turbatur per nouam cauſam Herculan.de caution.cap. 16. num.19.vbi dicit hoc eſſe notandum: quia Iudex habet mentem directam, ad quietem Reipublicę, quę ex quauis cauſa turbari poteſt.

19 Tertio limita quando altera pars non petijt æqualitatem cautionis: quia ſi fuerit data inęqualis per vnam partem, nihilominus valebit promiſſio, vt poſt Hercul.Silueſt.conſ.97.n.13. tom.2.firmat Moder.Roman.d.q.107.num.23.in fine.

20 Quarto limita, quando vna pars ſponte cauit confiſa in Iudice, vt faciat alteram partem cauere; quia ſi dicta altera pars noluerint cauere, vel non potuerit, quia abeſſet, pars quæ cauit, non poteſt reuocare dictam cautionem, & ſibi imputare debet, quod dictam cautionem pręſtiterit, vt per Hercul.in tract.de caut.cap.31. n. 10.ſeq vbi tamen ſubdit: niſi iſta pars, quę cauit, probaret non ſubeſſe timorem: quia tunc iuſte poterit petere ſibi caſſari fideiuſſionem: ſed idem Herculan.in cap.21.nu.9. contrarium tenuit; vt indiſtincte qui cauit liberetur ab ipſa cautione iam præſtita.

21 Quinto limita quando Iudex per pręcepta partibus intimata diſpoſuerit interim cautiones haberi pro præſtitis; vt ſcandala euitentur, contrauenientes in pœnam inciderent, vt firmat Herculan.de caut.cap. 5. num. 1. verſ. & ſi præceptum iunetur num. 5. per totum, & num.6.& cap.9.num.1. & cap.42.num.24.in fin. And. Galial. de pac.pub.lib. 1. cap. 2. num. 16. & Vulpell.in tract.de promiſſ.q.81.num. 3.in fin.vbi dicit quod ita in ſtatu Vrbini per illos iuſtiſſimos Principes eſſe ſolitum obſeruari, & ita etiam eſſe per cæteros Principes obſeruandum,
22 vt ſcandala euitentur † & idem voluit Hercul.de caut.cap.21.num. 5. 6.vbi etiam dicit valere bannum quod æditur, vt infra tantum tempus veniant ad cauendum, vel ad renouandum ſecuritates; alias habeantur pro renouatis: quia factum ſuperioris habetur pro facto partis, quando per partem ſtat quo minus fiat ad late tradita per Tiraq.de retract.§.15.gloſſ.2. num.7. & Hercul.de caut.cap.5.num.5. ponit formã duplicem dicti præcepti. Quod certe in toto ſtatu Eccleſiaſtico bene obſeruatur; cum audita per officiales, vel Gubernatores aliqua rixa, ſtatim fiant dicta pręcepta cum clauſula prædicta, vt interim fideiuſſiones intelligantur pręſtitæ, & habeanrur, ac ſi vere, & realiter præſtitæ fuiſſent: quia per eorum contrauentionem pœna dicitur commiſſa ſaltem ratione contemptus Iudicis. Vulpell.in d.q.81.num.2.

per

per ea, quæ tradunt Bal. in l. diem functo C. locat. & Deci. in l. cum proponas num. 2. in fin. C. de pact. Baiard. ad Iul. Clar quæst. 47. num. 21. in fin. Hercul. de caut. de non offend. cap. 21. nu. 4. vbi subdit, quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu ve-
23 ro † licet Marius Ant. Maceraten. var. resolut. lib. 3. resolut. 31. num. 3. vers. & dum Fiscus, & n. 5. sequen. teneat contrarium, inquiens per Iudicem fieri non posse, quod ex tali præcepto contraueniens teneatur ad pœnam, cum non possit induci, neq. fieri, nisi partibus consentientibus ipsa promissio de non offendendo ad inuicem, vbi consensus partiū non interuenit, & non potest fingi, quod interuenerit ex sola Iudicis dispositione: quia cum contractus sint facti l. consilio §. fin. ff. de curator. furios. impossibile est quod Iudices possint inducere per præcepta, quod factum futurum, & nunquam factum censeatur factum, & in terminis allegat Paul. de Castr. in cons. 423. col. fin. nu. 4. vers. præterea vol. 1. & Hercul. de caut. cap. 21. num. 5. etiam videtur annuere quod in præiudicium tertij hęc cautio non procedat.

24 Sed posset limitatio substineri, quod si pœna non debeatur ratione contractus saltim debeatur ratione contemptus Iudicis inducti per contrauentionem pręcepti, iuxta tradita per Vulpell. d. quęst. 81. num. 2. Si vero recusent dare dictam cautionem an sint partes reijciendę a Ciuitate; Iul. Clar. d. quęst. 47. num. 3. dicit quod non, quia non erit consultum ne scandala oriantur, sed erunt dictę partes carcerandę, vt firmat Baiard. ad Iul. Clar. d. q. 47. n. 21. in fine, & n. 22. & ego alias dixi in prima par. de pace, & latius dicam inferius.

25 Item fuit dubitatum an causa promissionis de non offendendo dicatur ciuilis, vel criminalis; & cum ipsa pœna deberetur Fisco applicari, videbatur dicendum causam esse criminalem gloss. & Doct. in l. 3. ff. de Sepulchr. violat. Iul. Clar. q. 1. §. fin. num. 1. Mascard. de probat. conclus. 463. num 1. concl. 772. num. 9. vol. 1. vbi de communi, Eugen. cons. 60. n. 12. Rimin. Iun. cons. 336. num. 1. vol. 3. In contrarium est veritas, vt hęc cautio, siue eius exactio inter causas ciuiles connumeretur, cū omnes promissiones a contractu dependentes dicantur ciuiles, vt post Corn. & Grat. tradit Hercul. in tract. de caut. q. 1. n. 29. Baiar. in §. fin. quæst. 1. num. 10. in addit. ad Iul. Clar. & cum hac opinione videtur transire Farinac. cons. 40. num. 26. vbi concordantes allegat. Bertazzol. cons. 280. num. 6. volum. secundo vbi etiam allegat Cor. & Grat. & Petr. Calefact. cons. 86. num. 2. seq. tom. 2. crimin. diuers. vbi infert ad plura, vt dixi in prima parte de pace in q. 85. num. 16. & Herculan. in d. q.
26 1. num. 26. etiam infert. † quod in ista materia cautionis fœminę in testes recipi possent, & in defectum semiplenæ probationis deferri posse iuramen-
27 tum † Item quod non possit in ea ad torturam procedi. Et idem firmat in cap. 30. num. 35. seqq. vbi docet quomodo Iudex se habere debeat isto casu. Item quod banna, quæ quotidie fiunt, quod supra quinquaginta scutos adhiberi possit tortura in causis crimi- nalibus non procederent in cautione,
28 cum non sit causa criminalis † Et quod Iudex maleficiorum non possit de ea cognoscere, sed Ciuilis: qui Herculan. sub nu. 30. dicit quod si inuenisset aliquem, qui in specie præfata asseret, audacius hoc affirmaret, sed quia ratio supradicta ita suadet; ideo audet, & ipse hoc affirmare, licet deinde subdat, quod vidit per Iudices prorumpere contra posita per eum; & ideo reliquit super hoc esse cogitandum. Ego autem puto posse dici quod si pœna conuentionalis totaliter esset applicanda parti obseruanti, tunc procedat opinio Her-

Hercul. quia vere, tam respectu principij, cum descendat a conuentione, quã respectu finis, quia parti obseruanti applicatur, causa dicatur mere ciuilis. secus quando pęna esset applicanda Fisco, & tunc saltem respectu finis causę, propter quam Fisco erit applicanda causa dicitur criminalis, & post alios, quos allegat firmat Rimin. Iun. consil. 336. num. 31. vol. 3. Magon. decis. Lucen. 91. num. 3. & hanc distinctionem amplecti videtur Baiard. ad Iul. Clar. in §. fin. quæst. 47. num. 47. Mascard. de probat. concl. 463. num. 2. 5. volum. 1. vbi tenet siue causa descendat ex delicto, siue ex contractu, quando agitur ad commodum publicum causa dicatur criminalis, & successiue posse cognosci per Iudicem criminalem, prout vere hic in Curia semper obseruatum fuit, & si aliquis Iudex ciuilis vellet se ingerere in cognitione dictæ pænę conuentionalis esset res noua in Curia, & non admitteretur.

Quæst. IV.

Cautio, vel promissio de non offendendo in quibus differat a pace, treuga, & verbo dato alicui personæ nobili.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo dicitur tertium genus inter pacem, & treugam.*

2 *Promissio de non offendendo magis similis dicitur treugæ, quam paci.*

3 *Promissio de non offendendo, differt a verbo, seu fide de non offendendo, sed magis conuenit, verbo, fidei, securitati, & saluæ guardię, quam paci, & treugę.*

4 *Promissio de non offendendo differt a treuga: quia statutum loquens de treuga, & pace non habet locum in cautione.*

5 *Argumentum de cautione ad pacem, & ad treugam quando valeat, & ê contra.*

6 *Cautio quoad conuentionem est similis paci; quia in ea non admittitur, conuentio non debeat præstari cautio, sicut non admittitur, vt pax fieri non possit.*

7 *Cautio potest recipi etiam in diebus feriatis.*

8 *Statutum loquens de pace rupta non habet locum in cautione, nisi in pace, vel treuga esset præstita talis cautio.*

1 PROMISSIO de non offendẽdo tertium genus dicitur a pace, & treuga; quia illa etiam partibus inuitis præstatur, si Iudici videbitur, & istæ duę sponte fiunt; & propterea de vno ad aliud argumentum non est perpetuum late Hercula. de caut. de non offend. cap. 15. num. 1. Vulpell. in tract. de promiss. q. 73. num. 1. & 2. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 101. num. 60. Moder. Roman. d. q. 107. num. 89.

2 Bene verum est, quod est magis proxima, & similis treugæ, quam paci. Iul. Ferret. de re milit. tit. de ferijs nu. 127. Hercul. de caut. cap. 15. nu. 3. Petr. Caball. d. cas. 101. num. 61.

3 Item differt a verbo, vel fide data alicui de non offendendo tertium, cum istud verbum detur sponte, & cautio coacte per Iudicem; sed magis conuenit verbo, vel fidei, seu securitati vel salue guardię Herculan. de caut. c. 15. num. 4. sed in allegatione nouæ causæ ad excusandum a pæna conuentionali omnes ampliationes, declarationes, & interpretationes, quæ admittuntur in pace,

pac. & treug. admittuntur etiam in cautione, vt firmat Pett. Caball. in d. cas. 101. nu. 63. circa fin. vers. & recepit.

4 Item differt a pac. & treug. quia statutum de eis loquens non habet locum in cautione. Hercu. de caut. cap. 15. nu. 4.

5 In reliquis autem, quando agitur de eius fractione, argumentum de pace ad cautionem valet nagatiue, secus affirmatiue, cum facilius rumpatur pax, quam cautio: Ideo si in aliquo casu dicatur pacem non esse ruptam, sequitur quod multo minus erit rupta cautio; sed rupta pace, non sequitur in eodem casu esse ruptam cautionem; sic è contra, data fractura cautionis, dabitur etiam, & multo magis in eodem casu fractura pacis: sed non sequitur cautio nō est rupta, ergo non est rupta pax, vt de communi Doctorum voto testatur Hercul. in tract. de caut. cap. 26. n. 54. & sequitur Moder. Rom. Farinac. d. q. 107. nu. 402.

6 Sed quoad conuentionem, & pactum conueniunt pax, & cautio, quia non valeret pactum de cautione non petenda, vt per Hercu, c. 50. n. 23. prout non tenet pactum, vt non possit fieri pax, vt dixi in prima parte de pace.

7 Item potest recipi, & præstari in diebus feriatis late Hercul. de caut. c. 3. n. 12. seq. sicut ipsa pax, & sub. n. 14. seq. dicit quod potest recipi etiam de nocte, & ibi redditur actiones.

8 Et quoad pœnam statuta loquentia de pace rupta non procedunt, neq. locum habent in cautione de non offendendo. Hercul. c. 15. nu. 4. nisi forsan in pace, aut treuga etiam esset præstita talis cautio, quia tunc non potest talis cautio frangi quin frangatur pax: & propterea pro fracta cautione intrat etiā pœna pacis ruptæ, aliter secus, vt post Hercul. de caut. de non offend. c. 15. nu. 4. cap. 31. n. 19. Flam. Cart. in tract. de execut. sent. cap. 1. nu. 309. & Modern. Rom. Farinac. d. quæst. 107. num. 89.

Quæst. V.

Cautio de non offendendo quando sit præstanda ad instantiam partis, & quomodo Iudex in ea, se habere debeat.

SVMMARIVM.

1. *Cautio de non offendendo imploratur per Officium Iudicis ab altera parte, vt præstetur.*
2. *Cautio de non offendendo potest obtineri, vt non offendatur in persona, & in bonis.*
3. *Mandatum speciale requiritur ad petendam cautionem.*
4. *Cautio de non offendendo potest peti etiam ab eo, qui dedit causam offensionis.*
5. *Cautio potest peti, vt non offendatur etiam in bonis.*
6. *Cautio de non offendendo potest peti etiam quando dubitatur quod possit euenire iustus timor, licet adhuc non euenerit.*
7. *Iudex requisitus ad cogendum partem ad præstandum cautionem, teneretur in sindicatu, & peccat si illam non cogat.*
8. *Pars, quæ instat sibi dari cautionem debet prius præstare dictam cautionem secundum communem obseruantiam.*
9. *Cautio nulliter præstita debet iterum præstari.*
10. *Cautio præstita per vnam partem Iudex considerare debet si fuerit præstita calumniose; quia bene scit alteram partem non posse cauere, vel saltim in illa quantitate sed illam præstitit vt altera pars mittatur in exilium,*

vel detineatur carcerata.

11 *Iudex non debet statim ad instantiam partis cogere alteram partem ad cauendum.*

12 *Forensis quomodo cogi possit ad præstandam cautionem.*

1 SI aliquis timeat offendi ab altero potest implorare officium Iudicis, vt compellat illum ad præstandam cautionem de non offendendo Ias. in l. si super possessione num. 6. C. de transact. & late Ant. Gomez var. resolut. tit. de Iniur. num. 16. Petr. a Plach. Epithom. delict. lib. 1. cap. 7. num. 1. vbi concordantes allegat, & testatur de receptissima opinione. Idē testatur Iul. Clar. q. 47. num. 2. vbi dicit etiam, quod non debet relaxari a carceribus nisi præstita cautione. Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 3. num. 1. vbi etiam alios adducit Melchior Facin. cons. 78. nu. 15. & seqq. tom. 1. crim. Vulpel. in tract. de promiss. q. 73. num. 3. Bertazzol. consil.
2 148. nu. 1. 5. 6. vol. 1. † qui dicit, quod potest obtineri ab eo, qui timet offendi in personam, & etiam in rebus, late Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 6. num. 16. vbi in specie dicit, quod si ad Iudicem spectat purgare Prouinciam malis hominibus post commissum delictum, eadem ratione debet obuiare, ne delicta committantur Modern. Roman. Farinacc. consil. 46. num. 26. in fine. Hier. de Mont. quæst. 7. sub nu. 2. Bertazzol. cons. 148. num. 1. volum. 1. Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 2. vbi de receptissima opinione Vulpell. de pac. q. 73. n. 3. Sim. de Pret. cons. 187. n. 10. Card. Tusch. tom. 6. concl. 169. nu. 1.

3 Sed ad petendam huiusmodi cautionem requiritur speciale mandatum vt post Alex. in cons 78. col. 1. in fin. volum. 5. testatur Baiard. ad Iul. Clar. q. 47. nu. 9. §. fin. Herculan. de cautio. cap. 49. num. 10. licet in cap. 6. sub nu. 12. circa princ. contrarium videatur tenere.

4 Et in tantum est verum, vt etiam sit præstanda cautio de non offendendo illi, qui causam timoris præstitit Rip. in rubr. de damn infect. quæst. 6. num. 21. Ias. in l. si super possessione num. 6. vers. & istud procedit C. de transact. Herculan. de caut. cap. 3. num. 4. vers. sed pone §. fin. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæst. 170. nu 7. Ant. Gomez tit. de delict. cap. 6. num. 6. versic. quod notabiliter, Bertazzol. cons. 148. num. 9. vol. 1. & cons. 536. nu. 4. vol. 2. late disputat hunc articulum Herculan. de caut. cap. 6. num. 14. qui tandem relatis fundamentis pro vtraque parte, dicit esse communem opinionem, vt etiam ad instantiam illius, qui fuit causa inimicitiæ teneatur pars cauere per rationes per eum ibi allegatas.

5 Ac etiam est præstanda dicta cautio, ne quis offendatur in bonis l. fin. ff. de offic. procur. Cæsar l. si seruus C. quod cum eod. Ant Gomez tit. de delict. cap. 6. num. 16. vers. quinto facit; Bertazzol. consil. 148. num. 1. volum. 1. & ad quam iacturam extendatur dicam infra q. 62.

6 Imo potest peti, quando dubitatur quod possit euenire iustus timor, licet adhuc non euenerit post Paris. cons. 99. lib. 3. Herculan. de caut. c. 50. num. 30.

7 Et si Iudex requisitus a parte, quæ timet offendi nō cogeret eum, de quo timetur ad præstandam cautionem, diceretur denegare iustitiam, & peccat, & tenetur ad omnia damna, & Interesse, in Sindicatu, vt post Rip. respons. 9. tit. de diuers. rescript. tenet Herculan. in tract. de caut. cap. 5. num. 9. circa fi. & cap. 50. sub num. 32. vers. Quero an officialis, & idem voluit cap. 3. num. 5. & sequitur Farinacc. in quæst. 107. nu. 15. in Curia Romana quid sit dispositum per statutum videatur lib. 2. cap. 29 in

29. in fin. & tale remedium imploratur a Iudice per eius Officium Doct. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Pręsid. & in l. qui bona §. si quis iuxta, & §. si quis quia, vbi Modern. ff. de damn. infect. decis. Tholos. 489. & ibi late Aufre. in addit. Claud. Bertazzol. ad patrem consil. 148. in litera A, in princip. Sed Herculan. de caut. capit. tertio num. 5. in fin. dicit quod si date, vel non dare cautionem produceret scandalum, excusabitur Iudex si coegerit, vel non coegerit.

8 Sed est animaduertendum, quod illa pars, quę instat per alteram partem caueri de non offendendo, vt prius ipsa caueat, alias altera pars non tenetur cauere per illam regulam, quod petens sibi aliquid fieri, non prius audiatur, nisi prius ipse impleuerit ea, quę sunt per alium facienda, per tex. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Ias. in l. si super possessione sub num. 6. versic. & si tu petis C. de transact. & late post alios, quos allegat Herculan. in tract. de cautio. capit. 1. num. 1. seqq. vbi sub num. tertio respondet contrarijs, & sub num. quarto testatur de communi obseruantia, Cephal. consil. 690. num. 5. seq. & per totum consil. Cappell. Tholosan. decis. 489. vbi adden. Cardinal. Tuschus tom. 1. in verb. cautio conclus. 169. num. 2. Et statim quod ille, qui petit cautionem ab altero, ipsam præstitit, alter tenetur etiam illam pręstare, Herculan. de caution. cap. 6. num. 5. in princ. qui Herculan. sub num. 6. declarat dũmodo ex altera parte subsit timor, alias non teneretur ad eãdem cautionem pręstandam, quam declarationem prius fecit Ias. in d. l. si super possessione nu. 6. versic. nisi ex vna parte, licet subdat de communi consuetudi-
9 ne in contrarium: Ac etiam si nulliter quis cauerit, debet iterum Iudex cogere ad legitime cauendum post Bal. in l. quoties ff. qui satisd. cog. Herculan. de caut. cap. 50. num. 32. sed Hercu-
10 lan. docet, vt Iudex perpendat, si ille petat cautionem ab altero, quem bene scit ob eius paupertatem non posse cauere, & maxime in illa summa, in qua ipse, qui cauit dedit cautionem; & hoc ad effectum, vt ille pauper non inueniens talem cautionem, vel detineatur in carceribus, vel in exilium mittatur, prout vidi multoties per potentes instare contra pauperes ad effectum illos pauperes opprimendi: & ideo Iudex debet esse circumspectus, vt recipiat cautionem a paupere iuxta illius diuitias, & qualitates; & idẽ Hercul. de caut. cap. 36. nu. 26. dicit etiam quod si partes discordent circa formã vel modum, & quantitatem debet ipse ex officio iuxta qualitatẽ negocij vel personarum prouidere prout ego semper ad hoc ius dicendo animaruerti, etiam admittendo, vel cautionem iuratoriam, de qua dicam inferius, vel data fide alicuius personæ Nobilis de nõ offendendo, vt dixi supra in hac 2. parte §. 2.

11 Sed an statim ad simplicem partis instantiam Iudex teneatur compellere alteram partem ad cauendum dicam infra in q. 7.

12 Nisi fuerit pars, a qua petitur cautio forensis in loco; quia non tenetur suo inimico timenti de eo satisdare, nisi diu moratus fuerit in loco, vbi est inimicus. Felin. in rub. de treuga, & pace. in 4. declarat. Marsil. in l. fin. num. 120. seq. ff. de Iurid. omn. Iudi. Cardinal. Tusch. conclus. 169. num. 12. tom. 1. Add. ad Iul. Clar. in quęst. 47. in litera A, versic. quid de inimico forensi, Ias. in l. si super possessione num. 6. versic. limita prædicta C. de transact. sed poterit implorare officium Iudicis, quod petat ipsum defendere, & præstet sibi familiam, quem associet. Ias. in d. l. si super possessione num. 6. versic. item qui timet, & vide late Melchior.

Aa de

de Facin.conf.78.In 2.dub.1.vol. Zilett.diuers.vel reijciat ipsum forensem a Ciuitate, vel loco petentis cautionem, si adesset iustus timor Iul.Clar.q.78.sub n.3.§.fi.sub cōminatione grauis pœnæ, vt late dicam infra in quæst.13.

Quæst. VI.

An Iudex nulla parte instante possit ex officio cogere illas ad cautionem præstandam.

SVMMARIVM

1 *Iudex ex officio non potest compellere aliquem ad præstandum cautionem.*
2 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct.*
3 *Quæ contraria opinio est à consuetudine recepta.*
4 *Iudex potest etiam compellere absolutum, vel condemnatum ad præstandam cautionem de non offendēdo querelantem, exploratorem, & testes examinatos contra eum.*
5 *Iudex potest compellere ad cauendum etiam sub pæna priuationis Officij, & Iurisdictionis.*
6 *Iudex potest dare in Custodiam alicui potenti petentem assecurari, quæ custodia appellatur salua guardia.*
7 *Salua guardia habuit originem ab initio mundi.*
8 *Salua guaria conceditur etiam generaliter, vt non offendatur a populo, vt si quis Iudeus, vel Turcha effectus esset Christianus, & timeat offendi itinerando per orbem.*
9 *Saluam guardiam frangens vbi pæna non est determinata puniretur pæna extraordinaria.*
10 *Salua guardia cessat, vbi cessat causa, propter quam fuit data.*
11 *Saluæ guardiæ tempus quantum duret.*
12 *Salua guardia non conceditur nisi a Papa, Imperatore, & ab alijs habentibus iura Regalia.*
13 *Salua guardia de consuetudine conceditur etiam per Episcopos, & per alios Iudices inferiores à Principe.*
14 *Salua guardiæ materia tractatur a Doct. ibi relatis.*
15 *Iudex cogit ad præstandum cautionem per mulctam, per pignora, per capturam, per bannum, per carcerationem, per exilium, & alijs remedijs arbitrio Iudicis.*
16 *Iudex an possit cogere partes ad præstandam cautionem per vnum fideiussorem tantum, vel per plures, declara, vt ibi.*

1 De iure autem Iudex ex suo mero officio non potest aliquem compellere ad præstandam cautionem secundum communem opinionem attestatam per Paris.cons.168.n.10.lib.4.quem refert Pett.a Plach epithom.delict.c.7.n.1 in fin.lib.1.vt etiā refert Iul.Clar.§.fi.q.47.n.3. in princ. Card.Tusc.tom.1.concl.179.n.10.qui etiam testatur de communi.

2 Contrariam sententiam, quod Iudex ex suo mero officio possit cogere partes ad cauendum ne inuicem se offendant si immineat periculum, ne partes deueniant ad arma, & se ad inuicem offendant bene colligitur ex l. congruit, & melius in l.illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Præsid. Petr. a Plach. epithom delict.lib.1.c.7.nu. 1. vers.&qui iudicandi munus habent,& n.3.latissime Ant.Gomez tit.de delict. cap.8.sub n.16.vers.3.extende, vbi firmat, quod non solum Iudex potest subditos hortari ad quietem, sed etiam cogere, cum plerumq. status publicus ex priuato turbetur, & pro quiete publica poterit etiā Iudex cogere ad satisdandū, vt quis quiete viuat, & nō offendat, ac prohibere ne vnus trāseat ante domum

mum alterius, late Claud. Bertazz. in addit. ad partem consl. 148. in litera A, Hercu. de caut. c. 50. nu. 10. Melchior de Facin. consl. 78. n. 15. & seqq inter cōs. crim. Ziletti Vulpell. in tract. de pac. q. 73. nu. 3. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 17. in fin.

3 Quę opinio, est etiam a consuetudine recepta, vt Iudex ex suo officio data aliqua causa iusti timoris ne partes se ad inuicem offendere possent, possit illas cogere ad cautionem præstandam etiam nemine instante, vt testatur Iul. Clar. q. 47. num. 3. vers. ego autem plerumq. vbi etiam firmat quod ista practica semper sibi placuit omni appellatione, & exceptione remota, & de eadem consuetudine testatur Cardin. Tusch. tom. 1. concl. 199. nu. 11. & de eadem consuetudine totius status Ecclesiastici testatur Hier. de Monte q. 7. nu. 1. & 2. & de eadem consuetudine in toto statu Ecclesiastico testatur etiam Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. nu. 16. & ita passim hic in Curia obseruatur.

4 Et Iudex potest si sibi videbitur (aliqua iusta causa existente) cogere inquisitum, vel absolutum, vel condemnatum ad pręstandam cautionē de nō offendendo quęrelantem, exploratorē, & testes in processu examinatos, vt testatur Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. num. 17. ex sententia Vinc. Franch. in decis. 359. & ita passim in Curia obseruatur, & præcipue si essent processati Barones, & essent examinati eorum vassalli, prout in contingentia facti ita ego obseruari dum fui Locumtenens criminalis A. C. & de eadem obseruantia testatur etiam Farinac. in q. 107 art. 2 nu. 11 in fin.

5 Imo si quis recuset cauere de non offendendo poterit priuari feudo officio & iurisdictione, & huiusmodi, quæ ab eodem superiore recognoscuntur post Grammat. decis. 103. Hercu. de caut. c. 50. nu. 29.

6 Imo in multis locis vbi quis alteri minatur solet ille dari in custodia aduersario suo sub pœna vitę, & hanc custodiam saluam guardiam appellamus & solet concedi pręsertim quando aduersarij sunt potentiores, & manu prompti, prout de consuetudine Mediolani, ac Francię attestatur Aufre ad decis. Tholos. 489. & Marc. dec. 125. num. 2. prout etiam refert, & attestatur Iul. Clar. §. fin. quæst. 47. nu 3. in fin. Card. Tusch. tom. 1. conclus. 169. num. 5. Herculan. de caut. cap. 3. num.

7 26. & sub num. 22. † dicit talem remedium per saluam guardiam habuisse originem ab initio mundi, vbi etiam

8 dicit † quod solet concedi, etiam generaliter ei, qui timebat offendi in genere; quia esset Iudęus, vel Turcha effectus Christianus, & itinerando per Orbem eleemosinam quęreret, & dubitaret offendi a populo, vel particularibus, vt sit ei danda in qualibet Ciuitate licentia in scriptis tuto deambulandi sub aliqua pœna.

9 Et vbi non esset expressa certa pœna, puniretur Iudicis arbitrio. Menoch. de arbitr. cas. 325. n. 3. 4. vbi dicit frangi securitatem etiam per offensionem factam vni de familia, quem sequuntur addentes ad Iul. Clar. q. 47. §. fin. n. 3. in litera E, Herculan. de caut. cap. 3. num. 21.

10 Sed bene verum est, quod ista salua guardia data ex aliqua causa, cessante causa, cessat eadem salua guardia, & perinde habetur ac si data non fuisset, licet aliquo Iudicis decreto nō fuerit cassa, vel abolita, vt post Hercu. in tract. de caut. c. 50 n. 56. firmant addentes ad Iul. Clar. §. fin. d. q. 47. in litera C.

11 Quæ salua guardia tanquam remediū Prætoriū videbatur durare per annū Inst. de perpetu. & temporal. act. in ptin. vel secūdū aliquos durat vsq. ad mortē cōcedentis, vel 30. annos, vt per Rebuff. in l. ab his nu. 6. C. de nauicul.

lib.11.Guliel de Cun.in tract.de securitate n.17.vel tempus est Iudicis arbitrarium Aufre.in addit.Cappell.Tholos.decis.489.cuius opinionē amplectitur Neuizzan.cōs.83.n.14.Menoch.de arbitrar.lib.2.cas.141.num.fi. add.ad Iul.Clar.d.q.47.in litera E,in princ.

12 Quę salua guardia non conceditur nisi a supremo Principe, vt a Papa, ab Imperatore,a Regibus, & ab alijs habentibus iura Imperialia Iacob. Bonan.in Panagyrico Franch.chart.4.ver sic. ex se se Cassan. in Catalag. glor. mund. par.5.num.191.vbi dicit quod soli Iudices Principum de ea cognoscunt, vt refert Neuizza.cons.83. nu.

13 5. vbi subdit nisi tamen adesset consuetudo in contrarium,vt etiam alij inferiores possint subditis suis saluam guardiam concedere, & ibi consuluit per Præsidem Prouincię,vel per Gubernatores Delphinatus, & per Episcopos eadem salua guardia concedi possit, & vtinam in statu Ecclesiastico huiusmodi remedium seruaretur.

14 De qua materia salug guardiæ scripserunt Mansuer.in sua pract. in rubr. de possessor.Io.Fab.in l. denunciamus C. de his, qui ad Eccles. confug. Rebuff. in l. ab his C. de nauicul. lib. 11. Neuizzan. consil. 83. per tot. Osasc. plene in decis. 88. Guid. Pap. decis. 518.Feral. in tractat. de priuil. Regni Franc.priuil. 16.Cassan. super consuetud.Burgund.in rub.des Iustices vers. aduerte tamen numero 46.& in Catalog.glor.Mund.in 1. par. num. 118. & num. 195.Menoch.de arbitr.cas.338. per totum,lib.2.Hercula.de caut.c. 3. num.20.

15 Et possunt partes cogi per Iudicem ad præstandam cautionem, per mulctam,captionem pignorum,per capturam,per bannum,seu exilium, per carcerationem, alijsq. pænis arbitrio Iudicis,iuxta facti,& personarum qualitatem irrogandis, latissime Hercul. de caut.cap.5.per totum,cap.42.nu. 28. & c.44.nu.1.& c.50.n.29.Iul. Clar.d. q.47.n.3.Melchior.Facin. cons.68.nu. 24.seqq.cons.crim.diuers. Ziletti, & And.Gail.de pac.publ.lib.1.c.3.nu.7.

16 Sed bene verum est quod Iudex non poterit cogere partes, vt per vnum fideiussorem tantum cautio pręstetur; si velint eam pręstare per plures fideiussores, cum quod in vno receptum est, idem in pluribus verum sit, ad late notata per Doct. in l. singularia ff. si cert. pet. Herculan. de cautio. cap. 39. num. 18. seqq. sed est animaduertendum, quod si non fuerint omnes simul ad promittendum,sed segregatim vnus pro centum, alius pro 200. non fiunt aggregationes pro conseruatione indemnitatis principalis, vt firmat idem Herculan. d. cap. 30. num. 20. sed in cap. 46.num.6.seqq. latius reassumit istum articulum, & tandem concludit,quod resideat in arbitrio Iudicis recipere vnum fideiussorem, vel plures;sed si omnes in solidum obligarentur erit sine difficultate, quod possit recipere plures;& idem quando vnum idoneum pars non possit dare, vt plures recipiantur.

Quæst. VII.

Iudex quando se mouere debeat ad cogendas partes ad istam cautionem præstandam, tam ex officio,quam ad illarum instantiam.

SVMMARIVM.

1 *Cautio,vt praStari debeat an pręcedere debeat timor,aut suspicio.*

2 *Graue est vnum ex delicto alterius prægrauari*

Graue

3 *Graue est, vt quis pro altero caueat, & multæ familiæ in Italia ex ista cautione fuerunt desolatæ.*

4 *Diuites interest Reipublicæ subditos habere.*

5 *Iudex non ex abrupto, sed præcedente aliquali, & probabili iusto timore, vel suspicione cum aliquali causæ cognitione partes cogere debet.*

6 *Timor non quilibet sufficit, sed ille, qui sit iustus, & cadat in constantem virum, secundum qualitatem personarum.*

7 *Minæ non inducunt iustum metum ad præstandam cautionem, nisi minans sit solitus minas exequi, & ibi ponuntur exempla.*

8 *Causæ, quæ sufficiant ad cogendum partes ad præstandam cautionem, resident in arbitrio Iudicis, iuxta circumstantias, & qualitates facti, & personarum.*

9 *Cognitio aliqualis, & non plena sufficit ad cogendum partes ad cautionem.*

10 *Saguntum expugnatum fuit dum Romæ consulebatur.*

11 *Iuramentum cum aliquali verisimilitudine an sufficiat in ista materia.*

12 *Cognitio ad præstandam cautionem debet fieri parte iurata.*

13 *Probatio contra causas suspicionis admittitur.*

14 *Metus, vel suspicio in ista materia probari potest coniecturis.*

15 *Percussus ignorans authorem non potest instare, vt sibi præstetur cautio per aliquem, quia dubitet ab eo iterum percuti.*

16 *Causæ quæ sint sufficientes ad præstandam cautionem remittuntur arbitrio Iudicis.*

17 *Iudex potest ex causa per informationem extraiudicialem absque scriptura se informare de causa, & suspicione, quando adest timor fugæ.*

18 *Iudex debet esse facilis ad credendum delictum fore committendum, & ad remedia opportuna adhibenda.*

19 *Causæ cognitio super causa, & suspicione, requiritur etiam quando cautio datur officio Iudicis.*

20 *Baiard. reprobatur, quia firmat quod in statu Ecclesiastico nulla informatione præcedente cogantur partes ad cautionem præstandam.*

21 *Citatus ad præstandam cautionem debet audiri, si aliquid releuans deducatur, vt euitetur cautio.*

22 *Consuetudinem allegans illam probare tenetur.*

23 *Iuramento petentis an probatur causa ad præstandam cautionem.*

24 *Officialis confirmatus in officio quando possit cogere partes ad renouandam cautionem.*

25 *Prorogatio vbi fit, idem est prorogatum cum ipsa prorogatione.*

26 *Limita, vt ibi.*

27 *Obligatio semel extincta nunquam reuiuiscit.*

28 *Prorogatio in ista materia in quibus casibus fiat vide ibi.*

29 *Renouatio fideiussionis an conseruet hypothecam declara, vt ibi.*

30 *Officialis renouatus, vel confirmatus in officio quando possit cogere partes ad iterum cauendum declara vt ibi.*

31 *Vniuersitas an cogi possit ad præstandum cautionem pro suis particularibus personis.*

32 *Vniuersitas requisita ad præstandam cautionem pro suis particularibus, si negligat, potest grauari per repræsalias.*

33 *Iudex incompetens non cogit partes ad præstandam cautionem, nec in eum prorogatur iurisdictio.*

34 *Limita tribus modis, vt ibi.*

35 *Iudex nulla præcedente cognitione, si cogat partes ad cauendum facit iniustitiam, & potest allegari quandocunque cautionem per metum exortam fuisse.*

36 *Sed isto casu melius erit appellar, & recursum habere ad superiorem.*

37 *Sententia requiritur super danda cautione, quæ non est diffinitiua, sed interlo quutoria.*
38 *Statutum disponens Prætorem ob iustam causa posse cogere partes ad cauendum arbitrio Iudicis remittit qualis cautio esse debeat.*
39 *Cautio est præstanda in loco Iudicij, & non remittenda ad alium locum etiam sub eadem iurisdictione.*
40 *Licet aliquando in Vrbe aliud seruetur.*
41 *Plures Iudices in ista materia debent omnes insimul conuenire, nec, vnus sine alijs aliquid determinare potest.*

1 EX ipsa difinitione cautionis posita supra in prima quęstione resultat, quod iustus, vel probabilis offensionis timor aut suspicio requiratur, vt sit locus dictæ cautioni & late Cornel. Benincas. in quadam sua Apologia ad fauorē Ciuitatis Petusiæ edita sub num. versic. Quamobrem de anno 1587. vnde Doctores censuerunt requiri causæ cognitionem. Ias. in l. si super possessione num. 6. C. de transact. Alex. cons. 68. num. 5. vol. 5. Vulpell. in tract. de promiss. num. 1. & 2. late Natt. consil. 616. num. 3. seqq. volum.
2 3. † cum sit graue, vt vnus ex delicto alterius pręgrauari debeat, tex. in cap. si hęres 23. quæst. 3. l. 2. §. si dubitetur ff. de Iudic. Herculan. de caut. cap. 3. nu. 7. seq. vbi etiam subdit, quod cautionibus non necessarijs non debent
3 homines prægrauari. † Et quia etiam sit res valde onerosa, & periculosa, & quam plures familiæ in Italia fuerint ex dictis cautionibus desolatę cum in tota Italia hodie sit valde in vsu huiusmodi modus præstandi cautionem, vt testatur idem Vulpell. in d. quęst. 74. num. 3. & ob id; licet huiusmodi materia cautionis a principio sit fauorabilis, & respectu finis ob quietem publicam, nihilominus ob exactionem, & exequutionem eiusdem pænę conuentionalis, vassalli, & subdi-
4 ti in paupertatem reducantur, † & Reipublicæ interest subditos habere diuites. l. prima. ff. de ventr. inspiciendo §. 1. Auth. vt sine quoq. suffrag. Decian. respons. 33. num. 21. lib. 1. late Cornel. Beninc. in d. sua Apologia edita ad fauorem ciuit. Petusiæ sub num. 3. vbi multa scribit in terminis nostris de caut. non pręstanda ne subditi deprimentur, ideo nimirum si deinde dicatur materia odiosa, & Reipublicæ perniciosa, vt late dixi supra in hac secun
5 da pat. in isto §. 3. q. 2. Et ideo non ex abrupto Iudices procedere valent, sed maturo, & circumspecto iudicio ad dictas partes cogendas ad præstandam cautionem, nisi pręcedat aliquis probabilis, & iustus timor, vel suspicio cum aliquali causæ cognitione, late Petr. a Plach. Epithom. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 1. in fine, & late Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 17. seqq. vers. quarto dubitatur. Menoch. de arbitrar. cas. 140. num. 4. in fine lib. 2. Sim. de Pret. cons. 187. num. 20. Paris. cons. 168. per totum lib. 4. Hier. de Monte quæst. 8. num. 6. & Herculan. de caut cap. 1. nu.
6 8. seqq. dicit quod non quilibet timor sufficit, sed ille qui sit iustus, & cadat in constantem virum, & sic alius metus in femina, alius in masculo, alius in potentiore, alius in inferiore requiratur Natt. consil. 616. num. 6. volum. 3. Idem Herculan. de cautio. cap. 3. num. 6. & in c. 24. num. 23. dicit quod tam in dando quam in renouando, & prorogando semper debeat adhiberi ista causę cognitio, & non sufficiat allegare suspicionem, nisi probetur causa suspicionis Card. Tusch. tom. 1. concl. 169. nu. 4.
7 Et dubitatur, an iusta causa oriatur, si aliquis minatus fuerit alterum vt ex dictis minis possit minans compelli ad præstandam dictam cautionem, & resoluunt, minas pręfatas simplices

plices non sufficere, nisi etiam constaret minantem esse solitum minas exequi Felin. in rubr. de treuga, & pace num. 10. vers. prima declaratio. Paris. cons. 168. num. 2. lib. 4. Ias. in l. si super possessione num. 6. vers. item qui timet C. de transactio. Menoch. d. cas. 140. nu. 4. Natt. cons. 616. nu. 4. vol. 3. & Baiard. §. fin. ad Iul. Clar. q. 47. num. 14. Hercul. de caut. cap. 1. num. 11. vers. minæ causæ sunt, & sufficit quod probetur causa, ex qua metus resultet, & plura exempla referuntur de iusto metu per Doct. quibus Iudex compellat partes ad cautionem: quę exempla refert Herculan. de caut. cap. 1. num. 15. seqq. vbi Doctorum authoritatibus quodlibet exemplum comprobat, & pręsertim dicit flagella, mortem, cruciatum inducere iustum metum, carceremque, ac terrorem armorum, licet armis quis vsus non fuerit: & idem dicit de vultu terribili, de timore amissionis bonorum: Item dicit in metu reuerentiali vna cum minis, vel cum enormi læsione

8 ne † Et tandem omnes concludunt quod resideat in arbitrio Iudicis, quę causa inducat ad istum effectum iustum metum Felin. in rubr. de treug. & pac. nu. 10. vers. & nota. Herculan. de caut. cap. 1. sub num. 19. cap. 3. num. 5. in fin. & num. 10 in fine Petr. a Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 7. num. 1. versic. & primo illud Farinacc. quæst. 107. 17. Bertazz. cons. 148. nu. 2. vol. 1. Menoch. de arbitr. cas. 140. num. 4. & num. 9. lib. 2. Claud. Bertazzol. ad patrem consil. 148. in litera C. volum. 1. qui dicit quod debet inspicere circumstantias, & qualitates personarum, idē firmat Natta cons. 616. n. 7. volum. 3. Vulpell. in tract. de promiss. quæst. 74.

9 num. 4. † vbi determinat requiri solummodo debere pręcedere aliqualem causę cognitionem, non autem exa-

10 ctam, ne contingat † quod dicitur de Seguntinis qui funditus debellati fuerunt, dum Romæ de auxilio suppedi-

11 tando consulebatur: † Et ideo consistere in Iudicis arbitrio, an petentis iuramento de minis sibi illatis, concurrente tamen aliquali verisimilitudine standum sit Baiard. quęst. 47. num. 15. §. fin. Menoch. de arbitrar. cas. 140. nu. 2. & Herculan. de caut. cap. 3. num.

12 8. seqq. † docet huiusmodi causæ cognitionem fieri debere parte citata, quæ sit præsens, vel absens per contumaciam; quæ causę cognitio vertitur, an subsit iustus metus, de quo late supra dixi, & an timor scandali, & causa metus allegetur, licet sub num. 9. dicat quod admitteretur probatio contraria contra causam, vel metum alle-

13 gatum, † licet non standum sit soli allegationi causæ metus, sed requiratur aliqualis probatio, vt post alios, quos allegat firmat Card. Tusc. tom. 1. con-

14 clus. 169. num. 4. † & poterit metus, vel alia suspicio probari coniecturis, & pręsumptionibus, vt post Herculan. de caut. cap. 1. num. 17. Bertazzol. cons. 148. num. 3. volum. 1. vbi subdit quod maior, vel minor metus requiritur secundum qualitatem personarum, & minor metus sufficit in femina, quam in masculo.

15 Bene verum est, quod non est iusta causa, si quis fuit percussus, & ignorat a quo, & petit cautionem a Sempronio quia ab eo iterum percuti dubitet: Item non est iusta causa consuetudo Curię dum simulat, quod aliquis petat hanc cautionem, vt firmat Hercul. in d. tract. de caut. cap. 3. num. 10. vbi

16 subit † Et quia non reperiuntur omnes causæ decisę, vel definitę a iure, per quas quis compelli possit ad præstandam dictam cautionem; & ob id esse arbitrio, & bonæ Religioni Iudicis relinquendum.

17 Et quia aliquando bonus Iudex prouidere conatur, si per citationem procederet, nunquam perueniretur ad finem, quia pars fugeret, vel latitaret;

18 ideo poterit informationem extraiudicialem

dicialem sine examine testium in scriptis, ex relatione virorum proborum, de quibus non tenebitur dare copiam parti, deuenire ad capturam, si sibi videbitur. Herculan. de caut.cap.3.num.11. nec dissentit Iuli. Clar.§.fin.quæst.47.sub num.4. vers.
18 ego tamen plerumq. Farinacc. quæst. 107.num.19.& Baiard.in d.quæst. 47. num.13.dicit quod Iudices debent esse faciles ad credendum delictum esse committendum, & ad remedia opportuna adhibendum.
19 Nec est verum quod quando Iudex non ad instantiam partis, sed ex officio procedit non requiratur ista causæ cognitio, vt voluit Dyn. quem reprobat Imol.in l.2.§.1.fin.ff.sol.matr.Felin.in rubr.de treug. & pace num. 10. vers. prima declaratio. Parif.conf.168.nu. 4. & 10. lib. 3. & Farinacc. in quæst.
20 107. nu.18.reprobat Baiard.in quæst. 47.num.16.§.fin.dum firmat, quod in statu Ecclesiastico passim, & indistincte, nulla habita probatione, vel informatione de causa timoris, partes cogãtur ad dictã cautionẽ prẽstandã, data prius simili cautione per partem illam petentem, sed quod sit verum, vt Iudex faciat alteram partem citare ad cauendum, vel faciat sibi præceptum de non offendendo, & tunc non requi-
21 ratur alia causę cognitio; sed si deinde citatus, vel præceptatus compareat audiretur, si aliquid releuans deducat, per quod euitet præstare dictam cautionem, & sic præcederet modo isto aliqualis causæ cognitio: quæ Farinacc.declaratio est bona, & seruanda in practica, prout hic in Curia serua-
22 tur: Et qui allegat extare stylum in aliquo loco, quod Iudex possit compellere partes ad cauendum nulla præcedente causę cognitione, est per allegantem probandus stylus. Parif.conf.168. num.15.vol.4. & idem Farinacc. in d. quæst.107. sub num.20.in fin.dicit esse idem seruandum quando pars non requirit cautionem cum fideiussione, sed nudam, & iuratoriam cautionem.

23 Sed fuit dubitatum an solo iuramento perentis cautionem standum sit, & videbatur posse concludi affirmatiue, cum timor, vel suspicio futurę offensæ consistat in animo illius, & in dependentibus ab animo sufficiat probatio per iuramentum Grammat. vot. 10.num.28.seq.Roman.consil.389.nu. 5.vbi Mandos.in litera E, qui concordantes allegat, Couarr.pract.quæst. c. 32.num.4.Hercula. de proban. negat. num.275.seqq. Alciat.de præsumpt. regul.3.pręsumpt.16.num.1. Roland. cons.11.num. 12.seqq.vol.3.In contrarium est veritas, cum fideiubere onus sit, & sit hæc cautio parte citata, & causa cognita saltim summarie pręstanda, ideo aliquam probationem maiorem iuramento requirit; vt late prosequitur, & tuetur Herculan. de caut. cap. 6.sub num.12.vers. in contrarium, vbi subdit, nisi timens offendi nolit assumere onus probandi causas timoris; quia fieri posset, vt obstreperetur, vel quia magis ignem incitaret, & si iste petens cautionem esset bonæ conditionis, & famæ, & vir probus, vt ei credendum sit: tunc ex officio Iudex poterit summarie, extraiudicialiter, & parte non citata se informare de allegato timore, vt late dixi supra.
24 Sed bene verum est, quod si fuerit officialis confirmatus in officio non poterit deinde cogere partes ad renouandam cautionem, vt inde pro ipsa renouatione lucretur Iulios duos, vel
25 tres, cum vbi fit prorogatio idem est prorogatum, & prorogatio l.sed si manente ff. de procur. & idem officium durare dicatur, late Felin. in cap. preterea num.31.extra de sponsal. Herculan.de cautio.cap.50.num. 3. & 4.vbi post alios per eum adductos, dicit ampliari ad iuramentum cum omnibus suis qualitatibus; & idem esset si cau-

tio

tio fuit recepta pro toto præsenti officio: Quod tamen ibi Herculan. in d.
26 cap. 50. num. 5. seqq. tribus modis declarat. Et primo quando non per modum prorogationis; sed per modum noui Officij, Officialis habuerit idem Officium: & maxime si fuerit dictum in stipulatione, vt duret vsq. vel post primum Officium: quod contingere potest, si Officialis steterit Sindicatui, & postmodum superuenerit noua prouisio, vt permaneat in Officio: pro qua limitatione faciunt quæ late posuit Pet. Caball. in quæst. crim. cap. 59. num. 10. seqq. qui loquitur in fideiussione præstita, quod aliquis non abuteretur armis; & ob id obtinuit licentiam a Principe arma deferendi: quia si deinde emanauit editum reuocatorium defendi arma, & ille denuo obtinuerit licentiam deferendi arma, fideiussor non teneatur pro secunda delatione armorum, vel pro secunda licentia illi concessa; quia debet intelligi de prima licentia tantum per l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. & causatum perimit causa peremta sua Gloss. in cap. ita quorumdam, in verb. ferrum de Iudic. & quia annullato actu principali, annullatur, & fideiussio l. cũ principalis de reg. Iur. & quia irritata prima causa, secunda remanet sine causa inefficax, Caball. d. cas. 59. n. 14 seq. vbi
27 etiam subdit, quia obligatio semel extincta non reuiuiscit, l. stipulatio ff. de dotib. l. 1. de verbor. obligat. & fideiussio stipulationem requirat, late Blanch de compromiss. in 6. quæstione princ. in verb. prorogatio num. 17. Anchar in quæst. familiar. lib. 1. q. 67. num. 10. seq.

28 Et Herculan. de caut. cap. 47. num. 20. seqq. tandem distinguit si fideiussor indistincte sine temporis præfinitione cauit, & tunc duret promissio, siue principalis proroget, siue confirmet: si promisit vsq. ad certum tempus, & si pro parte illius, pro quo fuit facta promissio fiat prorogatio cum fideiussione, censetur etiam facta prorogatio; si fiat prorogatio vltra prædictum tempus, fideiussor sine suo consensu de nouo obligatus non remaneat, & è contra, vt si fuerit fideiussori per principalem promissa hipotheca, vel indemnitas pro aliquo determinato tempore, vltra illud tempus si fuerit renouata obligatio, non censetur renouata hipotheca, nisi promisisset indistincte conseruare indemnem absque termini præfixione.

Secundo limitat ratione fideiussorũ, qui in prorogato nõ veniunt, sed essent repetendi, cum cesset ratio idemnitatis ex prorogatione. Ergo debet cessare dispositio cap. cum cessante de appellat. l. adijcere §. quamuis ff. de Iur. patr. faciunt quæ late posuit Petr. Caball. cas. 59. n. 13. seqq.

29 Tertio etiã limitat ratione hypothecę pro cõseruatione indemnitatis, prout idem Herculan. in d. cap. 50. num. 7. sed idem dixit in cap. 48. num. 23. & hoc declarat quando fideiussor promisit ad tempus limitatum, & promisit principalis ei hypothecam, seu indemnitatem; quia si fiat renouatio fideiussionis post dictum tempus, non dicitur renouata obligatio hypothecę ad fauorem fideiussoris, nisi tamen indistincte promiserit conseruare indemnem, non se adstringendo ad tempus: quia hypotheca trahitur ad futura, prout etiam superius dixi.

30 Et credo esse intelligendas istas limitationes quando sumus in renouatione officij iam extincti per Sindicatum, secus in simplici prorogatione, vt si Prętor fuerit deputatus officialis per sex menses, & non dum elapsis istis sex mensibus obtinuerit continuare officium ad alios sex menses, vt non sit necessarium, quod renouentur fideiussores sed primi remaneant penitus obligati; & ita passim in statu Ecclesiastico obseruatur: & ita credo quod

sint

sint intelligendi Hercula.de caut.cap. 6.sub num.15.versic.quæro si Iudex. Nicol.Moron.de treug. & pac.quæst. 188.num.1.5.& seqq.Farinacc. quæst. 197.num.55.qui sub num.56.dicit esse animaduertendum an promittatur Iudici sub nomine dignitatis,vel sub nomine proprio,iuxta notata in l.& quia ff.de iurisd.omn. Iud. & ita etiam voluit Hercula.de caut.d.cap.9.num. 24. in fine,& in cap.45.num.21.sed quando sumus in vera renouatione,poterit Iudex cogere partes ad renouandam cautionem,si vigeat timor futuri scandali.Iul.Clar.q.47.sub num.6.Herculan.de caut.cap.9.num.19.21.vbi dicit quod in dubio præsumitur vigere eamdem causam inimicitiæ, & futuri scandali, Farinacci. quæstione 107. num.52.

31 Dubitatur si vniuersitas possit cogi ad dandam cautionem pro suis particularibus personis,& Hercula.de caut. cap.50.num.33.sequen. tenet partem negatiuam, vt non possit cogi: imo si dictam cautionem præstiterit,sequuta contrauentione per vnum ex particu-
32 laribus pena non possit exigi; sed bene si fuerit requisita ad compellendũ suos particulares ad cauendum, & neglexerit,vel id facere recusauerit, possint contra Vniuersitatem, & particulares homines repręsaliæ concedi, & relaxari, de quo dicam infra in quęstione 23.

33 Sed hæc omnia non possunt expleri per iudicem non competentem; imo si partes coactę per dictũ Iudicem incompetentem præstiterint cautionẽ, & fori exceptionẽ declinatoriã non opposuerint,nõ per hoc diceretur prorogasse iurisdictionem in eum l. si fideiussor §. si quis ex his ff.si quis cautio;cum huiusmodi cautio videatur habere in se tacitam conditionem quatenus coram illo Iudice sit pręstita, valeat, & non alias, vt per Cin.Bart.Bald.Alex.& in locis allegatis per Herculan. in tract. de caut.cap.47.num.1. seq. quem sequitur Moder.Roman.in d.q.107.num.
34 24.Quæ opinio tribus modis limitatur per Hercula.in eodem cap.47.num. 3. seqq.Et primo quando sponte fuit præstita cautio, secundo quando declaratoria non esset talis, quę respiceret inhabilitatem quoad agendum,& conueniendum:& ideo forensis,si non opponat,tenebitur. Tertio fallit respectu ipsius fideiussoris, qui non habet exceptionem declinatoriam, non obstante quod principalis non prorogauerit iurisdictionem; quia fideiussio hæc quod talis non offendet non est accessoria,sed principalis propter se.

35 Imo si nulla præcedente causæ cognitione, ac indebite Iudex coegerit partem ad præstandam istam cautionem,facit iniustitiam.Paris.cons. 168. num. 8. seq. lib. 4. & tenetur parti ad interesse,Hercula.in tract.de caut.cap. 3.num.5.vers.non ne Iudices,& Iudici possit de facto resisti ibi dicit Hercul. & sub num. 8.etiam firmat quod semper poterit dici cautionem fuisse metu extortam ab ipso Iudice; & propterea ex ea non oriri actionem ad pænę conuentionalis exactionem: sed Farinacc.
36 in d. quęst. 107. num. 21. dicit quod omnes caueant talem cautionem præstare, & si fuerint grauati appellent; seu recurrant ad superiores; quia alias adueniente contrauentione hęc exceptio credit quod ipsis parum prodes-
37 set,& requiritur sententia Iudicis super danda,& interprætanda hac cautione de non offendendo; quę sententia erit non diffinitiua,sed interloquutoria, siue principaliter, siue incidenter petatur,vt per Hercu.de caut.cap. 12.num.4. Hinc est quod ad voluntatem Iudicis poterit dicta cautio cassari, etiam inuitis partibus, vt dicam infra.

38 Ex quibus omnibus resultat etiam decisio ad statutum,per quod disponitur Pretorem ob iustam causam posse

com-

compellere vnum alteri ad securitatem de non offendendo præstandam, si non declaretur qualis esse debeat ista cautio, & securitas, vt Iudicis arbitrio iuxta qualitatem personarum, & causæ declarentur, prout firmat Menoch. de arbitr. lib. 2. quæst. 140. num. 5. & quęst. 141. num. 5. 6. vbi dicit vigere simile statutū in Ciuitate Veronę lib. 3. c. 13. sub. rub. de securitate, & Ferrariæ sub lib. 3. rub. de securitate præstanda.

39 Sed iste, qui cogi potest ad cautionem præstandam, si dicat hic non sum notus, neque habeo, nec inuenio fideiussorem, ideo remittatis me ad locum meum, vel ad Curiam meam, quia ibi dabo talem cautionem; in criminalibus non solet fieri talis remissio etiam sub eodem Principe, sed est cogendus dare cautionem in loco Iudicij, Afflict. in secunda parte Constit. Regn. rub. 10. num. 6. Iul. Clar. quæst. 46. num. 13. §. fin. Herculan. de caut. cap. 50. num. 52. vbi videtur, inter causam ciuilem, & criminalem facere

40 differentiam † vt in criminalibus non fiat remissio; sed hic in Curia sub eodem Pontifice solet quandoq. admitti cautio pręstita in partibus approbata per procuratorem Fiscalem illius loci, si subsit iurisdictioni summi Pontificis Farinacci. quæstione. 33. num. 41. seq.

41 Si vero cautio sit pręstanda coram pluribus iudicibus debent omnes iudices conuenire in qualitate, modo, forma, & quantitate cautionis, nec vnus sine alijs potest aliquid determinare, late Herculan. de caut. c. 43. nu. 9. seqq.

Quæst. VIII.

Vxor an possit habere cautionem a suo marito de non offendendo.

SVMMARIVM.

1. *Vxor propter sæuitias viri potest ab eo obtinere cautionem idoneam de non offendendo.*
2. *Vxor obtinet dictam cautionem a viro etiam si culpa sua causam dederit timoris, quia aufugerit a viro, vel adulterium commiserit.*
3. *Maritus non ex omni causa potest adstringi ad cautionem de non offendendo vxorem, cum ei liceat malos mores vxoris corrigere, ne transeat in consuetudinem.*
4. *Causa iusta erunt sæuitie viri, eius consuetudo verbandi, vel si sit Zelotipus, flagellet, ac male tractet eā, in corpore deliquerit, si steterit cū Amasio, si orta sit inter eos inimicitia capitalis.*
5. *Secus si fuerit verberata semel in tribus, vel quatuor, seu decem annis.*
6. *Iudex arbitrabitur quæ causa iusta dicatur, vt maritus cogatur ad præstandam cautionem, habita relatione a vicinis, iuxta personarum qualitatem, & causas suspicionis.*
7. *Vxor quando timet offendi a marito ex iusta causa non debet restitui viro etiam sub cautione.*
8. *Sed debet deueniri ad separationē thori.*
9. *Thori separatio per quam causam fieri debeat, & quomodo causa sit probanda, & an testes debeant esse omni exceptione maiores.*

1 VXOR propter ſeuitias viri poteſt obtinere a Iudice, vt eius maritus præſtet ſibi idoneam cautionem, & ſecuritatem Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 6. num. 16. verſic. octauo facit textus, Natt. conſil. 116. num. 1. volum. 3. latiſſime conſuluit Bertazzol. conſ. 148. per totum volum. 1. Baiard. ad Iul. Clar. quęſt. 47. num. 12. Herculan. de caut. cap. 50. num. 31.
2 & procedit etiam ſi mulier culpa ſua timeat offendi a viro, vt quia commiſerit adulterium, vel receſſerit a viro, vt ei non ſit reſtituenda ſine cautione, ſi de mariti ſęuitia timeatur, Herculan. de caut. cap. 3. num. 2. & poſt Abb. in cap. ex tranſmiſſa de reſtit. ſpoliat. late Riminal. Iun. conſ. 174. per totum volumine ſecundo, vbi plene tradit quãdo ſit reſtituenda marito cum fideiuſſione, vel deueniri debeat ad thori ſeparationem.

3 Sed non ex omni cauſa maritus eſſet adſtringendus ad dictam cautionem præſtandam; cum ipſa vxor ſub timore, & reuerẽtia viri permanere debeat, & poſſit vir malos mores vxoris corrigere dietim, ne tranſeant in conſuetudinem, vt per Bald. conſil. 176. num. 3. volum. 1. & allegat illud: principijs obſta, ſero medicina paratur, & ideo
4 Bald. in d. conſ. 176. per totum † docet quod iuſta cauſa erit ſæuitia viri, & eius conſuetudo verberandi, vel ſi maritus ſit Zelotipus, & vane ſuſpicetur, & vxorem flagellet, ac male illam tractet, vel ſi in corpore ſuo deliquerit, vel ſteterit cum Amaſio Herculan. de caut. cap. 3. num. 3. vel inter eos fuerit orta cauſa per quam naſcatur inimici-
5 tia capitalis; ſecus ſi fuerit verberata ſemel in decem annis, vel in tribus, vel quatuor annis, vt etiam dicit Rimin. Iun. in d. conſ. 174. num. 28. & late Bertazzol. conſ. 228. num. 14. volum. 1. &
6 tandem habita relatione a vicinis Iudex arbitrabitur iuxta perſonarum qualitatem, an ſit iuſta cauſa ſuſpicionis, & ſi maritus debeat adſtringi ad cautionem præfatam, vt per Bal. in d. conſ. 176. num. 2. ſeq. Triuiſ. in d. deciſ. 45. num. 17. lib. 1. Bertaz. conſ. 228. n. 17. vol. 1.

7 Imo quando mulier timet offendi a marito ex iuſta cauſa, & ob eius ſęuitiam, non eſt viro reſtituenda, etiam cum cautione; cum mulier non debeat fidere ſe ipſam fragilitati vnius cautionis, vt conſuluit Guid. Panciarol. conſ. 82. per totum, Cephal. conſ. 384. num. 65. ſeq. Menochi. de arbitr. caſ. 139. num. 5. lib. 2. Gerard. ſingul. 65. Item nota. Herculan. d. caut. capit. 3. num. 4. Claud. Bertazzol. in addit. ad patrem conſ. 148. in litera B, vbi refert quod Burſatt. in conſ. 207. num. 26. volum. 1. licet contrarium ſentiat, tamen euenit in caſu, Burſatt. quia nulla viri ſęuitia, aut conficta probabatur: Et ideo fuit ſufficiens cautio pro ſecurita-
8 te vxoris. Et in tantum mulier non debet confidere fragilitati cautionis vitam ſuam ob ſæuitias mariti, vt poſſit petere thori ſeparationem cap. literas in fin. de reſt. ſpoliat. vbi Abb. & cæteri communiter Doctores, vt de communi teſtatur Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 6. ſub num. 16. verſ. octauo facit. Pariſ. conſil. 54. num. 7. 9. & 12. vol. 4. Riminal. Iun. conſ. 174. num. 13. Mant. conſil. 64. num. 19. volum. 2. Thomas Triuiſan. Venet. deciſ. 45. num. 4. ſeqq. & deciſ. 61. num. 8. lib. 2. ſed vide latiſſime Rim. Iun. conſ. 174. per totum vol. 2. in iſta materia ſeparationis Thori.

9 Sed dum agitur de Thori, ſeparatione, quę magna cauſa dicitur, debẽt probari legitimę, & ſufficienter ſęuitiæ per teſtes omni exceptione maiores, vt poſt Bald. Ant. de Butr. Alex. & Pariſ. firmat Natta in d. conſ. 616. num. 1. volum. 3. in locis per eum relatis: imo in eodem conſil. ſub num. 8. ſeqq. dicit quod in leuibus cauſis, & ſi maritus fuerit

fuerit homo discretus, bonę cōditionis & honæstę vitę sufficeret sola cautio iuratoria, & erit arbitrariū Iudicis quan do vxor possit habere cautionem a viro de non offendendo. Card. Tusc. tom. 1. concl. 171. nu. 3. vbi se remittit ad ea, quæ late dixit in concl. 402. quando maritus teneatur cauere de non offendendo vxorem; latissime Bertazz. cons. 218. per totum vol. 1. vbi etiam add. & ibi ponunt causas per quas deuenia tur ad Thori separationem.

Quæst. IX.

Cautio de non offendendo an sit præstanda inter patrem, & filium & inter fratres, & inter alios, quibus reuerentia debetur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio est præstanda de non offendendo inter patrem, & filium naturalem.*

2 *Cautio est præstanda inter patrem, & filios legitimos, & naturales.*

3 *Spoletini habent manus promotas ad offendēdum, & iniurias vendicandum.*

4 *Cautio de non offendendo datur etiam inter fratres.*

5 *Cautio datur etiam inter Dominum, & subditum, & inter illos, inter quos debetur reuerentia.*

1 REmedium huiusmodi cautionis de non offendendo est adeo a luce, & a consuetudine admissū, vt adhibeatur etiam inter patrem, & filium naturalem: adeo ꝙ si filius naturalis prętet fideiussionem de non offendendo, pater ipse etiam teneatur reciprocam præstare cautionē, filio instante, vt decisum fuit per Consiliū Neapolitanum, teste Vinc. Franc. decis. 418. vol. 2. quem sequitur Baiard. in S.
2 fin. q. 47. nu. 23. in add. ad Iul. Clar. † & ibi etiam refert, quod pluries, tam ex officio, quam ad instantiam partium pręstitę cautiones inter patres, & filios non solum naturales, sed etiam legitimos, & naturales, & maxime esse ob-
3 seruandum dicit † si populi alicuius loci, prout sunt Spoletini haberent manus nimium promptas ad se offenden-
4 dum, & iniurias vendicandum † & etiam huiusmodi remedium non est superflum inter fratrem minorem, & maiorem; vt testantur addentes ad Iul. Clar. in d. q. 47. in litera A, vers. scias etiam.
5 Ac etiam exigi, & peti potest a subdito, vel ab alijs debentibus Domino, vel alteri obedientiam, & reuerentiam subsistente iusto timore Alexand. in l. qui bona S. si quis iusta ff. de damn. infect. Hercul. in tract. de caut. c. 12 n. 3. reprobato Paul. de Castr. in d. l. qui bona S. qui damni, tenente contrarium, cū ipse ibi assereret, quod videbatur dicta cautio peti gratia honorandę libertatis, iuxta notata per l. 1. S. quæ honorandæ ff. qu. rer. act. non datur.

Quæst. X.

Cautio de nō offendendo an sit prę standa non solum pro se, sed pro suis consanguineis, affinibus, amicis, adhærentibus, & similibus

SVMMARIVM.

1 *Cautionem de non offendendo quis non tenetur præstare pro suis attinentibus, amicis, & adhærentibus, se-*

 cun-

cundùm vnam opinionem.

2 Maxime pro illis,pro quibus quis prohibere non potest ne delinquant.

3 Factum alienum quis promittere non potest.

4 Contrariam opinionem,vt quis pro amicis,affinibus,adhęrẽtibus,& similibus cauere debeat tenent ibi Doctores.

5 Quæ contraria opinio procedit etiam,vt quis caueat pro tutoribus,curatoribus, pupillis suis,spurijs,consortibus,Clericis,Religiosis, hæredibus etiam futuris,forensibus,& tam pro masculis,quã feminis,& tam pro maioribus, quam minoribus, & tam pro illis, qui sunt fortioris naturæ,quam imbecillioris.

6 Et procedit etiam,vt pro istis cautio peti possit etiam sine illorum mandato;sed ex proprio interesse petentis.

7 Cautio pro istis personis datur, quando timetur offensio ab illis ex eadem causa;secus si ex propria causa;quia tunc amicus met vel consanguineus per se ipsum cauere debet.

8 Cautio in casu, pro quo præstari debet pro istis personis tam actiue, quam passiue non compræbendit amicos amicorum, & consanguineos consanguineorum.

9 Cautio pro attinentibus vsq. ad quem gradum intelligatur.

10 Cautio etiam præstari debet pro illis de domo,vel Casata,quamuis non sint in gradu consanguinitatis.

11 Consanguinei,vel affines ignoti non veniunt in cautione de non offendendo, neq. futuri attinentes.

12 Nisi verba promissionis essent prægnantia,& concepta,vt ad incognitos,& futuros trahantur.

13 Cautio in aliquibus locis, prout in statu Ecclesiastico non præstatur pro omnibus consanguineis, & affinibus, sed tantum vsq. in tertium gradum secundum ius Canonicum computandum.

14 In Vrbe Romana præstatur tantummodo pro ipsis principalibus conrixatibus & non pro alijs.

15 Iudex cogere pa ries non potest ad præstãdam cautionẽ vltra consuetudinẽ loci.

16 Cautio de non offendendo pro agnatis,& cognatis non compræhendit illas personas,quæ sunt principium affinitatis, vel consanguinitatis, prout est vxor, mater,& pater,& filius.

17 Arbitrio iudicis relinquitur an istæ personæ veniant in cautione de non offendendo.

18 Quis cogi non potest ad cauendum pro attinẽtibus,& familiaribus inimicis.

19 Neq. cogitur cauere pro illis, qui desierunt esse attinentes,familiares,adhærentes,& sequaces.

20 Dispositio qualibet semper intelligitur rebus sic stantibus.

21 Protestans in actu cautionis nolle habere aliquem fratrem, vel coniunctum pro coniuncto,vel fratre non debet audiri sed ne compræhendantur in cautione audiendus est.

22 Consanguineus, vel affinis non cogitur ad præstandam cautionem pro conrixantibus,sed ipsi conrixantes sunt cogendi,& nu. 24.

23 Consanguinei, & attinentes remotiores in gradu possunt se tueri ne non cogantur præstare cautionem, quia adsunt proximiores.

25 Si vnus consanguineus, vel affinis cauit pro alijs, non sunt adstringendi alij consanguinei ad cauendum; sed vnus sufficit quod caueat pro omnibus.

26 Cauere quis non cogitur pro attinente rixoso,& nihil in bonis habente.

27 Contrariam opinionem tenent ibi Doctores.

28 Cautio de non offendendo consanguineos & affines vsq.ad quem gradum extendi debeat distingue,vt ibi.

29 Cautio de non offendendo consaguineos, vel affines cum clausula excepta seia muliere,non comprehendit personas, quæ alias de iure comprahendi non debent,prout sunt minores.

Ex-

30 *Exceptio in pænalibus, & odiosis non firmat regulam in contrarium.*

31 *Consanguinei, & alij, pro quibus promissum fuit non offendere, si ratificauerint, & contrauenerint tenentur releuare indemnem promittentem; secus si non ratificauerint; quia puniren tur tantum pæna extraordinaria.*

1 QVAE sunt opiniones in hac quęst. & prima negatiua, cum æquum non sit, vt alius pro alio teneatur vt nec filius pro patre, & contra, vt in rubr. & toto tit. C. ne fil. pro patr. Et quia qui promittit non offendere pro consanguineis suis videtur promittere factum alienum, cuius promissio regulariter non valet l. si stipulatio ista §. 1. de verb. obligat. Parif. conf. 110. nu. 19. lib. 1. & conf. 116. nu. 14. lib. 2. Herculan. de caut. capit. 8.
2 num. 1. & num. 3 vers. 2. declarat† & maxime pro illis, pro quibus quis prohibere non potest, ne delinquant, & pro sibi non subditis Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 16. versic. ego crederem Salicet. in l. denunciamus num. 2. C. de his, qui ad. Eccles. confug. Laderch. Imolen. consil. 202. num. 2. seqq. vbi firmat constantissimam esse omnium sententen tiam, vt nemo teneatur cauere pro altero, nisi ei subiectus sit Cephal. consil. 587. num. 37. seq. lib. 4. late Vulpell. in tract. de promiss. quæst. 83. num. 2. versic. sed circumscripto stylo, & ibi respondet contrarijs, & animaduertit, vt etiam aliquo stylo in contrarium existente Iudices mitius agant cum istis promittentibus pro alijs sibi non subditis, quam cum alijs: & pro ista opinione faciunt ea, quæ late in terminis ponit Hier. de Mont. quæstione 8. num. 7. cum plurib. seqq. & per ea, quę late scribit
3 Hercu. de caut. cap. 33. nu. 17. seqq. †Et præcipue per illam regulam; quia nemo potest promittere factum alienum.

4 Altera fuit opinio, vt etiam quis teneatur cauere pro consanguineis, amicis, affinibus, adhærentibus, sequacibus & similibus. Bar. in l. illicitas §. ne potentiores nu. 5. vers. sed num quid ff. de offic. Præsid. vbi loquitur de familiaribus, ac complicibus, Felin. in rubr. de treug. & pac. nu. 10. in fin. & nu. seq. in 5. declarat. vbi loquitur de complicibus, & adhęrent. Doct. adducti per Vulpell. in tract. de promiss. quæst. 83. n. 1. Hercul. de caut. cap. 7. nu. 1. & cap. 8. n. 1. vers. contra tamen, vbi loquitur de consanguineis, complicibus, & sequacibus Nicol. Moron in tract. de treug. & pac. q. 130. num. 8 qui loquitur de complicibus, & adhærentibus. Rip. in rubr. ff. de damn infect. num. 11. seq vbi disputat istum articulum ad partes, sed sequitur opinionem Bart. in d. §. potentiores. Baiard. §. fin quęst. 47. num. 11. qui loquitur pro familia, & adhærentibus. Et latissime idem Herculan.
5 in d. tract. de caut. cap. 7. num. 1. seqq. † vbi loquitur de consanguineis, attinentibus, familia sua, cognatis, tutoribus, curatoribus, pupillis suis, bastardis, spurijs, amicis cōplicibus, sequacibus, proximis, consortibus, Clericis, Religiosis, hæredibus etiam futuris, forensibus, coniunctis, domesticis, adhærentibus, vel quoquomodo legitime ad petentem spectantibus, tam masculis, quam fœminis, & tam pro maioribus, quam minoribus, & tam fortioris naturæ, quā imbecillioris, vbi reddit rationē, & in c. 8. n. 9. vers. non ignoro, vbi reddit rationem quare compręhendantur etiam minores, senes, & alij imbecillioris naturę Hier. de Mont. quæstione 8. num. 32. seqq. loquitur etiam de familiaribus complicibus, & adhęrentibus.

6 Quę opinio est verā, vt quis admittatur ad petendam cautionem pro suis, affinibus, consanguineis, & ad-

hęrentibus etiã sine eorũ mãdato Hercul.de caut.c.8.n.7.quia videtur ratione proprij petentis interesse dictam cautionem exigi,& n.5. seq. declarat, qui sint cõplices,fautores,socij, & adhærentes,& potest coniunctus pro alio coniuncto petere cautionẽ per Nunciũ vel procuratorem,vt declarat Hercul. de caut.d.c.8.nu.7.in fi.post Tiraq.de retract.§.26.gloss.1.num. 40.

7 Et tenendo hanc vltimam opinionem affirmatiuam,illam primo intellige, & declara, vt sit vera quando quis petit cautionem pro suis amicis, & alijs, de quibus supra ne offendantur ex eadem causa,propter quã,ipse dubitat, secus si ex alia causa propria ipsorum adhærentium; quia tunc debet amicus, & adhęrens ex se ipso,&ex propria causa cautionẽ petere,vt post Rip.in d.rubr. ff.de damn.infect.num. 11.seqq.firmat Farinacc.in q.107.nu. 25.vers.quando petens.

8 Secundo intellige,&declara,quod in omni casu,in quo quis tenetur cauere de non offendendo pro consanguineis, amicis, & alijs, tam actiue, quam passiue, non veniant amici amicorum, seu consanguinei consanguineorum per illam regulam, quod socius

9 mei socij,socius meus non est† sed tantum pro consanguineis, & affinibus vsque ad decimum gradum, vel potius

10 pro illis,qui possent succedere† nisi adsint aliqui de eadem domo, vel Casata, qui licet non sint in gradu consanguinitatis, iuste tamen timere possunt offendi ex eadem causa, ex late traditis per Herculan. in tract. de caut. d.capit.7.num.4.prope fin. & num. 7. versic dubitari tamen potest,& nu. 8. & cap.8.Farinacc. d. quæstione. 107. num.27.

11 Tertio limita, vt non veniant consanguinei, vel affines ignoti in dicta promissione de non offendendo Herculan. de caut. capit. 8. num. tertio versic. quarto declara, vbi subdit

12 nunquam comprębendi futuros† dummodo verba promissionis non fuerint pręgnantia, & ita concepta essent, vt ad incognitos, incogitatos, & futuros promissio trahatur, & tandem concludit esse totum reseruandum ad officium Iudicis, cum plura sint negocia, quam vocabula, quod futuri affines, & ignoti qui diu fuerunt absentes non compræhendantur in cautione Idẽ Hercu.de caut.c.36.n.6.Tiraq.de retract.§.1.glos.q.num.81. vbi alios allegat.

13 Quarto limita de consuetudine in aliquibus locis,prout est in statu Ecclesiastico,vt quis non caueat pro amicis adhęrẽtibus,&sequacibus nec pro omnibus consanguineis,affinibus,sed tantum pro se,suisq.affinibus,&consanguineis vsq.in tertium gradum secundum ius Canonicum computandum, vt Piceni,& Vmbriæ seruari testatur Vulp. in tract.de promiss.q.83.num. 2.& de toto statu Ecclesiastico testatur Farinacc.in d.q.107.nu.29.vbi sub nu.30. subdit,quod si adessent aliqui amici rixantium, vel etiam consanguinei in remotiori gradu,qui ne ab aduersa parte offendantur iuste timeatur,poterunt illi exprimi in eadem cautione: prout ego etiam in Vrbe multoties obseruari

14 vidi ad instantiam partium† Et in Vrbe regulariter tantummodo præstãtur fideiussores pro ipsis principalibus con rixantibus,&non pro alijs,nec cum illa clausula vsq.in tertium gradum, secundum formam Iuris Canonici,prout obseruatur in toto statu Ecclesiastico

15 & si Iudex vellet immutare dictam consuetudinem; quia vellet, vt caueretur pro illo, vel illo, non poterit cogere partes ad dictam cautionem vltra consuetudinem loci. Herculan. de caut. capit. 50. num. 61.sequen.

16 Quinto limita in promissione de non offendendo agnatos, vel cognatos quod non veniant illæ personę, quæ

sunt

funt principium affinitatis, vel consanguinitatis, vt, in vxore, quæ est principium affinitatis, in matre, quæ non est agnata, neq. cognata, & in patre, & filio, qui non dicuntur agnati, vel cognati, sed descendentes, & ascendentes, vt tradit Hercula. de caut. cap. 50. num. 63. vbi tamen subdit, quod hoc reputat Iudicis arbitrarium & in cap 20. num. 14. & Farinac. quæst. 107. num. 340. seqq. de quo late dicam infra in materia fractę cautionis, quęst.
17 44. sed ego teneo, vt istæ personæ in dicta cautione comprehendantur ex indemnitate rationis, cum sit verisimile quod partes magis voluerint prouidere, ne istę personę offendantur, quam aliæ, in quibus viget minor affectio.

18 Sexto limita, quando affines, & consanguinei essent inimici illius, qui ad cauendum cogitur, cum bona fides non patiatur, vt quis de facto inimicorum suorum promittere teneatur Herculan. de caut. in d. cap. 8. num. 2. & 3. qui adducit tex. in l. si merces §. culpæ ff. locat. & Bar. in l. illicitas § ne potentiores num. 5. ff. de offic. Præsid. Laderch. Imolen. conf. 208. sub num. 3. qui loquitur, vt quis non teneatur cauere pro suis familiaribus inimicis, neque etiam pro coniunctis, vel affinibus, qui desierunt esse coniuncti, seu affines, vel qui non reputantur coniuncti, seu affines Farinacc. d. quæstione. 107. nu. 31. in fin. & ante eum tenuit Herculan. in d. tract. de caut. cap. 8. num. 3. versic. tertio declaratur, & versiculo
20 quarto declaratur, cum quælibet dispositio semper intelligatur rebus sic stantibus, & si res perseueret in eodem statu l. fin. ff. qui satisd. cog. Magon. decis. 100. num. 4. Hier. de Mont. quęstione. 7. num. 19. cum alijs cumulatis per Petr. Caball. in quęstione criminal. cas. 102. num. 50. Hort. Vernat. in d. respons. Ciuitatis Perusiæ. nu. 66. seq.

21 Sed si principalis dixerit, ac protestatus fuerit se nolle habere in actu promissionis talem fratrem, vel consanguineum pro suo fratre, vel consanguineo; talis protestatio nihil operatur, cum iura sanguinis dirimi non possint l. Iura sanguinis ff. de reg. Iur. sed si dicat quod in ipsius odium esset ille frater, vel coniunctus fracturus cautionem, & instet declarari pro eo non teneri, debet audiri, neq. cogi ad præstandam cautionem, cum sit fraudibus occurrendum l. in fundo ff. de rei vend. & Hercul. de caut. c. 14. nu. 6.

22 Septimo limita, & intellige, quod sequuta offensione inter aliquos, si timeatur, quod iterum offendantur, non potest promixior, qui non deliquit adstringi ad cautionem pręstandam pro omnibus alijs consanguineis, si in eo cesset timor; sed est adstringendus principalis, qui habuit rixam, vel fuit offensus, vel offendit, vt per Hercu. in tract.
23 de caut. cap. 49. num 7. versic. Quæro aliquis, & nu. 8. vbi subdit, quod idem erit si plures consanguinei cogerentur ad cauendum, vt possint excipere, quod debeant adstringi consanguinei proximiores, cum isti debeant substinere huiusmodi incommodum, cum plura alia commoda successionis sperare possint, & quia in proximioribus consanguineis magis vigeat timor, vt dicam infra quæst. 59.

24 Et quod alij consanguinei causam rixæ non prębentes, neq. in rixa existentes non cogantur ad cauendum pro principali, sed satis sit, quod pro se ipso pręstet cautionem Herculan. in d. tract. de caut. cap. 8. num. 4. seqq. Laderch. Imolen. cons. 208. per totum, vbi late comprobat hanc opinionem, licet Farinacc. d. quæst. 107. num. 34. dicat vidisse aliter obseruari, Principe tamen consulto, propter publicam Ciuitatis quietem.

25 Et si vnus cauit pro omnibus, non erunt adstringendi alij consanguinei

& ita passim obseruatur, vt non omnes consanguinei, & affines comprahensi in fideiussione teneantur cauere, sed sufficit quod vnus caueat pro omnibus prout etiam attestatur Hercul.d.capit. 49. num.8.

26 Octauo, limita, & intellige, vt quis non teneatur cauere pro consanguineis, & affinibus rixosis, & nihil habentibus in bonis, a quibus promittens indemnis releuari non possit; cum non sit ponendus quis in aperto discrimine; vt tradit Herculan. de caut.quæst.49. num.11.quem refert Farinacc.d.q.107. num.32.vbi tamen dicit, quod vix hoc in practica obtineretur, nisi consanguineus esset bannitus: Sed imo eo magis
27 quis est cogendus ad cauendum pro consanguineo, vel affine rixoso, & nihil possidente, cum de eo magis possit timeri, & remedium cautionis sit repertum ad publicam vtilitatē, & ne quies publica discordia priuatorum turbetur, & fauor publicus sit omnino priuato commodo præferendus ad late tradita in terminis nostris de cautione per Hier. de Mont.q.8.nu.40. seqq. Sed si quis promisit pro cōsanguineis, & vnus ex propria inimicitia offendat non rūpitur cautio Herculan.de caut.cap.28. num.7.& in dubio præsumitur offendisse en propria causa Marc.Ant. Maceratesi.variar.resolut.lib.3.resolut.31. nu.7.& an comprahendatur in ea banniti consanguinei, & affines dicam late infra q.56.

28 Et data cautione de non offendendo consanguineos vsq. ad quem gradum intelligi debeat videtur distinguendum: aut sumus in termino dandi cautionem, & tunc interpretatur vsque ad decimum gradum, vel in infinitum, vt scandalis obuietur: aut agitur de iam data cautione, & de termino fractæ cautionis, & tunc si data fuerit tantummodo de non offendendis consanguineis interpretari debet; aut vsq. ad decimum gradum, aut vltra quartū gradum, secūdū aliā opinionē: Si vero fuerit data pro cōsanguineis proximioribus, vel pro agnatis, tūc intelligitur de consanguineis proximioribus, & agnatis, qui sint successibiles; vt hæc omnia declarando refert post alios, quos allegat Hercul.de caut.cap.7.n. 7.versic.dubitari tantum, & num.octauo, & faciunt quæ late scribit in terminis Mascar. de probat concl. 1136. nu.12.seqq. vol.2.

29 Nono limita, & intellige quod si data fuit cautio de non offendendo consanguineos, excepta scia muliere, non per hoc comprahendantur in dicta cautione personæ, quæ alias in dicta cautione non cōprehenduntur, vt sunt minores, prout late post alios firmat Hercul.de caut.cap.28.num.1. & 2.& 5.vbi etiam sub num. 3. firmat quod
30 regulariter exceptio in pœnalibus, & odiosis non firmat regulam in contrarium post Abb. in cap.quoniam limit. secunda extra vt lit. non contest. sed bene ex indemnitate rationis in exceptis admittatur extensio Herculan. d. cap.28.num.4.vbi concordantes allegat.

31 Sed scias quod si consanguinei, vel alij, pro quibus promissum fuit non offendere, ratificarunt, & contrauenerunt, tenentur releuare indemnem promittentem; secus si non ratificarunt: quia punirentur tantummodo pœna extraordinaria Herculan.de caut.cap. 33 nu. 23.

Sed si quis stipulatus est non offendi ex linea sua veniunt omnes descendētes, & non eiusdem fratres vel descendentes en fratribus Hercula de caut.cap.30.num. 11. post Bal. Iaf. & Parif.in locis per eum relatis. Et in stipulatione non offendi suos vel per suos cum in iure non sit determinatum qui veniāt arbitrio Iudicis remittitur Herculān.de caut.capit.33. num. 12. nec valebit stipulatio si Titius offenderit consanguineos quia inuitaret ad delin-

sinquendum Herculan. ibi numero vigesimo quarto.

Quæst. XI.

Pater an teneatur pro filijs spurijs cauere.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest adstringi ad cauendũ pro filijs spurijs, & si simpliciter cauerit pro filijs, ex offensione a spurio facta non tenetur.*

2 *Spurij appellatione liberorum non continentur.*

3 *Statutum disponens quod pater condemnationem pro filio soluere cogatur, non intelligitur de filio spurio.*

4 *An pater debeat cogi ad cauendum pro filijs spurijs est Iudicis arbitrarium.*

5 *Si filius spurius est armigerus, rixosus, & malę conditionis, pater est omninò adstringendus ad præstandam pro illo cautionem.*

1 DE istis filijs spurijs, & adulterinis late dixi in prima parte de pace in quæstione 13. num. 26. seqq. sed strictè modo deueniendo ad quęstionem nostram, ex communi voto Doctorum transit, vt pater non possit adstringi ad cauẽdum pro filijs spurijs, & si pro filijs simpliciter cauerit, ex offensione à spurio facta non teneatur, vt per Doctor. in l. cum pater §. volo ff. de legat. 2. Alexand. in l. ex pacto §. si quis rogatus nu. 48. ff. ad Trebell. & in cons. 60. num. 13. lib.
2 2. † cum appellatione liberorum spurij non contineantur Authen. quib. mod. natural. effi. sui; & quia spurij non sunt nominandi filij Auth. ex complexu C. de incest. rupt. & nec veniant appellatione coniunctorum Alex. d. consil. 60. num. 9. lib. 2. tanquam ciuili iure incogniti Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
3 glos. 8. num. 5. † prout videmus in statuto disponente, quod per condemnationem pro filio soluere cogatur, de filio spurio non intelligitur Bal. in l. generaliter. §. cum autem num. 5. C. de instit. & substit. & in l. 1. num. 4. C. de success. Edict. Honded. cons. 103. num. 34. volum. 1. & faciunt ea, quæ late posuit Hier. de Mont. quęst. 8. num. 14. seq. in terminis istius quęstionis: Et quod pater non teneatur cauere pro filio spurio tradit Din. in quodam cõs. inserto inter Consilia crimin. consil. 6. lib. 1. in parua impręssione, quem sequuntur Castr. Rayn. & Alex. in locis relatis per Herculan. de caut. cap. 32. num. 10. in fin. qui etiam ipse hanc opinionem sequitur, eo maxime stante consuetudine promittendi non offendere vsque ad aliquem gradum, & cum adeo sit illorum natura peruersa, vt non solum delinquerent, vt alijs pręiudicium facerent, sed ipsi paterentur decoriari, vt alios ad æqualitatem suę miseriæ saltim propter incommoda redigerent, & Vulpel. in tract. de promiss. quæst. 84. sub num. 1. testatur de communi opinione, & idem tenet Farinacc. quęst. 107. num. 351. Qui Vulpell. in d.
4 quęst. 84. sub num. 7. † putat hoc esse relinquendum arbitrio Iudicis, an pater in præstandis cautionibus cogendus sit cauere pro filijs spurijs, & considerabit an pater ipsum domi alat, & eum tanquam filium tractet, & an alios legitimos, & naturales filios habeat, ad quos proprie vindicta pertineat, & patris, ac spurij mores, & causæ qualitatem perpendet, & ex his, & similibus ita aget, vt pater indebite non grauetur, sed etiã scandalis obuietur; cuius Vulp. opinio, & cõsideratio est omnino
5 amplectẽda; † Et ego credo quod si spurius esset armigerus, rixosus, & malæ con-

conditionis pater omnino sit adstringendus ad cautionem prestandam de non offendendo pro ipso filio spurio: cum, vt plurimum isti filij spurij in familia conseruentur ad effectum perterrendi inimicos, & multa mala faciendi; & idem Vulpell. in d. quæst. 84. in fin. dicit quod audiuit a plerisq. desi- 2 derari filios spurios pro timore familię & ad vindictam faciendam, & alia mala perpetranda; prout ego certe quidē pluries etiam maximo scandalo a pluribus audiui. Bene verum est, quod in promissione de non offendendo non veniunt spurij vel bastardi late Herculan. de caut. capit. 32. per totum Hort. Verat. in d. respons. ad fauorem Ciuitatis Perusiæ nu. 38. seqq.

Quæst. XII.

An pater possit cogi ad præstandam cautionem pro filijs naturalibus.

SVMMARIVM.

1 *Filij naturales quoad vindictam, & affectionem pro legitimis, & naturalibus habentur.*

2 *Filij naturales admittuntur ad accusandum super nece patris.*

3 *Iniuria facta filio naturali, patri facta censetur.*

4 *Pater tenetur cauere pro filio naturali, ne propria luxuria Patri suffragetur.*

5 *Contrariam opinionem tenent Doct. ibi quod pater pro filio naturali cauere non teneatur.*

6 *Conciliantur contraria huiusmodi Doctorum opiniones: quod sit remittendum arbitrio Iudicis.*

1 ISTA quæstio habet complicitatem cum precedenti questionę; sed magis redditur dubitabilis, cum filij naturales quoad vindictam, & affectionem, quę naturalia sunt pro legitimis, & naturalibus habeantur. Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de accusat. † vbi firmat quod filij naturales admittuntur ad accusandum super nece patris Tiraquell. de retract. lignag. gloss. 8. §. 1. num. 5. vbi concordantes allegat: & quia in proposito agitur de præstanda cautione, & de obligando patrem ad euitanda scandala, & vt quies publica conseruetur, & sic de fauore publico: ideo ista publica vtilitas preferenda erit priuatæ vtilitati patris, vt late in terminiis nostris prosequitur Hier. de 3 Mont. in quæst. 8. num. 38. & seqq. † eo q. magis, cum iniuria facta filio naturali patri facta censeatur l. 1. §. id autem per se met ipsum ff. de iniur. & licet filius naturalis non sit in potestate patris, negari tamen non poterit quin sit affectioni subiectus, vt per Alexand. in l. ex facto §. si quis rogatus num. 38. ff. ad Trebell. & ne milioris conditionis sit luxuria, quam castitas, cum pater teneatur cauere pro filio legitimo, & na 4 turali, vt supra dixi in q. 10. † & ideo ne luxuria patris ei suffragetur, vt per gloss. in cap. statutum el 2. in verb. volumus de hæret. in 6. quam Doctores cōmuniter sequuntur, vt testatur Hier. de Mont. in d. quęst. 8. num. 35. & per alia fundamenta per eum deducta, est concludendum patrem teneri ad cautionem prestandam pro filio naturali.

5 Contrariam opinionem alij sequuntur, vt pater minime teneatur ad cauendum pro filio naturali, etiam nato ex concubina diu domi affectione maritali, & in figura matrimonij retenta Specul. in tit. de success. ab inrest. §. 1. vers. nunc de naturalibus. Alex. consil. 60.

60. n. 8. lib. 2. Alcia. in trac. de præsũp. reg. 3. præsump. 5. Cyn. in l. cũ pater §. volo ff. de leg. 2. Feli. in c. in pręsentia num. 36. de probat. omnes adducti per Vulpell. in tract. de pace, & promiss. q. 85. num. 1. seqq. Din. in d. consi. 6. & Her culan. de caut. cap. 32. num. 10. qui tamen vere non loquuntur de naturalibus, sed de filijs spurijs, & bene faciũt in terminis nostræ quæstionis ea, quæ scribit Hier. de Mont. in d. q. 8. num. 1. cum plur. seqq.

9 In qua Doctorum contrarietate videtur posse huiusmodi quęstionem reduci ad concordiam, vt remittatur Religioni, & arbitrio Præsidis, vt supra dictum fuit de filijs spurijs, vt si dicti filij naturales retineantur in domo per patrem, & tractantur vti filij, ac pater non habeat alios filios legitimos, & naturales, ad quos proprie vindicta pertineat, & debent considerari mores patris, & filij, & aliæ circumstantiæ, & qualitates causę: vt bene animaduertit Vulpell. in d. tract. de pac. & promiss. q. 84. in fine, & q. 85. sub num. 6. nec dissentit Farinacc. in quæst. 107. num. 351. & idem sequitur Hier. de Monte in d. quæst. 8. num. 6. & 17. qui licet conetur defendere opinionem affirmatiuam contra patrem, tamen tandem credit hoc totum esse arbitrio Iudicis remittendum.

Quæst. XIII.

Forensis an, & quomodo cogi possit ad præstandam cautionem de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Forensis non potest cogi ad præstandam cautionem extra eius patriam.*
2 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct.*
3 *Tenendo primam opinionem limitatur pluribus modis.*
4 *Limitatur primo quando solitus est plu ries forensis in illo loco conseruari.*
5 *Limitatur secundo quando forensis esset vagabundus.*
6 *In alijs vero casibus non potest cogi forensis ad cauendum; sed petens cautionem debet interim latitare, vel associari per familiam Curiæ, vel conducere homines armatos.*
7 *Arbitrium Iudicis circa hoc versatur quibus remedijs vti valeat, vt prouideatur quod petens cautionem sit tutus a forensi.*
8 *Licentia arma deferendi est concedenda per Iudicem petenti non offendi a forense.*
9 *Petens dictam licentiam debet pręstare cautionem de armis non abutendis.*
10 *Iudex potest concedere militarem custodiam timenti offendi a forensi, cuius autem sumptibus deciditur ibi.*
11 *Licentia concessa timenti offendi a Forensi non operatur, vt ipse sit tutus ne offendatur.*
12 *Licentia concessa sine temporis præfinitione spirat per mortem, & per officium finitum Iudicis concedentis.*
13 *Suggerens Iudici quod altera pars non cauerit, & obtinuerit exequutionem, si vere cauerit, punitur pæna extraordinaria.*
14 *Forenses plures carcerati possunt ad inuicem fideiubere.*

1 SI forensis veniat in patriã alicuius timentis offendi, videtur quod non possit cogi ad præstandam cautionem, cum aliquid non faciat, vt in illa patria conueniri valeat;

leat; vt tradunt Bar.& Ang. in l. sed, & si susceperit §.fin. ff. de Iudic. & sequitur Felin.in rubr. de treug.& pac. num.17.in 4.declarat. Ias.in l. si super possessione num.6. vers. limita prædicta C.de transact.Marsil.in l. fin.num. 120.& seq.ff.de iurisd.omn.Iud.Card. Tusch.tom.1.concl.169.num. 12.Adden.ad Iul.Clar.§.fin.q.47.in litera A,vers. quid de inimico Forensi,Petr. a Plach.Epithom.delict.lib.1. c.7.nu. 6.in princ.

2 Contrariam sententiam tuetur Herculan.in tract.de caut.cap.12. num. 1. vers.plane si iusta causa; imo ibi plus subdit, quod, & si in Patria sua Iudex fuerit requisitus ad cogendum meum inimicum ad dandam dictam cautionem,& recusauerit, per Iudicē Patriæ meæ concedi possent repræsaliæ, non solum contra illum, de quo timeo, sed etiam contra Ciues illius loci per Bar. in suo tract.de Repræsalijs:alioquin,si ille Iudex requisitus non fuerit, videtur obstare regula,quod actor sequitur forum rei, & secundum istam opinionem poterit etiam forensis banniri a loco suspecto, etiam si non fuerit personaliter citatus, vt post Capio.decis. 141.Herculan. de caut. capit. 50. numero 13.

3 Tenendo primam opinionem negatiuam, vt non possit Forensis veniens ad patriam timentis offendi, cogi, ad

4 dictam cautionem pręstandam, illam† primo limita quando iste forensis solitus esset pluries in illa Patria conuersari,vt tunc sit ibi cogendus ad satisdandum de non offendendo, cum ibi immineat suspicio ex facto suo, & sic quodammodo ex delicto suo, vt post Bald.in l.sed,& si susceperit §.fin.ff.de Iudic.sequitur Felin.in rubr.de treug. & pac.sub vers.quarta declaratio, ibi, nisi multum hic conuersetur.Marsil.in l.fin.nu.120.ff.de iurisd.omn.Iud.Petr. a Plach.epithom.delict.lib. 1. cap. 7. num.6.vers.id vnum intelligens Card.

5 Tusch.d.concl.169.num.12.†Secundo limita si iste forensis esset vagabundus quia tunc etiam teneretur cauere, vt post Angel.firmat Feli.in d.rubr. de treug.& pac. sub dicta 4. declar. vers. considera, & sequitur Herculan. de caut.d.cap.12.num.1.circa princ.Quibus limitationibus circumscriptis nem

6 pe † si non fuerit iste forensis inimicus, solitus in loco conuersari neque vagabundus non cogeretur cauere,cum timor facile euitari possit latitando, quamdiu peregrinatio illius durat,vt declarat idem Felin.in d.rub. de treug.&pac.sub 4.declar.in fine, & refert etiam Herculan.in d.cap.12.nu. 1.circa princ.vel posset durante tempore illius peregrinationis petere a Iudice associari per eius familiam, vt per Ias.in l.si super possessione num.6.vers. item qui timet C.de transact.vel obtinere licentiam a superiore deferendi arma,congregareq.amicos,& in famulatu degere per tex.in l.fin. C.de erogat.milit.annon. lib. 19. & per ea,quę late tradit Petr.a Plach. epithom. delict.lib.1.cap.7.num.5. & sub num. 6. hęc omnia intelligit non de quolibet inimico Forensi, sed de inimico in potctiori significatu,quem sequitur Herculan.in d.capit.12.num.1. versic. circa hoc,vbi etiam subdit, quod sufficeret iuratoria cautio istius forensis, si non inueniret ibi fideiussores, eamdem opinionem sequitur Anton. Gomez. tit.de delict.capit.6.num. 17.nec dissentit Farinacci. d. q.107. nu.42.

7 Sed ego arbitror,quod prudens Iudex debeat cuncta suo arbitrio diligenter perpendere, & regulare per illam propositionem,quod vbi est maius periculum,ibi cautius sit agendum &ideo debeat iubere timenti offendi à Forensi,vt durante mora illius forensis in aliquo loco latitet,& si aliquo accidenti latitare non posset, vt quia esset Mercator tempore numdinarū,iubeat suis satellitibus illum associari;&si hoc

esset

esset ei dedecus, quia forsan essemus
8 in viro Nobili, vel magnate † credo ꝙ non esset inconueniens arma deferre, amicos, & familiares armatos ducere, & recipere cautionem saltem iuratoriam ab ipso forensi, prout non dissentit Herculan. in dict. tract. de caut. cap. 12. num. 1. in fine, & idem melius voluit in cap. 11. num. 1. & per totum
9 cap. vbi etiam firmat, quod Iudex concedendo licentiam deferendi arma, & conducendi homines armatos exigat cautionem de illis non abutendo, idem replicat in cap. 59. num. 39. & Vulpell. in tract. de pace, & promiss. q. 77. num.
10 5. quod Iudex possit ei concedere militarem custodiam, etiam sumptibus concussoris, si sibi videatur, sed si expēsis petentis milites armatos, & ipse sit pauper; quid agendum sit docet late Heculan. de caut. cap. 11. nu. 3.
11 Nec per istam licentiam deferendi arma poterit aduersarius se tueri, quod amplius non teneatur pręstare cautionem, cum per dictam licentiam sit tutus, vt amplius non possit offendi; quia adhuc non dicitur plene prouisum scandalo, cui occurri potest Herculan. de caut. cap. 50. n. 40. vbi etiam subdit quod etiam data cautione poterit Iudex concedere dictam licentiam, si videat non esse plene consultum timenti
12 offendi. Et si in dicta licentia non esset appositum tempus, non spiraret, nisi per mortem, vel per officium finitum Iudicis concedentis, Herculan. de caut. cap. 50. num. 48. per tex. in l. fin. ff. de pęn. & per Afflict. decis. 128. colum. 3.
13 Si vero altera pars suggesserit Iudici calumniose, quod pars aduersa non cauerit, & obtinuerit fieri executionem in bonis, vel in persona, debet extraordinarie puniri, Herculan. d. capit. 50. num. 55.
14 Si autem plures forenses essent carcerati, & deberent relaxari sub cautione, & illam in loco carceris, & Iudicij non inuenirent, an possint ad inuicem & vnus alteri præstare cautionem, vide late Petr. Cabal. in q. crim. cas. 72. per totum.

Quæst. XIV.

Rixosus an adstringi possit ad cauendum, de bene viuendo, & neminem offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Rixosus, & scandalosus potest cogi per Iudicem ad cautionem præstandam de bene, & recte viuendo.*
2 *Cautio ista de bene viuendo respicit tria præcepta, honeste viuere, alterum non lædere, suum vnicuiq. tribuere.*
3 *Cautio de honeste viuendo dicitur odiosa, cum adimat libertatem.*
4 *Cautio de bene viuendo, & neminem offendendo requirit concursum vtriusque qualitatis, videlicet, vt quis male viuat, & aliquam offendat ad incursum pænæ, & sub nu. 6. dantur exempla.*
5 *Copulatorum concursus in pœnalibus requiritur ad pænam incurrendam.*
7 *Cautio de bene viuendo stricte est interpretanda.*
8 *Cautio de bene viuendo non frangitur per dilationem armorum contra prohibitionem statuti.*
9 *Cautio de bene viuendo non frangitur per nouam causam superuenientem.*
10 *Cautio de bene viuendo non tollit quin peti possit cautio de non offendendo ab eodem.*
11 *Rixosi varijs remedijs adstringi debent ne delinquant.*

Cle-

22 *Clericus an possit adstringi per Iudicem laicum ad cauendum.*

1 EX dispositione l. congruit ff. de offic. Præsid. & ex l. æquissimũ ff. de vsufruct. inoleuit quędam consuetudo, & practica ad quietem publicam conseruandam, vt si aliquis fuerit in Ciuitate, vel Prouincia scandalosus, vel rixosus cogatur ad dandam cautionem de bene viuendo, & si fuerit in carceribus, detineatur donec cautionem pręfatam pręstiterit Herculan. in tract. de caut. cap. 22. nu. 1. seq. vbi etiam docet in quibus dicta cautio de bene viuendo differat a cautione de non offendendo, & de eadem
2 practica testatur Bursatt. in cons. 141. num. 53. vol. 2. & effectus istius cautionis est, seruare illa tria pręcepta, honeste viuere, alterum non lędere, suum vnicuiq. tribuere, & malum non agatur, vt bonum fiat, vt declarat Hercu. de caut. c. 22. n. 3. 4. vbi subdit. Et ob id ludus gratia recreationis non erit interdictus.
3 Et licet per istam cautionem occurratur fraudibus, & materię delinquendi, tamen odiosa dicitur, cum libertatem restringat, quę inęstimabilis est l. libertas de regul. iur. & quia graue est aliquem onerare cautione l. 2. §. hoc ff. de Iudic. Hercul. de caut. c. 22. nu. 5 late Bursatt. cons. 141. nu. 48. seq. vol. 2.
4 Et si fuerit data cautio de bene viuendo, & neminem offendendo, non incurritur in pęnam conuentionalem, nisi detur concursus vtriusq. qualitatis vt male viuat, & aliquem offendat: cum copula (&) in dispositione hominis posita concursum copulatorum requirat, late Ias. & cæteri Doct. in l. 1. ff. de Iust. & Iur. & in rubr. C. de iur. & fact.
5 ignor. & quia in pęnalibus præcipuum est, vt requiratur concursus copulatorum, nec ex vnius contrauentione committatur pęna Alex. cons. 25. num 14. & cons. 64. num. 5. vol. 7. Deci. in cap. 2. num. 11. de rescript. late Bursat. cons. 141. num. 43. seq. vol. 2. sed iudicio meo bene datur concursus, vtriusque, eo ipso, quod aliquem quis lædit nec requiritur, quod aliunde male agat, cum qui alterum lædit non bene viuat, vt tradit etiam Herculan. de caut. capit. 22. num. 2. versic.
6 cautio de bene viuendo: imo etiam si quis deliquerit, & veniret puniendus, vt si arma contra prohibitionem quis detulerit, non per hoc incideret in pęnam conuentionalem per cautionem pręstitam de non offendendo, & bene
7 viuendo: cum proprie, & stricte istæ cautiones sint intelligendæ, quãdo delictum fuit commissum in aliquem, ex quo actio iniuriarum insurgi valeat,
8 & bene insimul stare potest, vt quis delinquendo incidat in aliam pœnam, sed non in pœnam conuentionalem ad late tradita per Bero. consil. 242. in princ. & num. 81. volum. 3. Baiard. q. 47. num. 9. §. fin. in add. ad Iul. Clar. & latissime per Bursatt. in d. cons. 141. num. 50. seqq. volum. 2. vbi loquitur, quod in casu suo, ille, qui præstitit similem cautionem de bene viuendo, & neminem offendendo, quia detulit arma prohibita, fuit condemnatus tantummodo pro delatione armorum, &
9 liberatus a pœna conuentionali: Nec erit contrauentum dictę promissioni, si fuerit pręstita noua causa prouocationis, cum illa præbeat iustam causam excusationis a cautione de bene viuendo, vt in terminis tradit Bursatt. in d. consil. 141. num. 46. vbi etiam subdit, quod nec dictæ pœnæ conuentionales committuntur propter læuia delicta.
10 Bene verum est, quod etiam si quis dederit cautionem de bene viuendo, poterit nihilominus adstringi ad cautionem de non offendendo aliquem cum quo adesset iustus timor; quia nemo

nemo prohibetur pluribus defensionibus vti l. nemo ex his ff. de reg. iur.
11 & quia rixosi varijs remedij constringi possunt, & cohiberi a delinquendo ad tradita per Doctores in l quod iussit ff. de re iudic. Herculan. de cautio. cap. 22. num. 6. vbi dicit maxime fieri posse, si quis timeret iniuriam pati, quę non veniret in dicta cautione de bene viuendo, & ideo bene potest decidi illa quęstio, de qua dubitat, & quam indecisam reliquit Herculan. d. cap. 22. in fin. vt cautio de non offendendo non tollatur per cautionem subsequutam de bene viuendo, cum pluribus defensionibus quis vti valeat, ac Iudex varijs remedijs quieti publicæ prouidere debeat, & ad inuicem compatiantur, ideo vna per alteram non extinguitur per ea, quæ late dixi in 1. par. de pace.
12 Clericus rixosus poterit cogi per Iudicem laicum ad cauendum de non offendendo, vel de bene viuendo pro quiete publica, & ad obuiandum scandalis vel saltem poterit capi, & remiti ad Iudicem suum Ecclesiasticũ, vt ibi caueat Herculan. de caut. cap. 31. n. 13. quatenus clerici subsint potestati laicarum per ea quę tradit Tiraq. de retract. §. 1. glos. 8. nu. 42. & §. 32. glos. 1. n. 80. & de retract. conuent. §. 4 glo. 7. nu. 9.

Quæst. XV.

Cautio an sit danda cum fideiussore, vel pignoribus.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo de iure intelligitur de fideiussore, vel pignoribus.*
2 *Quæ conclusio etiam a consuetudine recepta est.*
3 *Cautio de non offendendo eo magis intelligitur cum fideiussione, & pignoribus quando persona est suspecta.*
4 *Pauperes malæ conditionis, & famæ eo magis adstringi debent ad cautionem præstandam, & si illã non inueniunt, mittuntur in exilium, carcerantur, vel relegantur arbitrio Iudicis.*
5 *Diues, & bona immobilia possidens non tenetur præstare cautionem de non offendendo.*
6 *Contrariam opinionem tenent Doctores ibi, &, quod ita seruatur de consuetudine.*
7 *Paupertas operatur, vt pauper admittatur ad cautionem iuratoriam.*
8 *Idoneus fideiussor quis dicatur.*

1 DE iure non est dubium, quod cautio sit danda cũ fideiussore Bar. in l. illicitas §. ne potentiores n. 4. ff. de offic. Præsid. vbi disputat istum articulum, & in hac opinione tandem residet Felin. in rubr. de treug. & pac. num. 10. in 2. declarat. Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 9. & seqq. Petr. a Plach. in epithom. delictorum lib. 1. cap. 7. vbi de commmuni num. 2. Iul. Clar. §. fin. quęst. 47. num. 5. Hercul. de caut. capit. 4. num. 1. & 3. vers. sed in contrarium, & num. 13 Farinacc. q. 107. num. 36. Vulpell. in tract. de pac. & promiss. quæst. 76. Bertazzol. cons. 148. num 13. volum. 1. vbi Claud. in addit. in litera D. qui firmat, quod appellatione fideiussoris intelligitur de tali cautione cum fideiussore, vel pignoribus: & isto modo dicitur idonea cautio. Menoch. de arbitr. cas. 142. num. 3. lib. 2. licet etiam ibi testetur sub num. 2. cautionem idoneam reputari arbitrio Iudicis, & hanc esse receptam inter Doctores opinionem Cardin. Tusch. tom. 1. conclus. 179. num. 6.
2 Quæ conclusio ita de iure firmata etiam

etiam seruatur de consuetudine, vt testatur Alberic. in l. non est verisimile in princ. versiculo, sed vidi dubitari ff. quod met. caus. Iul. Clar. in d. quęstione 47. num. 5. & Herculan. d. capit. 4. num. 4. testatur ita obseruari in plerisq. Regionibus Italiæ, vt nunquam detur ista cautio sine fideiussore, quinimo in ea includatur etiam pignus, cum principalis se obliget non offendere sub obligatione omnium suorum bonorum, & quod ita Perusię etiam seruatur Bertazzol. dicto cons. 148. nu. 13. vol. 1. vbi alios allegat Vulpell. de promiss. quęst. 76. num. 2. vbi firmat ita seruari in Prouncia Vmbriæ, & in Prouincia Piceni.

3 Et vbi persona erit suspecta, eius suspicio operatur, vt omnino securitas quæ danda est per cautionem de non offendendo, intelligatur cum fideiussore, vt per Rip. in rubr. de damn. infect. num. 11. vbi alios allegat per illam regulam, vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum, vt etiam concludit Herculan. de caut. cap. 4. num. 4. & nu. 13. vers. sexto declara, & n. 14. Andr. Fachin. controuers. Iur. lib. 8. c. 40. vers. altera est sententia Iul. Clar. §. fin. quęst. 47. num. 5. vers. sed quæro in

4 fin. vbi firmat paupertatem in isto casu non excusare: quia homines malæ vitę, & conditionis quanto sunt pauperiores, tanto sunt promptiores ad delinquendum, cum non timeant confiscationem bonorum, quę non habent & propterea mittuntur in exilium donec cautionem inueniant Vulpell. de promiss. quæst. 76. num. 3. & 4. vbi etiam dicit, quod huiusmodi homines rixosi non inuenientes fideiussorem in exilium mittantur, & relegentur, vt eorum animus flectatur ad pacem, & honeste viuendum Farinacc. in dicta q. 107. num. 41. Qui Vulpell. vbi supra animaduertit, quod Iudex sit circumspectus ne cogat pauperem, & impotentem ad cautionem cum fideiussore neq. mittat illum in exilium, ne se ad improbos, & facinorosos homines conuertat, prout ego vidi multoties contingere, maxime quando status Ecclesiasticus ob ingentem copiam bannitorum vexabatur; & ideo teneo, quod isto casu erit optimum remedium si recipiatur verbum pro isto paupere, & rixoso per aliquem potentem virum, vt in reuerentiam illius se abstineat ab offendendo aduersarium.

5 Sed si fuerit is, a quo petitur cautio idoneus, & soluendo, & immobilia possideat non tenetur pręstare cautionem, sed sufficeret eius promissio. Bar. in d. l. illicitas §. ne potentiores num. 4. Salyce. in l. denunciamus n. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. Petr. a Plach. epi thom. delict. lib. 1. cap. 7. n. 2. vers. quod si is; Herculan. de caut. in d. c. 4. nu. 4. vbi alios allegat, & nu. 8. & n. 14. vers.

6 aduertendum prætetea; licet aliqui contrarium voluerint, quod etiam diues, & bona immobilia possidens cogatur etiam ad cautionem cum fideiussore Rip. in dicta rubr. ff. de damn. infect. sub nu. 9. Iul. Clar. in d. §. fin. q. 47. num. 5. vbi testatur, quod ita semper vidit obseruari, & Vulpell. in d. q. 76. nu. 2 etiam testatur, quod ita in Vmbria, & Piceno seruatur, prout ego quidem raro aliter obseruari audiui, nec obseruaui, quod quis admitteretur ad cautionem sine fideiussione.

7 Et posset etiam de facili attenta paupertate admitti cautio iuratoria, de quo dicam infra in q. seq. & isti fideiussores, qui promittunt pro alio debent esse idonei, iuxta notata per Doct. in l. 2. ff. qui satisd. cog. Herculan. de caut. capit. 4. num. 4. in fine, & idoneus di-

8 citur fideiussor non solum, qui possidet bona immobilia, sed etiam qui habet tot bona mobilia, quę de facili asportari non possunt, vt si haberet magnam apothecam, vel multa nomina debitorum Iul. Clar. §. fin. quæstione 46. num. 12. versiculo dicitur autem.

late

late Farin.q.33.n.79.seqq.vbi etiã dicit idoneum fideiussorẽ reputari qui tãtum habet in bonis quantum valet id pro quo fideiussit. Et quę idonea,& sufficiens cautio dicatur relinquitur arbitrio Iudicis. Natt. conf.616.nu.7.lib.3. Claud.Bertazz.conf. 148. in litera D. vol.1.vbi concordantes allegat.

Quæst. XVI.

Iuratoria cautio quando, & in quibus casibus recipiatur in cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Cautio iuratoria propter paupertatem præstari debet.*

2 *Cautioni iuratoriæ, vt sit locus, quæ requirantur.*

3 *Maritus pauper admittitur ad iuratoriam cautionẽ, quando est bonæ conditionis, & famæ, ne offendat eius vxorẽ.*

4 *Forensis admittitur ad iuratoriam cautionem si non inueniat fideiussorem.*

5 *Nisi fuerit vagabundus, vel solitus ibi conuersari.*

6 *Illustres personæ non tenentur cauere.*

7 *Persona suspecta, & malę conditionis, nõ admittitur ad iuratoriam cautionem.*

8 *Iuratoria cautio quando sit præstanda remittitur arbitrio* Iudicis.

9 *Nec suspecta persona, ac malæ conditionis, & famæ poterit se iuuare, quod non inueniat cautionem.*

10 *Iuratoria cautio admittitur quando quis cogitur cauere Officio Iudicis, secus si petatur a parte.*

11 *Iudex vltra petita non pronunciat.*

1 SI ILLE, qui ob iustum timorem cauere debet de non offendendo propter inopiam, vel paupertatem fideiussionem non inuenit admittitur regulariter ad iuratoriam cautionem, Herculan. de caut. de non offendendo cap. 5. num. 11. cum nemo ad impossibile teneatur l. impossibilium de regul. Iur. Petr. a Plach. Epithom. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 9. Iul. Clar. §. fin. q. 47. num. 5. vers. bene verum est Farinacc. q. 107. n. 34. Vulp. in tract. de pac. & promiss. q. 77. nu. 1. Card. Tusch. tom. 1. concl. 175. num. 1. idem Hercul. de caut. cap. 6. nu. 7. seqq. & cap. 4. nu. 11. vbi dicit etiam, quia nemo tenetur ad impossibile: ideo Iudex potest admittere ad iuratoriam cautionem, & quatenus Iudex nollet stare dictæ iuratoriæ cautione, poterit procedere ad pænas banni, relegationis, carceris, & triremium pro quieto, & tranquillo statu Reipublicæ: & idem firmat in cap. 11. nu. 6. in fin.

2 Et, vt admittatur ad dictam iuratoriam cautionem, primo debet iurare, quod non potest reperire fideiussorem secundo debet se obligare, & omnia bona sua, tertio, quod non potest etiam alibi fideiubere, si creditor vellet acceptare alibi fideiussorem, Alex. conf. 57. nu. 7. seq. lib. 3. Car. Tus. tom. 1. concl. 175. nu. 6. qui etiam allegat Soccin. in cõs. 231. col. 2. vers. primo probatur lib. 2. Quarto etiam debet allegare causam, & illam summarie probare, & Iudex debet de ea se informare diligenter, sed extraiudicialiter, quod illam inuenire non possit; vt tradit Iul Clar. §. fin. quæst. 46. sub num. 15. versiculo in practica tamen, Card. Tusch. tom. 1. concl. 175. num. 22. & sub num. 24. dicit idem esse, quando teneretur dare omnino fideiussorem, & non reperiat idoneum, vt iuret non reperire alium idoneum, vel magis idoneum illo, quem offert; sed non stabitur soli iuramento

petentis, nisi esset vir probus, & bonæ conditionis, & famæ, late Hercula. de caut. cap. 6. num. 12.

3 Et hoc admittitur, etiam quando maritus est pauper, nec potest cauere de non offendendo vxorem, si causa nõ sit grauis, & maritus sit honestę, & commendarę famæ, nam tunc ipse maritus admittitur ad iuratoriam cautionem Bald. cons. 176. num. 2. versic. generaliter lib. 1. Card. Tusc. rom. 1. conclus. 175. n. 10. & plenius dixit in concl. Vxori quando teneatur maritus cauere de non offendendo, vt dixi supra in quęst. 8.

4 Idemq. erit in forensi, qui admittitur ad iuratoriam cautionem, si non inueniat ibi fideiussorem Ant. Gomez tit. de delict. cap. 6. num. 17. Herculan. de caut. capit. 12. num. 1. circa finem, Petr. a Plach. lib. 1. capit. 7. num 6. Farinacc. quæst. 107. num. 42. Natt. con-

5 sil. 615. num. 6. seqq. volum. 3. † dummodo tamen non fuerit vagabundus, & non fuerit solitus in loco, in quo ab eo petitur cautio, conuersari, vt late dixi supra in q. 13. & est regulare, vt forensis, qui non potest cauere, admittatur ad iuratoriam cautionem. Ias. in auth. cum locum num. 8. C. indict. vid. toll. Alex. cons. 57. n 8. lib. 3. Bertrand. cons. 103. n. 13. & cons. 154 nu. 8. in 1. par. lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 175. n. 13. seq.

6 Nec personæ Illustres tenentur dare fideiussores; sed standum est eorum fidei l. quoties C. de dignit. lib. 12. licet Iul. Clar. in q. 46. n. 16. vers. scias autẽ, contrarium seruari testetur, sed ego nõ recedo ita de facili a dispositione d. l. quoties, cum nobiles habeant huiusmodi prærogatiuam, vt fidẽ seruent absq. alia fideiussione, vt late dixi in hac 2. par. in §. 2. q. 1. num. 8.

7 Sed si iste, qui tenetur dare cautionẽ cum fideiussore esset persona suspecta, & malę conditionis, non audiretur, si vellet admitti ad iuratoriam cautionem. Adden. ad decis. Guid. Pap. 189. in verb. iuratoriam. Card. Tusc. concl. 169. n. 3. rom. 1. & post Bald. in auth cui relictum C de indict. vid. roll. & ibi Iacob. testatur, Baiard. ad. Iul. Clar. § fi. quęst. 46. num. 49. vbi animaduertit hoc esse bene notandum Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 11. versic. vbi persona est suspecta, per illam rationem, vbi maius est periculum, ibi securius est agendum; & totum tandem residet in arbitrio Iudicis, an cum fideiussore, vel sine, partes cauere debeant de non offendendo secundum qualitatem personarum, & secundum circumstantias causæ, vt bene explicant Ant. Gomez tit. de delict. capit. 6. num. 17. Nicol. Moron. de treug. & pac. quæst. 170. num. 3. Farinacci. quæst. 107. num. 39. Menochi. de arbitr. lib. 2. cas. 140. il 1. num. 2. & cas. 140. il secundo num 6. Herculan. de caut. cap. 4. nu. 5. in princ. & fin. & nu. 7. & cap. 5. nu. 12. seq Vulp. in tract. de promiss. q. 77. nu. 3.

9 Nec excusaretur iste suspectus, & vir malæ conditionis, & famæ non esse sibi imputandum; quia fecit quicquid potuit pro inueniendo fideiussore, & illum non inuenit, & ob id admitti ad iuratoriam cautionem; quia non fecit, vt esset vir probus, ac bonę conditionis & fame, quod est lilium dans odorem suauitatis: ideo sua culpa damnum pati dicitur Herculan. de caut. cap. 5. nu. 16.

10 Aliqui etiam distinguunt; aut cautio sit præstanda ex officio, aut ad instantiam partis: & in primo casu quando quis cogitur officio Iudicis præstare cautionem, admittitur ad iuratoriã cautionem, secus quando est præstanda ad instantiam partis; quia tunc est pręstanda cum fideiussore, vt originaliter declarat, Felin. in rubr. de treuga, & pace num. 10. versiculo secunda declaratio, Petr. a Plach. epithom. delict. lib. 1. cap. 7. num. 2. versic. tamen, & sit Her-

Herculan. de caut. cap. 3. num. 13. versic. quinto declaratur, & licet Rip. in Rub. ff. de damn. infect. num. 11. in fin. dubitet de ista declaratione, tamen credo, quod absq. alia dubitatione declaratio sit vera, cum Iudex debeat impartiri officium suum partibus, iuxta petita: & ob id si vna pars petat cautionem cum fideiussore, & similem instantiam faciat, non poterit Iudex diuertere a petitione ipsius partis per l. cum quidam C. de fideicom. cap. licet Hely extra de Simon. l. vt fundi ff. com mun. diuid. in quibus iuribus deciditur, quod stultus est Iudex, qui procedit, & condemnat vltra petita, Herculan. de caut. cap. 48. num. 1. & 2. eoq. maxime cum pars petens cautionem cum fideiussore, prius similem cautionem præstet secundum communem obseruantiam attestatam per Hercul. in tract. de caut. capit. 6. num. 4. ideo vt seruetur æqualitas inter ipsas partes erit etiam danda omnino similis, cautio per alteram partem, prout in contractibus requiritur, vt æqualitas seruetur, vt pluries superius dixi.

Quæst. XVII.

Iudex quibus remedijs vti possint, vt scandala euitentur, quando cautio non sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest varijs, & diuersis remedijs prouidere pro quieto statu Reipublica.*

2 *Iudex, sequuto aliquo tumultu, vel rixa debet citare partes ad cauendum sub pæna eius arbitrio, iuxta qualitatem facti, & personarum.*

3 *Multa irroganda ad cogendum partes ad cauendum arbitrio Iudicis remittitur.*

4 *Multa iuxta l. eos C. de mod. mulctan. de consuetudine non seruatur, sed declatur, vt ibi.*

5 *Iudex in praeceptis ad cauendum potest apponere clausulam, vt interim cautiones habeantur pro praestitis.*

6 *Praecepti forma ponitur.*

7 *Praeceptum pro cautione praestanda potest exequi etiam domi.*

8 *Mulctatus comparens, refectis expensis debet audiri in suis exceptionibus, & ei remittitur mulcta.*

9 *Partes citatæ comparentes, ne interim mala succedant, debent praestare cautionem de iudicio sisti, & de iudicatum soluendo, vel debet eis fieri præceptum ne aliquid innouetur.*

10 *Iudex poterit deuenire ad capturam absque alio pracepto, si sibi videbitur, ob timorem futuri scandali.*

11 *Iudex secularis potest implorare brachium Iudicis Ecclesiastici sub censuris, & pœnis, & è contra Iudex Ecclesiasticus potest inuocare brachium saculare, vt cautiones præstentur.*

12 *Iudex, si partes non possunt praestare cautionem, poterit eius arbitrio deuenire ad alia remedia iuxta facti, & personarum qualitates etiam vtendo pluribus remedijs.*

13 *Iudex poterit interdicere, ne quis transeat ante domum, vel portam alicuius nec exeat de domo, & alia similia facere.*

1 QVONIAM ad bonum Præsidem spectat prouidere, vt Respublica malis hominibus careat l. congruit, vbi Bart. ff. de offic.

Pręsid. & procurare pacem, & concordiam inter subditos, & multa sint pacis priuilegia, & multa fieri possint propter pacem, vt occurratur scandalis, & prouideatur ne fiant tumultus, & seditiones in populo, quę alias non permitterentur, & dicitur nihilominus iustum remedium. Felin. in rub. de treug. & pac. num. 13. Doct. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Præsid. Afflict. decis. 146. Cappell. Tholos. decis. 483. vbi adden. Herculan. de cautio. capit. 3. num. 1. Ideo Iudex quando ambæ partes, vel altera cauere non potest, vel non valet, multa alia remedia adhibere potest, vt late tradit Hercu. in tract. de caut. c. 5. n. 2. seqq. & c. 11. nu. 5.

2 Et primo Iudex, vel Regentes, seu Priores Ciuitatis, vel Magistratus, ad quos illius gubernium spectat, statim sequutis offensionibus, rixa, vel tumultu debent citare partes ad cauendum sub certa pœna arbitrio Iudicis exprimenda, iuxta personarum, facti, vel rixę qualitates, & si fuerint contumaces illos mulctare d. l. congruit de offic. Pręsid. l. si fideiussor. ff. de his, qui satisd. cog. Iul. Ferrett. in tract. de re milit. tit. de Ferijs num. 215. late Petr. a Plach. in Epirhom. delict. lib. 1. cap. 7. num. 3. vbi concordantes allegat, Herculan. de caut. cap. 5. num. 1. seqq. & de istis præceptis, & mulctę exactione pro contrauentione præcepti de cauendo, multa scribit Andr. Gail. in tract. de pac. public. lib. 1. cap. 3. numero 7.

3 Et licet mulcta irroganda sit limitata circa summam de iure communi per l. eos C. de mod. mulctand. tamen poterit Iudex dictam summam a lege taxatam excedere, iuxta facti, & personarum qualitatem; cum hodie de consuetudine dispositio d. l. eos non seruetur, sed arbitrio Iudicum quantitas, & mulcta imponatur Hier. Cagnol. in l. prima num. 19. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibi Curt. Iun. in princ. num. 4. & in §. fin. num. 9. Menoch. de arbitr. cas. 280. num. 2. Rolan. cons. 47. num. 13. seq. vol. 2. Farinacci. in tit. de delict. & pęn. quæst. 18. num. 31. Baiard. ad. Iul. Clar. §. fin. quæst. 31. num. 33. vbi alios concordantes allegat, Herculan. de caut. cap. 5. num. 4. sed solum procederet vbi in præcepto pœna non esset expręssa, vel taxata, vt tunc restringatur ad terminos d. l. eos, vt per Roland. in d. cons. 47. num. 15. Boss. in titulo de mulcta num. 8. in fin. seq. Farinacc. d. quæst. 18. num. 31. in fine.

5 Et ne illo interim, quo pręcepta transmittantur, & partes non comparent, mala succedant, prouidetur per eadem pręcepta, vt interim cautio pro præstita habeatur: quæ practica desumitur ex l. cũ postulassem. ff. de damn. infect. Herculan. de caut. ca. 5. num. 5. vbi ponit formam præcepti, & capit. 42. num. 24. in fin. quæ forma talis est:

6 Pręcipimus tibi N. quatenus venias ad cauendum, & fideiubendum de non offendendo N. sub pœna mille scutorum; & si cautionem, & fideiussionem predictam non dederis, illam haberi volumus pro data: & ita ex nunc, prout ex tunc declaramus: quod si senseris grauari, compareas coram nobis Iustitiam recepturus &c. & idem Herculan. cap. 44. num. 5. dicit quod illa clausula (debeas comparere, & ex nunc, prout ex tunc, & è contra pro tali die haberi volumus te pro citato, & iterum ex nunc, prout ex tunc, & è contra habemus te pro citato) operatur, vt Iudex possit deuenire ad executionem pęnæ, quicquid alias de iure forsan dici posset: & facta relatione de pręsentatione pręcepti, & elapso termino ei assignato, præceptatus mulctatur & contra eum pro mulcta relaxatur grauamen, sine noua citatione, vt post Felin. & Rip. in cap. 1. extra de Iudic. tradit idem Herculan. de caut. num. 5. cap.

7 cap. 5. vbi subdit quod dictum præceptum poterit exequi etiam domi, & si aliquis comparet ad docendum de absentia citati, & ad instruendum Iudicem de innocentia absentis, debet audiri, cum aliqua breui dilatione, & si
8 mulctatus etiam compareat petens reuocari mulctam, erit etiam audiendus, refectis tamen expensis, vt late prosequitur idem Herculan. in d. cap. 5. nu. 6. seq. & similia præcepta ad obuiandum futuris rixis, & scandalis sunt necessaria, ne, dũ via iuris partes cogũtur ad cautionem præstandam, ne sequantur offensiones, iuxta illud: dum Romę consulitur, Saguntum expugnatur, vt per Vulpell. in tract. de pac. & promiss. quæst. 74. num. 4. & ego late dixi in hoc §. 3. in quæst. 7. Et si partes compa-
9 rerent, & vellent se defendere, interim coguntur pręstare cautionem de Iudicio Sisti, & iudicatum soluendo, ac fit vtriq. parti pręceptum, quod nihil innouent. Herculan. de caut. cap. 5. num. 1. per ea, quæ tradunt Bar. in l. 1. §. hoc interdicto ff. vti possid. & Afflict. in decis. 170. & Herculan. idem firmat in cap. 11. num. 5. vers. & nos supra: & de eadem practica procedendi per præcepta modo, quo supra tradunt Andr. Gail. in tract. de pac. pubi. lib. 1. cap. 2. num. 16. Vulpell. in tract. de promiss. q. 8. c. in fine, Baiard. quæst. 47. nu. 21. in fine §. fin. ad Iul. Clar. & quod requiratur citatio etiam post alios, quos allegat, tenet Farinac. quęst. 107. num.
10 18. Et si videbitur Iudici, poterit etiam deueniri ad capturam, absque alia citatione, ne instruatur ad fugam, Herculan. de cautio. capit. 44. num. 6.
11 Imo pro celeri expeditione cautionis præstandę inter partes, Iudex sæcularis poterit implorare brachiũ Iudicis Ecclesiastici sub censuris, & è contra Iudex Ecclesiasticus poterit implorare brachium sæculare, vt per Herculan. in d. tract. de caut. cap. 5. nu. 9. vbi per hæc decidit, quod si bella adessent, vel inimicitiæ inter potentes, Imperator, cuius vires hodie modicę sunt, poterit brachium Ecclesiasticum sub censuris, & pęnis contra potentes existentes sub Ecclesiastica ditione ab ipsis Ecclesiasticis implorare.
12 Et si Iudex nollet stare cautioni iuratoriæ, & partes alias cautiones propter earum paupertatem præstare non possent, poterit eius arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitates, & circumstantias deuenire ad alias pœnas relegationis, exilij, banni, carceris, & triremium, late Herculan. de caut. in d. q. 5. num. 11. seqq. & cap. 11. num. 6. & seq. vbi etiam firmat, quod Iudex poterit etiam iuxta suum arbitrium plura remedia cumulare, vt scandala euitentur ponit exemplum, quod licet creditor fuerit missus in possessionem bonorum debitoris, vel ea sequestrari fecerit, nihilominus agere poterit in personam, & fragile sit soli cautioni se committere l. suspectus ff. de suspect. Tutor. l cogi §. si pater ff. ad Trebell. Tiraquell. §. 1. gloss. 18. num. 33. de tetract. & facit, quod dicitur in l. nemo pluribus exceptionibus ff. de regul. iur. & bene etiam Iudex hęc omnia adhibere potest. c. ex transmissa, & cap. literas extra de restit. spoliat. vbi glossa firmat, quod Iudex in prædictis non modicum habet arbitrium, & idem voluit Herculan. de caut. cap. 4. num 10. vt Iudex ad eius libitum possit plura remedia adhibere, & cumulare, & cap. 44. num. 11. seqq. & cap. 50. nu. 29. Iul. Clar. q. 47. sub num. 3. Farinac. q. 107. num. 12. vbi post alios dicit, quod recusans cauere poterit etiam feudo, & iurisdictione priuari si quam habet.
13 Ac etiam Iudex, si videat, quod timenti offendi bene prospectum non fuerit, poterit ad impediendum scandala præcipere alicui ne transeat ante domum, vel portam alterius, & ne quis exeat de domo, gloss. in l. quod iussit

iussit ff. de re iudic. vbi Alex. & late Claud. Bertazz. ad patrē cons. 148. in litera A, Herculan. de caut. c. 50. n. 10. & dixi supra in quęst. 6. num. 1. in fin. & potest prohibere ne quis accedat ad aliquem locum Bald. in cap. 1. num. 2. Sequæstr. poss. ac potest prohibere, vt Doctor rixosus non intret Collegium Bar. in l. fin. num. 3. ff. de Colleg. illicit. & scolaris rixosus potest cogi mutare hospitium, vt refert, & sequitur Herculan. de caut. cap. 11. sub num. 5. ac etiam pro quiete publica Iudex poterit alicui interdicere aliquem locum, vel Prouinciam, & ne accedat vsque ad certos fines. Felin. in rub. de treug. & pac. sub 8. declarat, & post alios, quos allegat Herculan. de caut. c. 5. n. 14. vbi in fine testatur, quod aliquando vidit interdici alicui malo viro aliquem locum sub pęna triremium, & ob contrauentionem ad vnguem pænam obseruatam fuisse, cum Iudex pati non debeat se contemni l. obseruare ff. de offic. Pręsid. & potest Iudex rixosum adstringere ad cautionem de bene, & honeste viuendo, & neminem offendendo, de quo late dixi supra in hoc 3. §. quęst. 41.

Quæst. XVIII.

Quibus remedijs quis possit se tueri, ne teneatur præstare cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex incompetens non cogit ad præstandum cautionem.*
2 *Vbi non est timor, vel causa, ibi cessat cautio.*
3 *Cautio, vt euitetur quæ sint probanda.*
4 *Petens cautionem præstari debet prius illam præstare, & ita communiter obseruatur.*
5 *Ad cautionem præstandam requisitus potest obijcere, quod malitiose petitur in tam magna quantitate.*
6 *Inæqualitas circa cautionem præstandā potest seruari propter inæqualitatem personarum.*
7 *Consanguinei, & affines possunt excipere, quod ipsi non tenentur cauere; quia in eis cessat suspicio, vel iam fuit præstita cautio per principalem.*
8 *Inferior petens cautionem indebite a potentiori tanquam calumniosus relegabitur.*
9 *Mandatum speciale requiritur ad petendam cautionem.*
10 *Excommunicatus, & bannitus non possunt petere cautionem de non offendendo.*
11 *Petens cautionem potest repelli quando ipse fuit causa inimicitiæ.*
12 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores.*
13 *Timor, & suspicio ad cautionem præstandam quoquomodo, vel ex qualibet parte interueniat, sufficit.*
14 *Coactus præstare cautionem indebite potest petere illam cassari.*
15 *Sed tutius erit si appelletur a decreto de dando cautionem.*
16 *Coactus per carcerationem in casu licito præstare cautionem, non potest petere cassari cautionem post excarcerationem.*

1 SI Iudex suo officio, nemine instante, vellet aliquē adstringere ad præstandam cautionem poterit, ille se defendere, quod nō est eius Iudex competens, neq. ab eo cogi potest, vt late dixi in hoc eodem §. 3. quæstione 7. versiculo sed omnia.

2 Item poterit etiam obijcere, quod nullus timor, vel causa subsit ad pręstan-

standum inter ipsas partes cautionem præfatam, Herculan. de caut. capit. 47.
3 num. 30. † vbi subdit, quod probabit causam exclusionis dãdi istam cautionem per illos modos, ex quibus resultat negatiua timoris futuri, ac, quod ipse est bonæ conditionis, & famę, & non solitus delinquere, vel, quod sit senex: quia isti modi suffragantur, etiã vt non præsumatur, quod nec etiam per alios faciat offendere, & non pręstatur nisi causa legitima subsistente, vt late dixi in hoc eodem §. 3. quęst. 6. & latius in quęst. 7. Item poterit etiam obijcere altera pars, quod eius respectu, nulla subest suspicio, vel causa timoris, ideo non teneri ad cautionem prædictam, licet per aliam partẽ fuerit præstita dicta cautio, Herculan. de caut. capit. 6. num. 6. in fin. Nicol. Moron. in tract. de pace quęst. 170. nu. 1. vbi testatur, quod illi, qui contrarium tenent decipiuntur Farinacci. quęst. 107. num. 23. vers. verum pręmissa.
4 Si vero non ex officio, sed ad partis instantiam quis cogeretur pręstare cautionem, poterit se tueri, quod pars illam petens prius nõ cauerit, Cephal. conf. 690. nu. 5. seq. decis. Tholos. 489. vbi adden. Card. Tusc. tom. 1. in verb. cautio conclus. 169. num. 1. Herculan. de caut. cap. 6. num. 1. seqq. vbi respondet contrarijs, & sub nu. 4. testatur de communi obseruantia, & ego dixi supra in hoc 3. §. sub quæst. 5. vbi declaraui procedere, quãdo ex altera parte subesset timor futurę offensionis, alias
5 secus †. Item poterit se tueri, quod ipse non potest inuenire propter eius paupertatem cautionem, in illa quantitate, quam pars aduersa petit, & cautionem dedit, &c. quod malitiose in tam magna summa cautionem petit ab eo Herculan. in d. capit. 6. num. 8. seqq. Bertazzol. conf. 18. nu. 7. seq. lib. 1. Vulpell. respons. 2. num. 36. respons.
6 3. num. 10. † vbi firmat, quod isto casu etiam inter contrahentes aliquo modo seruari debet inæqualitas, si Iudici ita visum fuerit, & in tract. de promiss. quęst. 79. & ego late dixi supra in hoc §. 3. quæst. 5. & etiam quando vna pars protestatur, quod non intendit cautionem suam tenere, nisi per alteram parrem similem cautionem datam fuisse apparebit. Item poterit deducere, quod est pauper, & non inuenit aliquam cautionem, vel, quod est in loco forensis, vel habet priuilegium non cauendi ob eius nobilitatem, vt late dixi in hoc eodem 3. §. quæstione. 16.
7 Item poterunt consanguinei, vel attinentes excipere, quod ipsi non tenentur cauere pro altero consanguineo, quia in eis non adest aliqua causa timoris, vel inimicitiæ, & iam fuerat præstita cautio per eorum consanguineum principalem in rixa, vel contra quem laborat timor, vel suspicio, & bona fides non patiatur, vt bis idem exigatur Herculan. de caut. cap. 6. nu. 10. vers. sed an vno, & n. 11. vbi subdit, quod nõ audirentur isti consanguinei, vbi diuersæ causæ timoris essent, quę percuterent etiam dictos alios consanguineos, quia tunc etiam ipsi tenerentur cauere †. Item si peteretur cautio
8 ab aliquo inferiore contra potentiorem, & iste inferior non probaret timorem in potentiore, iste potentior non teneretur cauere, & inferior relegabitur Herculan. de caut. d. capit. 6. num. 12. vbi subdir, nisi Iudici aliter visum fuerit, vel poterit partes cogere ad faciendam pacem, vel aliud agendum, vt scandala tollantur, iuxta notata per Iul. Ferrett. in tract. de re mil. tit. de fer. nu. 24.
9 Item quis se tueri posset, si per aliquem peteretur cautio de non offendendo nomine alterius, quod ille non habet speciale mandatum ad dictam cautionem petendam, prout requiritur, vt post Alex. in conf. 78. col. 1. in fin.

fin. volum. 5. testatur Baiard. quæst. 47.num 9.Herculan.de caut. cap. 49. sub num. 16.licet in cap. 6.sub nu. 12. circa princ.vers.quæro aliquis contrarium,videatur tenere, vt dixi supra in hoc 3.§.q.5.

10 Item potest, quis se tueri, quod ipse non adstringatur ad cautionem; quia illam petens est excommunicatus vel est bannitus; ideo non esse audiendum, & poterit opponere exceptiones, quæ impediunt officium Iudicis iuxta materiam l.prima §.&parui ff.quod vi, aut clam.Herculan.de caut.capit. 6.nu.12.circa princ.vers.quæro vtrum petenti.

11 Item poterit se tueri, quod petens cautionem sit repellendus, quia fuit causa inimicitiæ,cum nemo ex delicto suo consequi debeat actionem l. itaq. fullo ff de furt.& damnum, quod quis culpa sua patitur sibi imputari debeat cap.damnum de regul.Iur.lib.6.& nemini liceat allegare turpitudinem suã l.transactionis C.de Transact.& nemini liceat allegare metum,cui ipse causam dedit l.si mulier ff.q met. caus. vt late reassumit Herculan. de caut. cap.

12 6.nu.14. vbi tamen firmat,opinionem contrariam esse communem,prout ego late dixi in hoc eodem §. 3.q.5.vers.& in tantum est verum,& Herculan.in d. q.16.sub num.15.confutatis,& reprobatis contrarijs substinet hanc opinionem, cum vere tota ista materia promissionis de non offendendo sit funda. super quieto pacifico statu Reipublicę & ad tollenda scandala,& ad obuiandum rixis: ideo quo quo modo, & ex quauis causa timor originem sumpsit est inspiciendum l. in ipsius C. famil.

13 hercifcun. vt videmus in testibus,&Iudice,vt ex qualibet suspicione ex quauis causa proueniente, etiam ex causa ipsorũ cõtra quos testes producuntur, timor, vel suspicio sufficiat, vt post alios, quos allegat firmat idem Herculan. de caut. cap. 6. num.15.in fin. Ant.Gomez tit.de delict. cap. 12. nu.14. vers.quod etiam extende, vbi de communi Roland.cons. 24. nu.46. vol.1.Menoch.de pręsumpt.q.89.n.54. in 1.par.vbi concord.allegat Baiar.ad Iul.Clar.§.fin.q.24.n.36.

14 Item si fuerit coactus pręstare dictã cautionem a Iudice indebite,& sine causa,poterit deinde petere cautionẽ præfatam cassari,cum solutum ex sententia iniqua,& sine causa repeti possit Marsil.singul.229.& in l.1.§ si quis vltro nu.62.ff.de quæstio.Alex.consil. 171.col.2.lib.1.cons.69.col.fin.lib.3. Hercula.de caut.cap.44.num.11.Imo si indebite fuerit data, non potest pręttendi fractura cautionis per contrauentionem Herculan.de caut.cap 49. num. 14. vbi tamen subdit, quod si fideiussor soluerit dictam pœnam non opponens talem exceptionem, non poterit agere contra principalem pro sua indemnitate: sed ego puto, quod tutius erit appellare a dicto decreto, vel sententia de dando cautionem, & recursum habere ad superiorem pro dicta cautione cassanda,prout nec ab hac opinione dissentit Farin. vt superius deduxi.

15 Sed si fuerit coactus pręstare cautionem per carcerationem in casu licito, non poterit deinde petere cassari dictam cautionem Hercul.d.c.49. n. 16. vbi concordantes allegat.

Item potest se tueri,quod ipse non vult dare cautionem sub aliqua pœna quia pœnis legalibus debemus esse contẽti Hercu.de caut.c.45.n.4.vers. in hoc autem Farin.q.107.n.84.

QVAEST.

Quæst. XIX.

An quis cogi possit cauere, non solum de non offendendo, sed etiam de defendendo

SVMMARIVM.

1 *Ad aliquem defendendum quis cogi potest.*

2 *Qui non impedit maleficium videtur ipsum maleficium perpetrare.*

3 *Officialis videns duos rixantes, si operam non dat, vt rixa sedetur, potest officio priuari.*

4 *Dominus sciens, & patiens male gesta per procuratorem etiam speciale mandatum non habentem, incidit in pœnam.*

5 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct. quod quis cogi non possit ad aliquem defendendum.*

6 *Quæ negatiua opinio non procedit vbi quis, non solum cum posset prohibere non prohibuit, sed offensioni consensit præstando auxilium.*

7 *Item non procedit quando quis tenetur prohibere ratione publici sui officij, aut publicæ exercitationis.*

1 QVAE sunt in hac quæstione opiniones; & prima est opinio affirmatiua, vt quis cogi valeat ad aliquem defendendum, cum culpa carere non dicat, qui scit aduersarium suum posse offendi, si illum non defendat argumento text. in l. culpa caret ff. de regul. Iur. vbi Doct. & præcipue Deci. num. 3. vbi post Bal. in l. 2.
2 in §. qui seruus ff. de noxalib. † tradit, quod ille, qui non impedit maleficium videtur ipsum maleficium perpetrare, & Deci. in dicta l. culpa caret num. 4. subdit, & non caret scrupulo societatis occultæ, qui cum potuit, manifesto facinori desinit obuiare, & idem
3 ibi firmat Cagnol. sub num. 3. † & idem videmus in officiali, qui vidit duos rixantes, & deuenientes ad arma, & non misit familiam ad sedandam rixam, neq. operam dedit, vt rixa sopiretur, quod potest ab officio deponi, vt per Cyn. & Bal. in l. 2. C. de noxal. Barbat. in cons. 1. num. 106. versic. decimo adduco, lib. 3. Cagnol. in d. l. culpa caret nu. 4. Iac. Nouell. in pract. crimin cap. fin. num. 34. & facit etiam in proposito, quod firmant Theologi in materia restitutionis, quæ de necessitate salutis fieri debet, iuxta regulam non remittitur peccatum, nisi restituatur
4 ablatum. † Idem videmus in procuratore, qui fecit incidere Dominum in pœnam, licet non habeat speciale mandatum, si Dominus sciat, & patiatur male gesta per procuratorem per tex. in l. semper qui nō prohibet ff. de reg. iur. & Dec. in d. l. culpa caret, & ego aliàs dixi in 1. par. de pac. dum tractaui an pax rumpatur per illum, quo præsente ab extraneo alter, cum quo pacem habebat, offendebatur si auxilium non præstitit. q. 61.

5 Altera fuit opinio, vt quis cogi non possit ad aliquem defendum: quia regula firma est, vt nemo inuitus defendere cogatur tex. in l. nemo inuitus ff. de regul. iur. & quia in iure aliter cautum non reperitur, vt firmat Hercula. in tract. de caut. cap. 39. num. .:. versic. contra puto, & facil. tex. in l. metum §. sed licet ff. quod met. caus. Nec obstant allegata in contrarium pro prima opinione; quia illa procedunt, quando quis ratione officij, vel publicę vtilitatis ad aliquid faciendum tenetur, vt si omittat illud facere, & non prouideat ne malum committatur, culpa carere non dicatur, ac scrupulum occultę societa-

cietatis habere presumatur, vt bene declarant Doct. in d. l. culpa caret, & præcipue Hier. Cagnol. sub num. 6. & sequentib qui ad omnia exempla adducta pro prima opinione respondet, Et precipue ista opinio secunda negatiua procedit de iure ciuili, cum quis non teneatur obuiare delicto, & alium defendere etiam clamando, & reuelando vt per Doctores in d. l. culpa caret, & præcipue per Deci. num. 5. seqq. & Cagnol. num. 12. vbi ambo testantur de communi, & fere infinitos alios Doctores. hanc opinionem tenentes referunt & licet aliqui de iure Canonico voluerint quem teneri obuiare delicto, & alterum defendere, eorum opinio intelligitur in foro conscientię, & non contentioso, secundum communem opinionē attestatam per Apostill. ad Deci. in d. culpa caret in litera B & eamdem opinionem sequuntur Iul. Clar. q. 87. n. 3. vbi Baiard. num 15. Franc. viui. commun. opinion. in verb. defendere num. 2. late Decian. respons. 65. num. 6. volum. 3. & etiam late Honded. consil. 98. num. 34. vol. 2. vbi concordantes allegat, & reprehendit Couar. aliter tenentem.

6 Quæ opinio negatiua non procederet vbi, non solum ille potuit prohibere, & non prohibuit, sed consensit offensioni prebendo ei auxilium quamuis remotum ante, vel post delictum, vt si dederit Arma, vel equum ad fugam accomodauit per ea, quę tradit Iul. Clar. in q. 87. nu. 4.

7 Item non procederet, quando quis tenetur ratione publici officij, aut publicæ exercitationis in defendendo, aut publicæ oblationis, vt in procuratore, qui inuitus procurare, in Aduocato, qui inuitus aduocare, & in Doctore, qui inuitus consulere cogitur, vt etiā hospes cogatur hospitari, & meretrix cogatur soluta mercede pati carnaliter cognosci, & idem erit in notorio, mercatore, & his similibus personis Ang. in l. 1. §. fin. ff. de furt. aduersi naut. vbi late, & Felin. in rubr. de testib. cogen. & late Doct. in l. nemo inuitus. ff. de regul. Iur. & præcipue Deci. & Cagnol. nu. 1. Hercul. de caut. c. 39. nu. 13.

Quæst. XX.

Coniuncti in tertio gradu compræhensi in cautione de non offendendo an sint indicandi, & exhibendi.

SVMMARIVM.

1 *Si tam ante, quam post præstitam cautionem pro se, & consanguineis vsque ad tertium gradum, altera pars petat indicari omnes consanguineos est audienda.*

2 *Nisi tamen calumniose peteret indicari.*

3 *Consanguineorum nomina, & cognomina partibus petentibus sunt exprimenda.*

4 *Cautio non rumpitur per offensam factam in personam non coniuncti pro coniuncto expræssi.*

5 *In pænalibus veritas attenditur.*

6 *Offensor est absoluendus, si non probetur attinentia, vel esset dubia.*

1 QVONIAM, vt plurimum contingit cautionē de non offendendo pręstari pro se, & consanguineis, & affinibus, & coniunctis vsq. ad tertium gradum, si tam ante præstitam cautionem quam post per alteram partem petatur indicari omnes consanguineos, affines, & attinen-

nentes in dicto gradu existentes, debet pars audiri, cum sua intersit proba biliter iure dictos cõiunctos iuxta tex. in l.fin.ff. ad exhib.&in terminis nostris tradit Herculan.de caut.cap.39.num. 1.& sub nu.8.dicit ignorantia cognationis in dubio præsumitur,&infert ad decisionem, quod si aliquis coniunctus e longinqua Regione veniens offendat compræhensum in cautione, si dicat cautionem ignorasse, vel offendisse alterum compræhensum in cautione, quem ignorabat esse coniunctum, excusabitur, vt etiam dixi in 1.par. de pace.

2 Nisi tamen calumniose peteret indicari,&exhiberi coniunctos, quia essent coniuncti noti,& verisimiliter illos pro coniunctis haberet,& si publice pro talibus haberetur; quia nõ erit super hoc pars ita petens audienda, vt late per Hercul.de caut.d.cap.39.nu.2.ex traditis per Alex.in cõs.27.lib.6.per Soccin.Iun.in conf.4.col.fin.lib.2.& conf.

3 54.col.fin.lib.3.& sub num.5. firmat, quod ad tollendam omnem dubitationem, & ne vnquam per contrauenientem possit allegari Ignorantia gradus cognationis non esset mala cautela si nomina coniunctorum exprimerentur; quod tamen in practica non seruatur, nisi partibus petentibus.

4 Bene verum est, quod si aliquis non coniunctus exprimeretur pro coniuncto, cautio non rumperetur per offensam in eius personam factam, vt firmat

5 idem Hercul.in d.c.39.nu.6.cũ regula sit quod in pœnalibus attendatur veritas,& non opinio. Veronen.conf.crim. 7.nu.6.in princ.Crauett. conf. 2.num. 8.in princ.late Farin.in tract.crim. tit. de pœn.temperan.q.87.n.7.seqq. add. ad Farin.in conf.46.in litera B.in fin.& cõs. 65.in litera K, Petr.Caba.in q. cri.

6 cas.31.n.14.&seq.& si non probetur attinentia, vel esset dubia, offensor erit absoluendus, Herc.d.c.39.n.7.&, prius dixit in cap. 35. num. 19.& quomodo sit probanda late dixi in 1.par. de pace.

Quæst. XXI.

Promissio de non offendendo, si non appareat quibus stipulatio facta fuerit, de quibus intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio in dubio præsumitur pro se tantum: sed fallit quatuor modis n.3.*

2 *Promittens pro se,& hæredibus intelligitur promisisse pro primis hæredibus.*

4 *Cautio simpliciter præstita,& generaliter refertur ad omnes causas rancoris & odij præteritas.*

5 *Cautio quando est præstita pro vna causa, ad illam tantum restringitur, & omissum pro omisso habetur.*

6 *Cautio in dubio pro quacunq. causa in præteritum censetur data.*

1 HAEC quæstio resoluitur per tex.in l.stipulatio ista §. hoc quoq. & §. si quis ita ff. de verb. obligat.vt in dubio quis stipulatus fuerit pro se tantum. Batt. Soccin. regul.381.n.1.Hercu.de caut.c.10.n.8.

2 vers.&per hoc; idemq. est, quando quis promisit pro se,&hæredibus, vt intelligatur promisisse pro primis hæredibus

3 & nõ pro alijs, vt alias dixi. Qui Soc. in d.reg.381.ponit quatuor fallentias ad istã propositionẽ in quæstione firmatã, & prima est in seruo, quia stipulatur Domino, secunda in filio, quia præsumitur stipulari patri l. quicunque §. finali. ff. de verb. oblig. Tertia in procuratore, qui intelligitur stipulari Domino lege post dotem ff. sol. matr.

Quarta in dote, de quibus fallentijs tradunt Bar. & Doct. in d. l. stipulatio ista §. si quis ita ff de verb. oblig. & in statu Ecclesiastico per Bullas Pontificū censet stipulata pro Cam. Apost. vt dixi in 1. par. de pac.

4 Et in proposito solet dubitari an cautio prestita referatur ad omnes causas rancoris, & odij preteritas, vel ad vnam causam tantū, in qua dubitatione Doct. pro eius vera resolutione distinguūt, quod si cautio fuerit, prestita simpliciter, & generaliter, tunc tanquā loquutio indefinita ad omnes causas referatur l. 1 §. & generaliter ff. de legat.

5 prestan. l. si pluribus ff. de legat. 1. Aut fuit prestita propter vnā causam tantū & ad illā restringitur l. cū pater §. dulcissimis ff. de legat. 3. l. regula §. licet ff. de iur. & fact ignoran. cum omissum in ista materia cautionis pro omisso habeatur Hercu. de caut. c. 6. n. 11. & non fiat extensio de vna causa ad aliā, neq.

6 de vna persona ad aliā, prout alias latius dixi: Aut sumus in dubio, & tunc pro quacunq. causa in preteritū censetur data; cū timor scandali, & future offensionis sit indistinctus, vt bene declarat Hercu. in tract. de caut. cap. 10. n. 9. seqq. & idem annuit in c. 6. n. 11.

Quæst. XXII.

Mandatum an in ista materia cautionis requiratur, & an spiret morte mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur in materia cautionis.*

2 *Cautio præstita pro se, & consanguineis non requirit mandatum consanguineorum.*

3 *Cautio pro consanguineis requirit speciale mandatum.*

4 *Mandatum huiusmodi mandantis morte non expirat.*

5 *Procurator promittens non offendere pro Domino suo, & eius agnatis, vel huiusmodi promissionem recipiens, nō remanet obligatus, nisi aliud de eius consensu appareat.*

1 PRo hac quæstione faciunt ea, quæ late scripsi in prima parte de pace quæst. 30. sed qui illa, quæ ibi posui loquuntur de Pace; ideo hic referam ea, quę tangunt specifice cautionem de non offendendo, & vera resolutio est, vt requiratur speciale mandatum, cum sit materia ista fundata super timore futurę offensionis, ac super suspicione, quæ in animo cōsistit, & ea, quæ proueniunt ab animo nō possunt explicari sine speciali mādato, vt p Ang. in l. si quis intentione ambigua ff. de iudic. & notāt Doct. in l. Pōponius §. fi. ff. de rei vend. & in terminis nostris tenet Alex. cons. 87. n. 7. & 14. vol. 5. Tiraq. in cōsuet. Pict. rit. retract. q. 36. glo sa. 3. n. 10. Baiard. in add. ad Iul. Clar. §. fin. quęst. 47. num. 9. Iul. Ferrett. in tract. de re milit. in tit. de ferijs num. 113. Herculan. de cautiou. cap. 38 num. 4.

2 Sed si quis promittat pro se, & pro consanguineis de non offendendo, non requiritur mandatum consanguineorum per Herculan. de caut. cap. 6. num.

3 12. vers. quęro aliquis. Secus si velit promittere per consanguineos suos nō offendere, quia tunc requiritur mandatum ab omnibus, vt declarat idem Herculan. in d. tract. de caut. cap. 49. nu. 10.

4 Et etiam re integra mandatum morte mandantis non expirat, quia materia cautionis maximam similitudinem habet cum pace, in qua morte mandantis etiam re integra mandatum non

ex-

extinguitur, vt late dixi in d. q. 30. in 1. par. de pac. & ita exprẽsse in nostris ter minis tenet Hercu. de caut. c. 38. n. 3. 4.

5 Sed procurator, qui promittit non offendere pro Domino suo, & eius agnatis, vel è contra, si promissio per procuratorem fuerit recepta, procurator nõ remanet obligatus, nisi exprẽsse aliud de eius consensu appareat, late Hercu. in tract. de caut. c. 46. n. 1. & 2.

Quæst. XXIII.

An Ciuitas Prælatus, Abbas, & Duces belli possint pro suis particularibus se obligare, & è contra in ista cautione.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas Prælatus, Abbas, & Duces Belli tenentur præstare cautionem pro suis particularibus, & e contra.*

2 *Non autem in omnibus casibus, sed tantummodo vbi per alios cautio præstari non potest, vbi timeretur scandalum.*

3 *Cautio prædicta quando præstanda sit remittitur arbitrio Iudicis.*

4 *Contra Vniuersitatem recusantem dare talem cautionem re laxantur repræsalia.*

5 *Vniuersitas, Prælatus, vel Abbas non possunt obligare Ecclesiam, vel Monasterium, nec Priores Vniuersitatem suam nisi conuocato consilio, & de illius ordine.*

6 *Quomodo, & quando sit citanda Vniuersitas ad dictum effectum, vide ibi Doct.*

7 *Clausula in literis Principis apposita, vel sufficiat citatio in personam vnius Consulis, vel sindici loci, & valeat ac si Vniuersitas ipsa citata foret, tollit omnem controuersiam.*

IN ista quæstione Herculan. in tract. de caut. fuit sibi met, circa eius resolutionem contrarius, cum in cap. 50. sub nu. 33. seq. renuit, quod Vniuersitas non teneatur dare cautionẽ pro particularibus suis, & in c. 38. n. 14. seq. tenuit cõtrarium, & plus, vt tam Vniuersitas, & Priores, quam Prę́latus, Abbas, pro sua Ecclesia, & Monasterio respectiue, vel Duces belli, Communitas, Prę́latus, & Abbas teneantur ad pœnam, vt est videre in d. cap. 38. n. 16. Sed in d. cap. 50. sub num. 33. in princ. totum contrarium teneat. 1 † Sed ego omnino credo, quod possit, & dari, & peti cautio per supradictos, cum etiam dari, & peti possit pro suis consanguineis, hæredibus, sequacibus, & adhærentibus, vt idem met Hercul. tradit in d. q. 38. n. 24. & late ego dixi in hac secunda parte in isto §. 3. q. 10. 2 † Sed bene credo, quod non in omnibus casibus indistinctè cogi possint, Communitas, Priores, & Duces Belli, sed tantummodo vbi per alios cautionem præstare non possent, & vbi timeretur scandalum in Vniuersitate, vel in Castris, seu, exercitu, & aliunde occurri scandalis futuris non posset: & idem erit quando in aliquo Castro, vel Ciuitate adessent partes, & illarum occasione ad dictum locum accederent banniri, vt possint ipsę partes, 3 vel vnus de ipsis pro alijs cogi ad dictam cautionem, vt firmat idẽ Hercul. dicto tract. de caut. c. 38. n. 16. in fin. & 4 si Vniuersitas recusaret pro suos dare talem cautionẽ possent relaxari repręsaliæ, vt firmat Herc. de cau. c. 50. n. 34 5 vers. plane. Sed Vniuersitas, Prælatus, vel Abbas nõ poterũt obligare, Ecclesiã, & Monasteriũ, nec Priores Vniuersitatẽ suã, nisi cõuocato consilio, & de illius ordine, vt firmat Herc. in d. c. 38. n. 15. ex traditis per Bal. in l. presens C. de transact. & per Bar. in l. 1. ff. de iniur. & in l. prohibere §. plane ff. quod vi,

Dd 2 aut

aut clam, & per Iul. Ferrett. in tract. de re mil.rit.de fer.n.18. Bene verũ est quod si fuerit data cautio per vnã de non offendendo aliam vniuersitatem, si vnus de vniuersitate offendat vel offensus sit, non cõuocato consilio, sed separatim nõ frangitur ista cautio, Herc.
6 de caut.c.41.nu.13.†Quo autem sit citanda Vniuersitas an sufficiat citare sindicum, aut sit citanda dum Ciues sunt in loco solito congregati, vel in capitulo vel in arẽgo, aut in alio deputato loco, late tradunt Doct.& præcipue latissime Soccin. tract.de citat.art.17. col.penul.& Hier.Cagnol.in l.non potest n.1.ff.regul.Iur.ad quos in specie cautionis de non offendendo se restringit, & remittit Herculan.in d.cap.50. num.16.vers.& an Duces:& in aliquibus locis, prout est In Ciuitate Vercellarum extat statutum, vt citatio facta in personam Consulum, vel ad eorum domos sussi iat, vt refert Cagnol.in d.
7 l.non potest n.1.circa fi ff.de reg.Iur.† vbi etiam subdit, quod ad euitandum controuersam inter Doctores vertentem recte per literas Iustitię illius Principis poni solet clausula salutaris in citatione, vt sufficiat in persona vnius ex Cõsulib.ac sindici loci,& pinde valere, ac si Vniuersitas ipsa citata foret.

Quæst. XXIV.

Cautio de non offendendo quanto tempore duret, & per quantum tempus dari debent.

SVMMARIVM.

1 *Cautio per quantum tempus durare debeat Iudicis arbitrio remittitur.*
2 *Iudex arbitrium suum poterit extendere vsq.ad decẽ annos, & non vlterius.*
3 *Tempus de cõsuetudine in istis cautionibus apponi solitu habetur pro apposito.*
4 *Cautio extinguitur finito dicto tempore, attenta consuetudine.*
5 *Relegatus in aliquo loco ad tempus, finito tempore relegatio extincta dicitur.*
6 *Iudex potest statuere ex causa, vt cautio præstetur in perpetuum.*
7 *Cautio simpliciter præstita dicitur perpetua.*
8 *Actio ex cautione præscribitur spacio aut 20.aut 30.aut 40.annorum.*
9 *Cautio an sit præstanda cum præfixione termini, seu simpliciter vide ibi.*
10 *Iudex partes ad renouandam cautionem cogere potest, si subsit causa, & cautio non sit perpetua.*
11 *Timoris causa in dubio præsumitur durare ad renouandam cautionem.*
12 *Iudex non potest cogere partes ad renouandam cautionem, si non adest timor scandali, aut causa legitima, vt suspicio.*
13 *Fideiussor cogi non potest ad iterum fideiubendum.*
14 *Cautio præstita per totum mensem Augusti, & deinde ad beneplacitum, si beneplacitum non fuerit declaratum in dicto mense, extinguitur.*

1 DOCTORES in l.illicites §.ne potentiores ff. de offic.Pręsid.& præcipue Bar.sub nu.7.firmant arbitrio Iudicis esse remissum quanto tempore sit hæc cautio duratura Felin.in rubr.de treg.& pac. vers. 3.declaratio, Ant. Gomez. tit.de delict.c.6.n.fin.Herculan.de caut.cap.9. n.6.seqq.& nu. 16.Menoch.de arbitr. cas.141.n 2.lib.2.vbi de veriori,& recepta opinione testatur Petr. a Plach. epithom.delict.lib.1.cap.7.num.4.vbi etiam testatur de communi Farinac.q. 107.nu.46.qui etiam testatur de communi Vulpell.in tract.de promiss.q.78. num.1. vbi reiecta opinione Io. Fabr. testatur de communi,& ibi allegat quamplures alios Doct.deinde relatos per Farinacc.vbi supra Baiard. ad Iul. Clar.§.fin.quęst.47.n.30.qui se refert ad

ad Menoch. in d. caf. 141. Adden. in litera A, in princ. ad eumdem Iul. Clar. in eadem quęst. 47. Card. Tusch. tom. 1. conclus. 167. num. 18. Et omnes reprobant illam opinionem, quæ desumebatur ex tex. in §. sed neque auth. de mand. Princip. vt duraret per triginta dies, vt in specie tenet Bar. in d. §. ne potentiores num. 7. Petr. a Plach. in d. cap. 6. num. 4. Iul. Clar. in d. q. 47. num. 6. in fin. dicit in practica non seruari illam opinionem de 30. diebus.

2 Et Iudex arbitrium suum poterit extendere vsq. ad decem annos, & non vlterius, Feli. in d. rub. de treug. & pac. declar. 3. in fin. Alex. in l. dies cautionis nu. 6. ff. de damn. infect. Nicol. Moron. de treug. & pac. quæst. 188 num. 7. Marsil. in l. 1. §. præterea num. 8. ff. de quæstionib. Menoch. de arbitr. lib. 2. caf. 141. n. 3. Farin. q. 107. nu. 47. Hercu. de caut. cap. 9 sub nu. 6. & nu. 8 in fin. Petr. a Plach. epithom. delict. lib. 1. c. 7. nu. 4. in fin.

Primo intellige, & declara, quod in ista materia pręstandi cautiones, & per quantum tempus pręstari debeat, attenditur stylus, & consuetudo loci, vt per Iul. Clar. in §. fin. q. 47. nu. 6. in fin.

3 Hercul. de caut. cap. 9. num. 25. Et inquit de consuetudine tempus apponi solitum in istis cautionibus habetur pro apposito, etiam si appositum, non est, & sub num. 16. affirmat communem esse obseruantiam, quod dentur per totum tempus Iusdicentis officij, & per aliquot dies postea arbitrio Iudicis; prout ego dixi in hac secunda parte in §. 1. de treuga, &, quod ita obseruatur in statu Ecclesiastico Vulpell. in tract. de promiss. quæst. 78. num. 1. vers. sed vbi in contrariũ, vbi testatur, quod istæ cautiones dantur, aut durante Gubernatoris officio, aut simpliciter, aut in perpetuum, iuxta stylum, & consuetudinem locorum, quæ consuetudo 7 attendenda est: nec ab ista opinione dissentit Farinac. in d. quæstione 107. nu. 53.

4 Et attenta dicta consuetudine, finito tempore absque alia declaratoria cautio extinguitur: & propterea Prætores debent esse diligentes in principio eorũ officij facere renouare dictas cautiones pręstitas tempore antecessoris, ne ob eorum negligentiam offensiones sequantur Iul. Clar. §. fin. quæst. 47. num. 6. vers. & aduerte, vbi etiam testatur, quod in facto vidit multa mala contingere, & sequitur Moder. Farinacc. in d. quęst. 107. nu. 54. Et eamdem opinionem, quod absque alia declaratione finito tempore spiret fideiussio tenet Herculan. in tract. de caut. c. 31. num. 14. seq. per illam regulam, quod prohibitum ad tempus post tempus censetur permissum l. Imperator ff. de postul. vbi subdit: Et ideo videmus,

5 quod relegatus in aliquo loco ad tempus, finito tempore, relegatio extincta dicitur, & potest redire ad locum interdictum absque alia declaratione Bald. conf. 34. num 1. in 1. dub. vol. 1. & late Corbol. in tract. de Iur. emphit. tit. d. cauf. priuatio. ob temp. finit. num. 7. mihi fol. 91. vbi concordantes allegat.

Quid autem attento dicto stylo de cautione duratura ad officium Prætoris si Prætor confirmetur, an cautio expiret dixi supra in hoc 3. §. quęstione 7.

6 Secundo intellige, & declara, vt Iudex possit ex causa statuere, vt cautio præstetur in perpetuum, & causa erit iusta, si præcesserit inimicitia capitalis, vel talis, vt etiam longo tempore obliuio induci non possit, vt per Vulpell. in tract. de promiss. quæstione 78. nu. 2. 3. vbi ponit exemplum si alicui fuisset occisus filius, aut pater, & sequitur Farinacci. in dicta quæstione 107. num. 48.

Tertio intellige, quod cautio simpliciter præstita dicitur perpetua cum

tempus incertum ita in dubio iudicetur lal.in l.sufficit,per illum tex. ff. de cond.indeb.cum alijs adductis per Tiraquell.de retract.conuent.§ 2.glos.1. num.39.late Herculan.de caut. capit. 9 num.22.& 23.vbi refert plures opiniones,&præcipue illam,vt cautio simpliciter pręstita duret vsq.ad 30.dies, de qua dixi supra: Item refert, quod sit arbitrarium Iudicis: Item, quod tempus cautionis finiatur cum ipsa inimicitia, vel cessante timore per regulam cessante causa cessat effectus, & &quod erit probanda causa,per quam cessauit timor; & desuper ferri debet declaratoria,& etiam tenet tempus huiusmodi esse perpetuũ,& allegat Apostill.ad Bar.in l. illicitas §.ne potentiores de Offic. Præsid. & allegat etiam Paris.in conf.165.col.1.lib. 4.Iul.Ferrett.in tit.de ferijs num.44. & Rip. in rubr.ff.de damn.infect.nu.24. & idem diximus esse in pace, vt in dubio sit pręsumenda perpetua fauore publicę vtilitatis,& quietis; & ab ista opinione non dissentit Farinacc. in d quęst. 107.num.50. qui dicit Eugen. in cons. 82.num.8.contrarium tenere; sed Eugen.ibi nihil pro sua opinione adducit, prout ego animaduerti. Sed tantummodo se refert ad quasdam allegationes incerti authoris. Bene verum est, quod licet cautio simpliciter præstita dicatur perpetua, tamen actio ex ea præscribitur spacio aut viginti, aut triginta, aut quadraginta annorum iuxta terminos l. quærelam C. de fals. vt sentit, & expræsse tenet Herculan.de caut.capit.9.num.4.nec dissentit Farinacc. in dicta quęst. 107. num.51.

9 Sed dubitatur,quomodo sit ista cautio pręstanda, aut cum pręfixione termini,seu simpliciter, & pro resolutione distinguuntur duo tempora, vnũ ante præstitam cautionem, secundum post præstitam cautionem. In primo tempore affirmant esse simpliciter præstandam cautionem, ne detur occasio differendi pręstare dictam cautionem, & mala sequantur; prout in facto multa mala contingere vidisse testatur Iul. Clar.in §.fin. quæst. 47. num. 6. circa med. In secundo vero tempore cautio præstãda sit arbitrio Iudicis,& sic duret quantum durabit inimicitia,& causa timoris Iudicis arbitrio, vt per longam disputationem declarando istam quęstionẽ firmat Rip. in rub.ff.de dam. infect.num.23.& ibi dicit, ita commu nem opinionẽ in principio istius quæstionis firmatam esse intelligendam, licet hanc declarationem Rip.non approbet,Herculan.in tract.de caut.cap. 9.num. 7. dicit, quod Rip. non multum perite distinxerit; sed moder.Roman.Farinacc.in d.quęst.107.num.49. in fin.affirmat distinctionem, & declarationem Ripę esse rationabilem,& veridiam, & quod in Vrbe ita practicatur,vt Iudex nullũ in cautionẽ faciat pręfigere terminum, sed simpliciter eam præstari mandet: Et Farinac.non bene meo Iudicio euacuat difficultatem: quia si in secundo tempore fuerit etiam simpliciter concepta fideiussio,non video cur ipsa non debeat esse etiam perpetua per illam regulam supra positam,vt tempus incertum quando dubitatur an sit perpetuum, in dubio perpetuum iudicandum sit: & sic consideretur forma conceptionis cautionis,& nam tempus, ad iudicandum an fuerit cautio perpetua, vel arbitraria,& sic duratura, per decennium. Nec ratio allegata pro primo tempore, quod simpliciter recipiatur, ne detur occasio differendi præstationem dictæ cautionis, mihi videtur, quod possit alterare decisionem pręfatam; quia si fuerit etiam dictum arbitrio Iudicis duratura a principio, non credo, quod potuisset oriri occasio differendi illam præstari; & ideo quocunque tempore simpliciter pręstita fuerit, semper sit perpetua per rationem superius

rius deductam ego omnino teneo.

10 Verum est, quod si non fuerit perpetua, sed ad aliquod tempus præfixum, poterit Iudex cogere partes ad renouandam cautionem, si subesset causa inimicitiæ, & rancor duraret inter partes, & non cessaret periculum futuri scandali. Iul. Clar. §. fin. quæst. 47. num. 6. Herculan de caut. capit. 9. num. 19. & 21. versic. & aduerte; dicit
11 in dubio præsumendam esse, eamdem causam timoris durare ad renouãdam cautionem a principio factam, etiam si partes peccata confiteantur, & communicent; cum hæc insimul stare possint quicquid in pace dixerit Iul. Ferret. in tit. de ferijs num. 45. in tract. de re
12 milit. secus autem si non vigeret timor scandali, neq. causa legitima permanẽtis rancoris, odij, & timoris; quia nõ poterit Iudex partes cogere ad renouandam cautionem, & ipsas partes grauare, prout dicit idem Herculan. in d. cap 9. num. 20. prout dicitur in prima præstatione cautionis; vt non possit partes Iudex cogere ad cauendum, nisi subsistente legitima causa suspicionis, & timoris, prout ego late dixi in hoc §. 3. quæst. 7. cum in vtroq. casu præstetur cautio ad obuiandum futuris scandalis ex suspicione, vel timore futuri
13 scandali subsistente; sed non poterit fideiussor cogi ad iterum fideiubendum l. nec emere C. de iur. delict. & dicam late infra.

14 Sed si fuerit præstita per totum mensem Augusti, & deinde ad beneplacitum; si beneplacitum non fuerit declaratum in dicto mense, cautio erit extincta, Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 47. num. 39. post Beto. in consil. 204. lib. 3. Et data cautione vsq. in 3. gradum, reseruata tamen potestate Iudici declarandi hi aut illi comprehendantur, intelligit hæc potestas arbitrio boni viri ante commissum delictũ, & re integra, & rebus sic stantibus, Hercul. de caut. cap. 45. num. 19. 20. & sub num. 21. etiam dicit non transire in successo rem nisi reseruatio fuerit facta per nomina respicientia dignitatem superioris. Et quid si promisit nõn offendere infra decem dies & post dictos decem dies offendit, vide Herculan. de caution. cap. 48. numero 4. seqq. Et an tempus cautionis currat, de momento ad momentum vide Baiard. in quæst. 47. num. 18. seq. vbi allegat Corn. in consil. 279. vol. 5. & quot modis sumatur momentum se remittit ad gloss. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. in verb. appellat, & ad Gramm. super Const. Regn. in Constit. appellat. tempor. nu. 12. & si dicatur per mensem postea, an dies termini computetur in termino, & quot dierum dicatur mensis Herculan. de caut. capit. 9. num. 16. in fin & num. 17.

Quæst. XXV.

Cautio præstita an arguat malum animum, & inimicitiam, & quam probationem faciat super delicto postea sequuto.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo arguit inimicitiam.*
2 *Inimicitia inducitur ex sola causa inimicitiæ, siue vera, siue falsa sit, siue putatiua.*
3 *Animus nocendi non immutatur per cautionem.*
4 *Etiam si partes peccata confiteantur.*
5 *Contrariam opinionem, quod inimicitia non probetur per cautionem tenent ibi*

ibi Doctores.

6 *Cautio de non offendendo sequuto homicidio non probat contra cauentem.*

7 *Cautio de non offendendo secundum aliquos facit indicium ad torturam.*

8 *Inimicitia secundum aliquos facit indicium ad torturam.*

9 *Et maxime si delictum clam fuit commissum, & non datur alius imputatus de eo.*

10 *Contrariam opinionem, quod sola inimicitia non faciat indicium ad torturam tenent ibi Doct. quæ est magis communis.*

11 *Cautio, siue sit fundata super suspicione, siue super graui inimicitia non facit indicium ad torturam.*

12 *Indicium resultans ex inimicitia dicitur remotum a delicto.*

13 *Indicium remotum non facit indicium ad torturam.*

14 *Cautio cum alijs adminiculis facit indicium ad torturam.*

15 *Inimicitia, vel causa inimicitiæ concurrentibus alijs facit indicium ad torturam.*

16 *Cautio cum alijs adminiculis, vt faciat indicium ad torturam requiritur, vt sit fundata super causa graui, & non leui.*

1 PROMISSIO de non offendendo prǣstita inter aliquos, arguit inter eos inimicitiam adesse Bertazzol. in conf. 170. num. 24. in fine lib. 1. Farinac. conf. 55. num. 44. Et, quod ex ipsa cautione probetur inimicitia, cum sit fundata super causa inimicitiæ, vel timore futuræ offensionis, constat per ea, quę dixi supra in hoc §. in quæst. 7.

2 † Et ad inducendam inimicitiam sufficit, quod subsit causa inimicitiæ ad late tradita per Farinacci. in consil. 56. num. 8. in fin. & sub num. 9. in princ. vbi plus dicit, siue ipsa causa inimicitię sit vera, siue sit falsa, siue putatiua semper probet inter

3 ipsos adesse inimicitiam † Et per ipsam cautionem de non offendendo non mutetur animus maleuolus, neq. voluntas nocendi Catald. de Sindic. nu. 18. Menoch. consf. 100. nu. 185. lib. 1. & ante eum. Gulielm. de Cune. in tract. de securit. num. 37. quem, & alios refert in proposito Carrer. in pract. crimin. in 2. tract. de indit. & tortura §. 13. indicium num. 9. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 9. num. 21. in fin. vbi

4 plus subdit † etiam si partes peccata confiteantur, prout superius dixi Vulpell. resp. 26. in princip. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 24. nu. 43.

5 Contrarium opinionem, quod ex sola cautione de non offendendo non probetur inimicitia Hercula. de caut. cap. 38 num. 19. 20. & capit. 50. num. 14. & 67. qui dicit; quia est fundata super timore, nulla præcedente inimicitia Ant. Galeat. consil. 110. num. 27. tom. 1. crimin. diuers. Farinacc. in q. 49. num. 121. Riminal. Iun. consf. 48. nu. 17. volum. 1. Eugen. consf. 27. num. 22. Add. ad Farinacc. in consil. 30. in litera G,

6 † Et ideo si fuerit sequutum homicidium inter ipsos, inter quos aderat ad inuicem cautio de non offendendo, non erit præsumptio contra superuiuentem de homicidio sequuto quoad condemnationem sine aliqua difficultate, vt per Herculan. in tractat. de cautio. capit. 50. num. 15. sequen.

7 Quo vero ad torturam, retenta opinione illorum, quod ex cautione probetur inimicitia, videbatur posse concludi secundum aliquos ex ea oriri indicium ad torturam, vt late defendere conatur Ant. Gomez tit. de delict. cap. 13. num. 11. vbi refert, quod ita in specie tenet Bar. in l. fin. num. 4. ff. de quæst. & Doct. adducti per Farinacc. in quęst. 49. num. 89. tit. de Indit. & tortur. Sim. de Pret. consil. 15. num. 78. Doct. adducti per Thesaur. dec. 24. nu. 1. Riminal. Iun. consil. 302. num. 8. vol.

3. Eu-

3. Eugen.consf.27.num.6.& per Hond. conf.87.num.5.volum.2.qui testantur
9 de communi, & ita vidisse seruari † & maxime si non daretur alius inimicus, & clam homicidium commissum fuisset Iul.Clar.S.fin.quęst.21.num. 18.in fine, vbi testatur ita pluries vidisse seruari, vt ex sola inimicitia inimicus torqueatur Rimin.Iun.consil. 302. num. 9. in fin.volum.3 Vulpell. respons. 39. num.7. Bonacoss. in suis commun. opinion. criminalibus ver. indicium facit grauis inimicitia mihi fol. 87. Eugen.consil.27.num.3. consil. 76. num. 36 & clarius sub nũ. 46.Decian. resp. 88.nu.10.vol.3.Farinacc.cons.34.n.9. in fin.
10 In contrarium se habet magis communis opinio, vt quis ex sola inimicitia torqueri non possit, quam attestantur Iul.Clar.d.quæst.21.num. 16.Boss. de indit.num.47.Bursatt. consil. 216. num.69.vol.2.Menoch de præsumpt. quæst.89.num.5 r.in 1. par.firmat non esse ab ista opinione recedendum Eugen.cons.76.num.27.& de magis communi restatur,& consil. 27.num.29.& in consil.63.num.51.& consil.76.num. 27. vbi reddit rationem, Thesaur.decis. 24. num. 7.etiam testatur de communi,Ant.Gabr.conclus.17.num. 2.in fin. lib. 7. dicit hanc opinionem communem ęquiorem,& in practica seruatam, idem firmat Viui. commun. opinion. lib. 2. in verb. inimicitia opin. 163.& Laurent.in tractatu commun. contra commun. quęst. 158. in fine etiam firmat hanc esse magis receptã opinionem, & in practica obseruatam: Imo nec etiam vbi inimicitia esset capitalis, & ageretur de delicto difficilis probationis, & non daretur alius impuratus de eodẽ delicto, indicium nõ faceret sufficiens ad torturam, vt bene tenet contra Iul. Clar. Thesaur.decis. 24. num. septimo in fin.& firmat hanc opinionem esse veriorem, & tutiorem.

11 Et sic ex istis possumus concludere, quod quouis modo cautio fuerit præstita, vel fundata, siue super timore, vel suspicione, siue super ista graui, & capitali inimicitia, nunquam ex ea resultet indicium ad torturam Herculan. in tract.de caut.cap.50. num. 15. seq. Farinacc.in quæst.39.num. 125. tit. de
12 Indit.& tortur.† Quod apertissime deducitur, quia indicium resultans ex inimicitia dicitur indicium remotum a delicto, vt per Boss.tit.de Indit. n. 47. vers.quis enim dubitat, cum alijs Doctor relatis per Honded. consil 107.
13 num. 2. volum.1. † & ex indicio remoto a delicto sine altercatione non oritur indicium ad torturam Bar. in l. fin.num.9.ff.de quæst.Farinacc. tit.de indit.quæst.37.num. 43. vbi infinitos allegat, Granut.Theorem.23. num. 7. vbi de communi, Riminal. Iun. consil. 87 num. 9. vol. 1.& consil.704. num. 57.seq.volum 6.Eugen.consil. 36.nu. 28 vbi de communi, & ita in practica seruari, & de magis communi testatur Franc. Personal. in tractat. de Tortur. num. 96. versic. vnde succedir.
14 Bene verum est, quod si cum ipsa cautione præstita concurrerent alia adminicula, cõiecturæ, vel pręsumptiones, tunc, ex eis resultaret sufficiens indicium ad torturam, vt post Carrer.in princ.I.obseruat e nu.127 firmat Herculan.in tract de caut.capit. 50.num.
15 16.† & est regulare, vt ex inimicitia, vel causa inimicitiæ alijs indicijs, vel adminiculis suffulta oriatur sufficiens indicium ad torturam Ant.Gomez tit. de delict.cap.13.num.11. vbi de communi, Plot.de in lit iurand.S.54.num. 3.late Menoch.de præsumpt.d.quæst. 89.num.51.Ludou. a Peguer.decis.17. num.8.in fin. Hond conf.87. num. 97. versic.tertio dicitur volum. 1. vbi testatur de magis communi: sed erit animaduertendum, quod si cautio fuerit fundata super sola suspicione,& timore

re futurę offensionis,& non super clara,aperta graui,vel capitali inimicitia nō sufficerent quęlibet indicia;seu adminicula sed alia indicia vel adminicula maioris efficacię requirerentur,quā si cautio esset fundata super inimicitia capitali vel graui,per ea, quę late tradit in fortioribus terminis.Menochius de pręsumption. in dicta quæstione 89.num.53. par. prima vbi post Doct. quos allegat firmat ex leui causa nunquam resultare indicium ad torturam, quibusuis adminiculis fuerit coadiuuata.

Quæst. XXVI.

Fideiussor de non offendendo an in plus, vel minus obligari possit, quam principalis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non potest in plus se obligare, quam principalis.*

2 *Declara,& intellige,vt ibi.*

3 *Iuramentum operatur, vt fideiussor obligetur in plus, quam principalis.*

4 *Fideiussor obligetur in plus,quam principalis propter iuramentum, etiam si nihil principalis promisisset.*

5 *Fideiussor obligatur substinetur in plus, quam principalis, quando obligatur in solidum cum renunciatione beneficij de duobus reis,& de fideiussoribus,vel cum Cameraliobligatione.*

1 QVONIAM, Deo fauente, intendo adire vtilem, & quotidianam materiam per specialem tractatum de fideiussoribus: ideo in pręsenti tantummodo attingā quę stricte, & proprię percutiunt materiam cautionis de non offendendo, &sic in pręsenti quęstione breuiter me expediam,cum regula sit, quod fideiussor non possit in plus obligari,quam principalis,& si in plus se obligauerit, tota vitietur obligatio §. fideiussores Inst.tit. de fideiussor. Bar. & gloss. in l.grege §. eod. tit. ponderando illa verba: eos omnino non teneri,quia dictio negatiua postposita signo vniuersali æquipollet suo contrario l. legitimos §.in legitimis ff.de legit. tutor. l. obligatio in princ.ff.de author. tutor. Aretin.in d.§.fideiussor num. 1. Deci. in l. in eo, quod plus num. 12.seq. de regul. iur. Seraph. de priuil. Iuram. priuil.107.num.20. Quæ conclusio vera,ac communis est,etiam si se obligauerit in minori summa,vt de communi post.Gallesi.tastatur Hier.Cagnol.in d. l. in eo, quod plus num. 2. reiecta opinione Deci.& Hercul.de caut.cap. 24.n.2.qui etiam testatur de commu.

2 Sed pro vera declaratione pręsentis quæstionis,vltra Doctores in d. l. grege,& in l.1.§. stipulanti ff.de verb. oblig. Aretin.in d. §. fideiussores nu.2. cum plur.sequen. distinguit plures casus, vt sit quandoque disparitas inter obligationem rei,& obligationem principalis;quandoq. sit disparitas in tempore contrahendę obligationis,quandoq.sit disparitas in ipsa obligatione iā cōtracta:& tunc,aut est disparitas in ipsa efficacia obligationis, aut in re in obligatione deducta aut in qualitate, aut in quantitate,aut in tempore, aut in loco,& de singulis casibus ponit verā resolutionē,ad quē lectorē remitto.

3 Sed quia hodie in quacunq. obligatione apponitur iuramentum ; ideo ces-

cessant omnes difficultates, cum valeat obligatio tanquam obligatio principalis, cum habeat vim clausulæ, vt res valeat omni meliori modo, quo valere potest: vt recitatis omnibus opinionibus contrarijs tandem ita concludit Aretin. in d. §. fideiussores sub num. 10. in fine, & per cõsequens videtur, quod nunquam vitabitur obligatio fideiussoris ex eo, quia dicatur in plus, vel in minus obligasse: & ob id iuramentum limitat totam istam materiam, quod dicit esse singulare, & perpetuo menti tenendum, & idem firmat Hier. Cagno. in d. l. in eo, quod plus num. 2. ff. de regul. iur. & ibi non dissentit Deci. sub num. 13. versic. hoc intelligatur; & in terminis nostris Hercula. de caut. cap.
4 24. num. 1. 2. †Et ibi dicit etiam si principalis nihil promisisset propter iuramentum, per quod efficitur principalis in obligatione, & insolidum cum renunciatione beneficij de duobus reis, & de fideiussoribus, teneret obligatio
5 fideiussoris, † & maxime in statu Ecclesiastico ob obligationem in forma Cameræ, quæ indistinctè apponitur in quocunq. Instrumento, & ex illa obligatur fideiussor vti principalis, principaliter, & in solidum, vt post Ant. Galles. firmat Hercu. in eodem c. 24. n. 2. in fin. Baiard. ad Iul. Clar. q. 46. n. 73. §. fi. in pract. crim.

Quæst. XXVII.

Cautio data coram Iudice incompetenti an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio non prorogatur coram Iudice incompetenti, si detur cautio de non offendendo.*

2 *Quæ opinio tribus modis limitatur, vt ibi.*

3 *Clericus si dedit cautionem coram Iudice laico per laicum, fideiussor non potest se tueri, quod eius principalis est clericus.*

4 *Clericus non incedens in habitu, & tonsura, si dedit cautionem coram Iudice laico, vbi diu litigauit, & postea compareat in habitu, non potest petere dictam obligationem remitti ad Iudicem Ecclesiasticum.*

5 *Clericus præstans cautionem de non offendendo si contrauenіat, eius fideiussor non potest declinare forum Iudicis laici.*

1 OPINIO est in ista quæstione, vt si quis fuerit citatus ad præstandam cautionem, & cauit, & non opposuit exceptiones declinatorias, non videatur prorogasse iurisdictionem per tex. in l. si fideiussor §. si quis ex his ff. si quis caut. quia talis promissio, vel cautio videtur habere tacitam conditionem, si teneat, vel valeat præstita coram dicto Iudice Bar. in authen. offeratur num. 2. C. de lit. contest. Herculan. in tract. de caut. cap. 47. num. 2. per tradita per Cin. in l. fin. in fin. C. de sponsal. & per Doct. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & per alios Doct. per eum allegatos, & sub num. 8. firmat, quod hoc erit vtile scire; quia si non fuit prorogata Iurisdictio, si contrauenіatur, pœna non committatur, &, quod semper tacite intelligatur hæc conditio, si competens fuerit, per plura scribit Paris. cons. 48. num. 1. seq. volum. 1. Tyber. Decian in tract. crim. tom. 1. lib. 4. capit. 23. num. 18. dicit hoc cordi figendum esse Baiard. in addit. ad Iul. Clar. q. 42. nu. 4. §. fin.

2 Quæ opinio tribus modis per Herculan. in d. cap. 47. num. 3. seqq. limitatur primo si quis sponte, & non coacte de-

dedisset hanc cautionem, quia diceretur prorogasse iurisdictionem; Secundo quando declinatoria non esset talis quæ respiceret inhabilitatem, quoad agendum, & conueniendum; & ideo forensis, si non opponat declinatoriam tenebitur. Tertio fallit respectu fideiussoris, qui non habet exceptionem declinatoriam, non obstante, quod principalis non prorogauerit iurisdictionem; quia fideiussor promittens, quod talis non offendet alterum non est accessoria, sed principalis. Et ob id
3 si clericus in Curia sęculari dedit cautionem de non offendendo per laicum fideiussorem, si clericus, contraueniat, non potest se tueri laicus, quod suus principalis erat clericus; cum ista exceptio sit declinatoria fori, & declinatoria, quę competit principali, non competit fideiussori l. si reus ff. iud. solu. §. regulariter vers. pone fideiussor, & Afflict. decis. 206. nu. 1. 2. vbi testatur ita fuisse decisum per Consilium Neapolitanum, & adest singularis doctrina Roma singul. 945. numquid fideiussor. Guid. Pap. decis. 562. Vtrum officialis in fi. Hercu. in trac. de caut. c. 50. n. 70. Vrsill. in addit. ad Afflict. in d. decis. 206. nu. 1.

4 Et si clericus non incedens in habitu, & tonsura dederit cautionem de se præsentando in Iudicio, vbi diu litigasset, non poterit postea comparens in habitu, & tonsura petere se remitti ad Iudicem suum, Cappell. Tholos. decis. 145. quidam Clericus coniugatus.

5 Idemq. erit si quis præstet fideiussionem de non offendendo coram Iudice laico, si deinde ipse principalis efficiatur, & contraueniat cautioni, laicus fideiussor conuenitur coram dicto Iudice laico, & ad eum, & non ad Iudicem Ecclesiasticum spectat talis cognitio Bal. in l. vni. in fin. num. 10. versic. extra quęritur C. de priuil. dot. Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 153. per totum per authoritatē Roma. Afflict. & Guid. Pap. in locis supra adductis, per illam regulam, quod beneficium, vel priuilegium rei non transit in fideiussorem, quæ desumitur ex l. si reus, & ibi per glos. ff. Iud. solu. & per l. sed, & si restituatur post princ. vers. contra si legatus ff. de iud.

Quæst. XXVIII.

Fideiussor quando liberatus dicatur a cautione pręstita de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pluribus modis liberari potest a cautione præstita de non offendendo.*

2 *Fideiussor de non offendendo dari solet per totum tempus officij Iusdicentis, & per mensem postea.*

3 *Fideiussio isto modo præstita elapso dicto tempore expirat.*

4 *Fideiussio est stricti iuris, & interpretanda, vt minus obliget, quam fieri potest.*

5 *Fideiussio non extenditur de re ad rem de tempore ad tempus, de loco ad locum, neq. de casu ad casum.*

6 *Fideiussor Castellani recipientis Castrum in custodiam vsque ad sex menses, illis elapsis amplius non tenetur.*

7 *Fideiussor pro Potestate vsq. ad certum tempus, illo finito liberatur.*

8 *Fideiussor Massarij Montis Pietatis per annum, non tenetur si male se gesserit Massarius in secundo anno.*

9 *Mensis quomodo in proposito accipiatur & an dies terminis computetur inter-*

ter-

termino, & an currat tempus de momento ad momentum vide ibi.

10 *Si fideiussor promittat cum potestate prorogandi cautionem, Iudex non poterit prorogare dictam cautionem in damnum fideiussoris, nisi semel.*

11 *Fideiussor pro Prætore, an ipso Prætore confirmato dicatur liberatus vide ibi.*

12 *Distingue, & declara, prout ibi.*

13 *Cautio inæqualis inter partes non tenet.*

14 *Fideiussor obligatus per mensem, & deinde ad beneplacitum Iudicis, si beneplacitum infra dictum mensem non fuerit declaratum, elapso mense liberatur.*

15 *Fideiussor an possit obligari in plus, vel in minus, quam principalis vide ibi.*

16 *Fideiussor pro aliquibus expressis, & pro alijs nominandis, si non fiat nominatio, non tenetur pro nominandis.*

17 *Etiam si fuisset constitutus procurator ad alios nominandos, si non fuerint nominati.*

18 *Et talis nominatio nō potest fieri per hæredes, & successores.*

19 *Promissio facta in voce an valeat, & si valeat quanto tempore duret.*

20 *Cautio de non offendendo finita affinitate, vel consanguinitate, non extinguitur secundum vnam opinionem.*

21 *Contrarium tenent ibi Doct.*

22 *Saluus conductus, & salua guardia, & similes obligationes ex aliqua causa data, finita illa causa expirant.*

23 *Negocio finito, vel cancellato pro quo fuit præstita cautio, fideiussor dicitur obligatus.*

24 *Noua fideiussio non extinguit primam fideiussionem secundum vnam opinionem.*

25 *Nouatio non inducitur nisi verbis expressis.*

26 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct. vt per secundam cautionem tollitur prima.*

27 *Pro resolutione, & concordia dictarum opinionum ibi ponuntur plures casus, & distinctiones.*

28 *Cautio secunda quando potest considerari, quod sit cumulatiua cum prima, illam primam non tollit.*

29 *Quæ opinio magis procedit quando non agitur de contrauentione cautionis.*

30 *Cautio secunda, quæ non est conformis primæ circa tempus, extinguit primā cautionem secundum vnam opinionem.*

31 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores.*

32 *Author conciliat istas contrarias opiniones.*

33 *Cautio secunda vniformis cum prima quando extinguat primam.*

34 *Cautio secunda inæqualis primæ circa summam, quando tollat primam cautionem vide ibi.*

35 *Cautio prima incompatibilis cum secunda extinguitur per secūdam cautionē.*

36 *Cautio prima in dubio est dicendum, quod non sit sublata per secundam.*

37 *Fideiussor dicitur liberatus, quando ille pro quo fuit præstita cautio fuit condemnatus, vel excommunicatus.*

38 *Fideiussor, principali effecto, non soluendo, dicitur liberatus.*

39 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct. tanquam veriorem.*

40 *Fideiussor quando promisit pro aliquo, & eius consanguineis, an ante dictorum consanguineorum ratificationem possit liberari a fideiussione vide ibi.*

41 *Cautio per pacem sequutam inter partes dicitur sublata.*

42 *Et maxime cessante timore futuræ rixæ.*

43 *Nisi partes in pace expresserint firmā remanere debere dictam cautionem.*

44 *Iudex potest cassare cautionem de non offendendo etiam partibus inuitis.*

45 *Cautio de non offendendo præstatur officio Iudicis nobili.*

46 *Nisi subsit timor futuri scandali.*

47 *Partes possunt ex consensu cassare cau-*

cautionem de non offendendo, nisi in fraudem peterent cassationem.

48 *Fideiussor liberatur ex praescriptione, qua inducitur, prout ibi remissiue.*

49 *Fideiussor liberatur per mortem illius, pro quo fideiussit.*

50 *Fideiussio an transeat ad haeredes.*

51 *Fideiussor liberatur soluendo semel poenam conuentionalem.*

52 *Fideiussor liberatur, si bona principalis fuerint Fisco incorporata.*

53 *Fideiussio non valet vbi contractus principalis est nullus.*

54 *Fideiussor liberatur quando principalis praesentatur in carceribus.*

55 *Fideiussor liberatur quando diu principalis stetit in obligatione, & effectus fuit non soluendo.*

1 PLVRES possunt desumi casus, in quibus fideiussor liberetur a cautione praestita de non offendendo.

2 Et primus erit Casus, quando quis promisit pro certo, & determinato tempore, prout de communi obseruantia, & consuetudine fieri solet per totum tempus iusdicentis officij, & post quindecim dies, vel per mensem postea, vt testatur Herculan. de caution. cap. 9. num. 16. Hier. de Mont. q. 7. num. 10. qui dicit ita seruari in statu
3 Ecclesiastico, & tunc, dicto tempore elapso expirat fideiussio, & fideiussor vlterius pro sequenti tempore non tenetur, nisi expresse de nouo consentiat, vel se obliget l. item quaeritur §. qui impleto ff. locat. Alex. cons. 72. nu. 2. & 6. lib. 6. cons. 66. num 7. lib. 7. Marsil in rubr. de fideiussor. q. 6. num. 98. seq. Ant. Gabr. tit. de fideiuss. concl. 3. in princ. num. 1. Blanch. de compromiss. in 6. quest. princip. in verb. prorogatio num. 17. vers. iuxta praemissa strac. in tract. de mercat. tit. de decoct. 9. part. nu. 1. Anchar. lib. 1. quest. famil. quaest. 67. num. 1. Thesaur. decis. 125. num. 1. Petr. Caball. in quaest. crimin. cas. 59. num. 2. vbi testatur de communi, ac
4 receptissima opinione. Ratio est in promptu, cum fideiussio sit stricti iuris, & propterea stricte interpraetanda est, vt minus obliget quam fieri posset. Deci. cons. 107. sub num. 1. versic. praeterea, Curt. Iun. cons. 36. nu. 5. Menoch. cons. 119. num. 6 lib. 2. Thesaur. decis. 125.
5 num. 2. in fin. Merito extendi non debet neq. de re ad rem, neq. de tempore ad tempus, neq. de loco ad locu, neq. de casu ad casum, vltra quam sonent verba ipsius obligationis Petr. Cab. in q. crim. d. cas. 59. nu. 4. vbi concordantes allegat.

Adest etiam decisio Bar. in l lucius
6 la 2. §. Paulus post princ. ff. de administr. tut. quod Fideiussor Castellani recipientis Castrum in custodiam vsq. ad sex menses; illis finitis, amplius non teneatur si Castrum perdatur ex mala custodia, licet illis elapsis remanserit ad custodiam; quam determinationem Bar. sequuntur Alex. cons. 71. nu. 2. 5. lib. 6 cons. 66. num. 7. lib. 7. Deci. cons. 93. sub num. 3. in fin. Straccha tract. de decoctor. par. 9. sub. nu. 1. Thesaur. decis. 125. sub num. 11. post vers. ex qua responsione, Petr. Cabal. in q. crim. cas. 59. nu. 5.

7 Item simplex fideiussor potestatis ingredientis aliquod officium duraturu per certum tempus, non tenetur nisi pro tempore quo durat officium: adeo, quod si in eo confirmetur pro alio tempore, non tenetur fideiussor pro illo nouo tempore confirmato Bal. in l. si cum Hermes n. 2. C. locat. Mars. in rubr. de fideiussor. nu. 105. vers. & pro istis, Anchar. Regien. lib. 1. q. famil. q. 67. nu. 2. lib. 1 Stracc. tit. de decoct. part. 5. sub. n. 1. Hinc consuluit Decia.
8 in respons. 72. lib. 2. per totum, quod fideiussor Massarij Montis Pietatis pro vno anno teneatur ad debitum factu per dictu Massariu in dicto anno tantu, & no ad factu in secudo anno, quo di-

dictus Massatius fideiussores non renouauit, nec ad factum in tertio anno, quo Massatius recepit alios fideiussores, quamuis præcise, & explicite tempus præfixum non esset in fideiussione, sed rantũ esset præfinitũ per relationẽ ad tempus, pro quo ille assumptus, & electus Massarius erat, & testatur, quod ita alias iudicauit, prout etiam refert, & sequitur Petr. Caball. in dictis quæstion. crimi. dicto cas. 59. nu. 6. seq. vbi alios cõcordantes allegat, & ita etiam fuit mensibus elapsis resolutum per sacram Consultam in istis terminis, quia quidam fecit fideiussionẽ pro quodã officiali, vel Ministro Montis Pietatis Ciuitatis Castelli in Patria mea, & cũ fuerit ille officialis cõfirmatus per aliã annũ, in quo subripuit multa bona, & pecunias eiusdem Montis Pietatis, & Ciuitas ad quam spectat gubernium dicti Montis ageret pro recuperatione bonorũ ablatorum per dictum officialem contra fideiussorem fuit diligenter visum an in primo anno aliquam fraudem commiserit, & cum fuerit detectũ in eo anno nullam fraudem commisisse, pro quo erat præstita fideiussio, sed in secundo anno, fuit communitas exclusa, & fideiussor fuit absolutus.

9 Et quomodo isto casu accipiatur mensis, & an dies termini cõputetur in termino, & an currat tempus de momento ad momentũ dixi supra in hoc eodem §. 3. q. 24. vbi etiam dixi, quod finito tempore spirat fideiussio absq. alia declaratione Iudicis.

10 Si vero fideiussor promiserit cum potestate prorogãdi cautionem, Iudex non poterit prorogare dictam cautionem in damnum fideiussoris, nisi semel quia restringitur ad primam vicem l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. vbi late Tiraquell. num. 65. Herculan. de caut. cap. 47. nu. 22. vers. sed quid, vbi inter alios allegat speculat. tir. de arbitr. §. excipitur, vbi Io: Andr. & alij in locis per eum relatis, Petr. Caball. in quęst. crimin. cas. 59 num. 15. qui allegat Anchar. Regien. lib. 1. in quæst. famil. quæst. 67. num. 5. seq. Blanc. de compromiss. in 6. par. princ. in verb. prorogatio nu. 17.

11 Sed difficultas erit si officialis fuerit confirmatus in officio, & tunc videtur, quod ipse teneatur pro tempore officij prorogati, & fideiussor non dicatur liberatus per ea, quæ tradunt Alex. cons. 72. nu. 2. & 6. lib. 6. cons. 66. sub n. 7. lib. 7. Stracc. tit. de Decoctor. par. 5. sub n. 1. Marsil in rubr. de fideiussor. q. 6. nu. 98. sequentib. Thesaur. decis.

12 125. nu. 4. vers. pro concordia, vbi alios allegat. Pro cuius dubij resolutione credo, quod possit dici, quod si officialis fuerit confirmatus antequã lapsum esset primum tempus, vt si fuerit deputatus per sex menses, & deinde fuerit ante lapsum dictorum sex mensium confirmatus, fideiussor non sit liberatus, quia obligatio fideiussoris, quamuis simpliciter, & pure facta fuisset absque appositione alicuius termini, & præfinitione temporis extenditur etiã ad tempus prorogatum: Secus si iam tempus officialis fuerit finitum, & extinctum, quia steterit sindicatui, & postmodum superuenit prouisio noua continuandi in eodem officio, vt tunc fideiussor sit liberatus per lapsum termini præfixi in fideiussione, si promiserit de non offendendo per totum tempus eiusdem officialis, vel per mensem vltra, vt solitum est fieri, & etiam si simpliciter promiserit per totum tempus dicti officialis, quia ex dispositione legis censetur dumtaxat obligatus durante primo officio, cum sermo simpliciter prolatus de primo tantum tempore intelligatur l. boues §. hoc sermone ff. de verb. oblig. Anchar. Regien. lib. 1. q. familiar. q. 67. nu. 1. Blanch. de compromiss. 6. q. princ. in verb. prorogation. 17. vbi æquiparat, quod tempus sit limitatum a partibus, vel a lege, seu a statutis, & prout ego late dixi supra in

hoc 3.§. & maxime per ea, quę tradit. Petr. Caball. in quæſt. crimin. caſ. 59. per totum.

13 Secundus caſus eſt, quando altera pars non cauit, vel ſi cauit, non in eandem quantitate, vt pro inęqualitate nō teneatur, & extinguatur promiſſio, vel ſi non cauit etiā altera pars iuxta formam ſuæ promiſſionis, quia vna pars promiſit pro ſe, affinibus & conſanguineis vſq. ad tertium gradum, & altera pars promiſit pro ſe, cōſanguineis & affinibus vltra tertium gradum, vt promiſſio, vel cautio non teneatt, vt dixi ſupra in hoc eodem 3.§.q.3

14 Tertius Caſus eſt, quando quis cauit pro altero per tempus pręfixum, vt ſi per menſem, & deinde ad beneplacitum Iuſdicentis; quia ſi dictum beneplacitum non fuerit declaratum infra terminum illius menſis, fideiuſſor eſt liberatus a ſua obligatione, vt non poſſit amplius poſt terminum menſis declarare dictū beneplacitum, vt fideiuſſor obligatus remaneat, vt dixi ſupra in hoc eodem 3.§.q.24.n.14.

15 Quartus Caſus eſt, quādo fideiuſſor ſe obligauit in plus, vel in minus quā ipſe principalis obligatus eſſet, vel ſi in nihilo principalis ſe obligaſſet, cū iſta obligatio fideiuſſoris ſit acceſſoria ad obligationē ipſius principalis, & acceſſoriū ſtare non poſſit ſine ſuo principali, de quo dixi ſup. in eodē §.3.q.26.

16 Quintus Caſus eſt, quando quis promiſit ꝓ aliquibus exprę ſſis, & nominatis, ac etiā pro alijs nominandis, quia non nominati, neq. ſpecificati non intelliguntur compræhenſi in obligatione fideiuſſoris, nec pro illis fideiuſſor obligatus extitit per illā concluſionē: quoties aliquid profertur in diſpoſitione cum aliqua qualitate, debeat vtrūq probari, ſcilicet illud, & eius qualitas. Bar. in l. 1. §. 1. ff. ne quia in flum. publ. Deci. cōſ. 18. nu. 4. Rubr. conſ. 16. nu. 13. & poſt iſtos, & alios, quos allegat firmat Riminal Iun. in conſil. 299.

17 num. 22. vol. 3. vbi ſub n. 24. plus ſubdit, ꝙ non ſufficeret, vt fideiuſſor teneretur, quia principalis cōſtitueret procuratorem ad aliquos alios nominandos, ſi deinde non fuerint nominati, cum illud mandatum ſe habeat veluti quidam tractatus ad aliquid per agendum, quod ſi poſtea non fuit exequutum nihil operatur, vt dicitur de teſtibus deponentibus de tractatu, qui non ob id probant concluſionem, cum multa tractentur quæ non perficiantur Alex. conſ. 13. num. 17. vbi late Add. conſ. 18. num. 2. & 6. vol. 1. Burſatt. conſ. 135. nu. 42. in fin. vol. 2. Rim. Iun. conſ. 299. num. 24. in fin. volum. 3. Bertazzol. conſ. 25. num. 27. & conſil. 252. nu. 4. & conſ. 253. num. 7. vol.

18 2. Nec declaratio poſſet fieri per hæredes, & ſucceſſores, cum ius declarandi non tranſeat ab hęredes, vt in terminis firmat Herculan. in tract. de caut. num. 13. vbi ſubdit; niſi tamen ex declaratione pręiudicium non afferatur.

19 Sextus Caſus eſt, quando quis promiſit, quod aliquis non offendet alterum in voce, nō autē in ſcriptis, & tunc aut non tenet obligatio per ea, quæ tradit Herculan. in tract. de caut. cap. 50. num. 49. qui vere non loquitur in cautione de non offendendo, ſed in cautione de repręſentando, in qua ad eius eſſentiam requiritur ſcriptura, aut ſi obligatio teneat, ſpirat per duos menſes, vt per Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 95. num. 3. per tex. in l. penult. C. de fideiuſſ. & poſt Afflict. in Conſtit. ſi vaſſallus num. 24. fol. 282. qui etiam loquitur in eadem obligatione de repręſentando.

20 Septimus Caſus eſt, quādo fuerit finita affinitas, vel conſanguinitas, an fideiuſſor iſto caſu liberatus dicatur: In quo dicendū videtur, quod etiā finita affinitate, vel cōſanguinitate, cautio non ſit extincta cū videantur remanere reliquię affinitatis, vel parentelæ, licet

licet illa finita fuerit iuxta l. fin. ff. vnde liber. & obligatio semel contracta, non nisi modis a iure comprobatis dissoluatur l. prout ff. de solu. Deci. & Cagnol. in l. nihil tam naturale ff. de regul. iur & toto titulo Instit. quib. mod. soluat oblig. & sufficiat obligationem semel effectum sortitam fuisse, licet causa cessauerit Doct. in l. sciendum ff. qui satisd. cogat. l. ex facto §. si quis ro
21 gatus, ff. ad Trebel. Sed in terminis nostris contrarium tenet Herc. de cau. in c. 8. n. 3. sub vers. tertio declaratur; cū quęlibet dispositio intelligatur semper rebus sic stātibus, prout pluries superius deduxi per ea, quę tradunt Caccialup. Bal. Castren. Socc. Iun. & alij in locis per eum alleg. & in cap. 16. num. 9. sequen. late Hort. Vernat. in d. suo cons. ad fauorem Ciuit. Perusię nu. 72. vbi alios allegat, & faciunt, quæ scribit Tiraquell. in tract. caus. cessan. par. 2. num. 17. Quod si remanserint filij, qui propter affinitatem repellabantur a testificatione, affinitate tamen finita ad testificandum recipiantur, licet eis non tanta fides adhibeatur, prout etiā sequitur Herculan. in d. cap. 14. num. 5.
22 & cap. 50. num. 56. etiam tenet, vt saluus conductus, salua guardia, & similia ex causa aliqua data, illa cessante, abolitus sit saluus conductus, ac sit abolita salua guardia, vel securitas; ac si nec salua guardia, nec securitas data fuisset ex traditis per Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. num. 130. seq. versic. saluus conductus, & per Imol. & per Corn. in locis per eū relatis absq. alio Iudicis decreto, vt firmant Addentes ad Iul. Clar. q. 47. in litera C, §. fin. lib. 5.
23 Idemq. erit dicendum, quando negocium fuerit sopitum cum principali, vel aliter cancellatum fuerit, quia absque alio mandato, vel præsentia coniunctorum, pro quibus fuit facta promissio, vel pręstita cautio, fideiussor dicitur liberatus; quia sublato principali tollitur accessorium l. cum principalis ff. de regul. iur. cap. accessorium eod. tit. Marsil. sing. 18. Accessorium, Soccin. Iun. cons. 78. nu. 10. lib. 1. cons. 57. num. 23. in fine lib. 2. Paris. consil. 18. in fin. lib. 4. & quia reuocato iure authoris, dicitur reuocatum ius habentis ab eo. l. lex vectigali ff. de pignor. & hanc opinionem relatis, & confutatis contrarijs sequitur Herculan. in tract. de caut. cap. 16. num. 9. & seqq. vbi sub num. 13. in fin. hanc suam opinionem restringit, quando alij coniuncti ratificassent, vel mandassent, vel aliter ius eis acquisitum fuisset, & quod cessante causa fideiussionis cesset ipsa obligatio fideiussoris Petr. Caball. in q. crimin. cas. 59. num. 6. vbi alios allegat.
24 Octauus casus erit, quando fuerit pręstita noua fideiussio de non offendendo, an prima dicatur cassa, & extincta per secundam cautionem; Et concludendum videtur non esse primam cau-
25 tionem per secundam annullatam, neque cassam, cum innouatio nunquam inducta intelligatur nisi exprimatur. l. fin. C. de nouat. §. nouatio Instit. quib. mod. toll. oblig. Ant. Gabr. lib. 4. tit. de Nouat. concl. 1. n. 1. Masca. de probat. conclus. 1107. num. 1. volum. 2. Io: Guttier. in tract. de contract. Iurat. cap. 63. num. 1. qui testatur de communi. Nec ope exceptionis dicitur inducta nouatio. Alex. consil. 13. sub num. 6. seq. & cons. 72. in princ. lib. 2. Herculan. in tract. de caut. cap. 16. num. 1. late Ant. Gabr. in d. conclus. 1. num. 56. versic. contrarium, vbi multos alios allegat testantes de communi, & magis communi opinione Hier. Gabr. cons. 155. num. 17. lib. 1. consil. 170. num. 2. lib. 2. Riminal. Iun. consil. 201. per totum volum. 2. Crescent. decis. 4. tit. de solut. alias decis. 77. Honded. cons. 40. num. 15. vol. 2. vbi testatur etiam de magis communi, Vinc. de Franch. decis. 15. par. 1.

26 In contrarium valde vrget altera conclusio, vt pacta nouissima derogēt prioribus l. pacta nouissima C. de pact. l. si vnus §. pactus ne peteter ff eod. & maxime in contractibus l. cum in plures §. locator horrei ff. locat. & ob id in contractibus non est necesse apponere clausulam illam, cassantes, & irritantes omnem alium contractum, quia tacite intelligitur eis derogatum, vt notat Bal. per illum tex. in cap. 1. de transact. hinc declaratur tex. in d. l. fin. C. de nouat. vt non procedat in contractibus, cum ipso facto primo per secundum derogetur, vt notat pulchre Deci. in cōs. 463. num. 6. Et ratio istius conclusionis est, quoniam pacta nituntur ex consensu partium. l. 1. ff. de pact. & faciendo pacta contraria primis, constat quod ipsę partes consentiunt a primis recedere, vt post Castren. & Rim. Sen. in nostris terminis tradit Riminald. Iun. consil. 300. num. 16. 17. 18. volum. 3. nec dissentit ab ista opinione fere per eadem fundamenta Hercul. de caut. de non offend. c. 16. nu. 3. cum plurib. seq. vsq. ad numerum 9.

27 Ego autem pro resolutione praesentis quęstionis, considero plures articulos, & primus erit, quando secunda cautio pręstatur, vt magis partes sint cautę, vel securę, quia post primam cautionem creuerint odia, rancores, & inimicitię inter eas, & tunc per secundam cautionem, si aliqua nouatio considerari posset, esset nouatio additiua, &

28 cumulatiua, quae non tollit primam actionem, neq. promissionem, sed ista secunda addit & accumulat vires primę promissioni per ea, quae tradūt Ias. in cons. 10. nu. 6. seq. lib. 1. gloss. & Bar. in l. qui iurasse § fin. ff. de iura iuran. & & post eum Riminal. Iun. cons. 201. nu. 20. seqq. volum. 1. & magis in terminis Honded. consil. 40 num. 28. seqq. vol.

29 2. eoq. magis est dicendum antequam agatur de contrauentione, cum dicatur agi de actu fauorabili, quamuis iā secunda cautio fuerit praestita antequam agatur de eius fractura, vt dixi supra in hoc eodem §. quaestione secunda ac etiam quia magis quies publica cōseruatur, & scandala euitantur: ideo fauore publicę vtilitatis, est dicendum per secundam cautionem nōn esse sublatam primam, ne quod fit ad maiorem cautelam inducat nocumentum, vt post Castren. Imol. & Cephal. firmat Honded. d. cons. 40. num. 31. vol. 2. & quia est praesumendum, quod ita partes voluerint contrahere.

30 Secundus articulus erit, quādo terminus secundę cautionis nō est vniformis, cū termino primę cautionis, qui a fuerit longior, vel breuior terminus appositus in secunda cautione, quam esset appositus in prima, & tunc dicitur facta nouatio, & recessum a prima cautione, vt post gloss. tenet Bar. in l. Valerianus nu. 4. ff. de Praetor. stipulatio. qui dicit, quod si quis promisit dare decem in fine Maij, postea promisit dare decem in fine Augusti, vtriq. non poterit agere ex prima stipulatione, quia dicitur nouata ope exceptionis, & Bart. sequitur Crauett. in cons. 167. num. 12. volens, quod vbicunq. in secunda promissione apponitur longius tempus, censeatur facta nouatio primę, & citat Alex. in l. qui bis idem ff. de verb. obligat. & eamdem opinionem ex professo sequitur Hercul. in tract. de caut. capit. 16. num. 1. 3. 4. & 6. qui etiam adducit Alex. & Crauett. in locis supra adductis, & ab hac opinione tanquam communi dicit non esse recedendum, Fulgos. in cons. 130. in fin. & secundum illam consuluit Barbat. consil. 86. lib. 4. Corn. consil. 83. volum. 3. volum. 2. Cephal. cons. 66. nu. 22. Deci. cons. 400. in fin. & Bero. consi. 205. nu. 14. vol. 3.

31 Sed pro contraria opinione, quod per diuersitatem, vel per additionem temporis non inducatur nouatio, nec dicatur recessum fuisse a prima cautione,

ne, aperte obstat tex. in d. l. fin. C. de nouat. versic. seu tempus addiderit, iunctis, sequentibus verbis, vbi dicit nihil penitus prioris cautelę innouari, sed anteriora stare, & posteriora illis incrementum dare, nisi specialiter prima obligatio remissa fuerit, & hoc expressum quoque fuerit, quod secunda magis pro anteriori eligatur: Vnde considerando illam dictionem nihil, quæ est Vniuersalis negatiua l. si is qui §. vtrum ff. de duob. reis. Item illam dictionem (penitus) quæ importat omnino, vt in l. r. C. de gladiator. lib. 11. & iuncta cū negatiua, importat nullo modo l. in naue vers. omnimode, & ibi glos. ff. locat. l. grege §. illud. & ibi gloss. ff. de fideiuss. sequitur, quod d. l. fin. per adiectionem, vel diuersitatem temporis indistincte nouationem non inducat, nec ipso iure, nec ope exceptionis, alias illa lex esset imposita verbis & non rebus contra l. 2. C. commun. deleg. & hanc opinionem post Cyn. Iacob. Butrig. Salycet. Fulgos. Ruyn. Alberic. Guliel. de Cun. Imol. Castr. & alios tenet Alex. in l. qui vsum fructum col. pen. ff. de verb. oblig. sic ponderans d. l. fin. prout ego supra retuli, & in consil. p. col. 3. vers. eodem modo respondeo, & in cons. 12. col. 3. nu. 4. vol. 6. testatur, quod in d. l. Valerianus est magis opinio contra Bar. & Curt. Iun. in l. lecta nu. 9. ff. si cert. pet. residet in hac opinione, & dicit, quod vsq. ad tempora Alexandri opinio Bar. fuit habita pro communi, & ab Alex. citra, tenetur opinio contraria tanquam magis communis, & de magis communi etiam testatur. Rip. in l. 2. §. si ex conuentione num. 8. ff. de re iudic. & hanc opinionem acerrime tuetur Rim. Iun. in cons. 201. nu. 5. cum plurib. seq. vol. 2. vbi quam plures alios Doctores cumulauit, & testatur pluries de communi, & magis communi.

32 Ego autem in conflictu istarum opinionum arbitror, posse illas conciliari, & ad concordiam deduci, vt si non dentur aliquæ coniecturæ releuantes, per quas posset considerari partes voluisse inducere nouationem, & per secundam cautionem voluisse recedere a prima promissione, credo quod sit vera his temporibus opinio contra Bar. cum post tempora Alexan. omnes conueniant non induci nouationem, nec iure actionis, nec ope exceptionis: Si vero excogitari, vel perpendi possent coniecturę, per quas eliciatur animus partium, quod voluerint inducere nouationem, & a prima obligatione recedere, credo, quod opinio Bar. sit retenenda, cum ex coniecturis manifestis inducatur nouatio gloss. in l. 2. ff. de nouat. Afflict. decis. 44. nu. 15. Cagnol. in l. singularia num. 102. ff. si cert. pet. vbi testatur de magis cōmuni opinione, Menoch. de pręsumpt. lib. 3. pręsumptio. 133. num. 36. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1107. num. 18. Honded. consil. 40. num. 4. seq. vol. 2. & omnes conuentiones, & pacta a consensu partium regulantur l. 1. ff. de pact. Rimin. Iun. cons. 306. num. 18. lib. 3. & faciendo pacta contraria primis dicendum est, quod ab illis primis partes voluerint recedere; & pro manifesta coniectura, vt articulum reducamus ad actū practicum, poterit considerari, si secunda cautio fuerit pręstita per diuersos fideiussores a primis, quia partes voluerint liberare dictos primos fideiussores ab obligatione ex aliqua causa, & voluerint dictis fideiussoribus rem gratā facere, quod Iudex, & partes facere possunt, vt per Bal. in l. habeo ait §. sed si de fideiussores in prima lectura nu. 2. vers. in gloss. ff. de arbitr. & in l. 2. nu. 7. versic. modo ergo quęro C. de sent. quæ sine cert. quant. profer. Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 131. num. 6. vers. vidi etiam quandoque. Et, quod concurrentibus coniecturis manifestis dicatur recessum a prima promissione, etiam fatentur qui aperto marte opinio-

nionem contra Bar. ſubſtinent, vt eſt videre, per Riminal.Iun. in d. conſil. 201. n. 15. & 16. lib. 2.

33 Tertius erit articulus, quando datur noua cautio pro eadem ſumma pro qua fuit præſtita prima, & tunc ſecundum gloſſ. fin. circa fin. in d. l. fin. C. de nouat. videtur inductam fuiſſe nouationem, vt refert Ant. Gabr. lib. 3. tit. de nouat. concluſ. 1. num. 68. verſic. ſeptimo limita. vbi tamen ſubdit contrarium tenere Paul. de Caſtr. in l. qui bis idem. & ibi Alex. in colum. 1. verſic. prædictis etiam adde. & ibi Iaſ. colum. 2. in 2. limit. ff. de verb. obligat. & ab hac opinione contraria non diſſentit Riminal. Iun. conſ. 201. num. 18. verſic. non tantum idem promiſſum fuit, & Herculan. in tract. de caut. cap. 16. ſub num. 8. neſcit in reſolutione iſtius articuli figere pedes, quia dicit: ſi deueniatur ad nouam cautionem, videtur noua cauſa, ſed deinde ſubdit: hoc non vrget, quia fieri poteſt ex alia cauſa, vt pœnæ modicitate, & ſimili: ſed etiā in iſto articulo puto eſſe recurrendum ad coniecturas, vt ſi inter partes multiplicauerint inimicitię, odia, & rancores, & iudex cogerit eas ad præſtandam nouam cautionem, aut quia primi fideiuſſores conditionem deteriorauerint, aut quia ex augumento inimicitiarum ſumma deducta in prima cautione non erat ſufficiens ad partes ipſas deterrendas, ne deuenirent ad nouas rixas, & ad arma, vt deinde quies publica, & ſtatus Reipublicæ non perturbetur, & tunc credo, quod per ſecundam cautionem nullo modo fuerit prima ſublata, & caſſa, ne quod fuit per Iudicem inductum ad maiorem cautelam detrimentum Reipublicę pareat, vt late dixi ſupra per Honded. in conſil. 40. num. 31. vol. 2. Et ſi verſa vice non creuerint odia, & rancores, nec cauſe inimicitiæ inter ipſa partes: ſed vel ob longitudinem temporis, vel ex mutua conuerſatione, vel ex actibus ſocialibus, & amicabilibus ſequutis inter eaſdem partes ceſſaſſet omnis ſuſpicio, vel timor futuri ſcandali, & tunc ex eis eſſet inducta per euidentes coniecturas nouatio, & prima cautio diceretur caſſa per ſecundam cautionem, cum vt ſuperius dixi tota iſta materia dependet à voluntate, & conſenſu contrahentium, & ab arbitrio Iudicis recipientis nouationem.

34 Quartus erit articulus, quādo datur diſparitas, & inæqualitas in quantitate, & ſumma inter primam, & ſecundam cautionem, & tunc puto eſſe conſiderandum ſi maior ſumma fuerit deducta in ſecūda cautione, vt Iudex, & partes arbitratę fuerint non ſufficere primam cautionem, vel quia adhuc vigeat inter ipſas partes inimicitia, vel in dies creſcant, & tunc, quod nullo modo ſit ſublata prima cautio in minori ſumma præſtita per eaſdem rationes in pręcedenti articulo deductas: ſed ſi fuerit data ſecunda cautio in maiori ſummā, non ob timorem futuri ſcandali, & maioris perturbationis, ſed conſtet per aliquas coniecturas manifeſtas partes voluiſſe primos fideiuſſores in minori ſumma liberare ab obligatione, & Iudex etiam arbitratus fuerit, quod ſecunda obligatio in maiori ſumma ſuffi ciat iuxta qualitatem perſonarum, ſuſpicionis, timoris, & inimicitiæ, cum tota iſta materia an cautio ſit idonea, vel non idonea reſideat in arbitrio Iudicis, ad late tradita per Menoch. de arbitrar. caſ. 142. num. 4. lib. ac ex voluntate, & conſenſu partium, vt ſuperius deduxi, eſset decidendum, quod prima cautio fuerit ſublata per ſecundam in maiori ſumma conſiſtentem; & idem erit iudicandum ſi ſecunda cautio eſſet pręſtita in maiori ſummā, cum diuerſitas ſummæ regulariter nō inducat nouationem, nec per viam actionis, nec ope exceptionis, vt poſt alios, quos allegant late teſtantur Rimin. Iun. in d. conſil. 261. fere per totum

tum,& præcipue sub num. 17. seqq. & per Honded. in d. consil. 40. etiam per totum, & præcipue sub n. 22. seq.

35 Quintus articulus est, quando istæ plures cautiones sunt ad inuicem incompatibiles, & tunc per vltimam cautionem censetur recessum a prima, & primæ derogatum per l. pacta nouissima C. de pact. & per lege si vnus paragrapho pactus ne peteret ff. eodem; & isto modo declaratur d. l. fin. vt nouatio inducta dicatur per cōtractus incompatibiles ipso facto absq. alia expressione, vt late per Deci. in consil. 463. nu. 6. & latius in nostris terminis Rimin. Iun. consil. 306. num. 18. rationem dictæ conclusionis esse adductam per Castren. & per. Rim. Iun. quoniam cum pacta nitantur ex consensu partium l. 1. ff. de pact. faciendo pacta contraria primis constat, quod ipsę partes consentiunt a primis recedere, cum conrraria simul stare non possint l. vbi repugnantia ff. de regul. Iur. & Rimin. Iun. in d. consi. 306. per totum, & præcipue sub nu. 1. ponit exemplum, quando plures cautiones de non offendendo sint ad inuicem incompatibiles, & sub num. 16. etiam subdit magis procedere quando constaret de intentione partium, quod voluerint recedere a prima obligatione Ant. Gabr. lib. 2. concl. 1. n. 60. seqq. tit. de nouat. etiam expræsse tenet, quod per contractus incompatibiles dicatur facta nouatio etiā quod expræsse non agatur, & ibi ponit exēpla. & Farinac. in d. quæst. 107. nu. 140. super toto isto octauo casu, eo non discusso, se retulit tantummodo ad Rimin. Iun. in d. consil. 306. lib. 3.

36 In dubio autem in omnibus supradictis casibus est dicendum non esse sublatam primam cautionem per secundam: quia nouatio in dubio non pręsumitur, & non fit, nisi verbis exprę̨ssis, vel appareat per manifestas cōiecturas, & quia in dubio nō præsumitur cessasse timorem, ac suspicionem futuræ offensionis, etiam si partes peccata confiteantur, & communicent Herculan. de caut. cap. 9. num. 21. vbi subdit, quia possunt hæc insimul stare, quicquid in pace dixerit Iul. Ferrett. tit. de ferijs num. 45. Farinacc. q. 107. num. 52. Et ideo fuisse datam nouam, & secundam cautionem ad maiorem cautelam, & pro maiori vtilitate Reipublicę, vt partes magis se abstineant a futuris scandails, vt late superius deduxi.

37 Nonus Casus est, quando ille, pro quo fuit data cautio fuit ob aliquod delictum deinde commissum condemnatus, vel excommunicatus; quia per dictam excommunicationem, vel condemnationem fideiussor dicitur liberatus; cum omnis dispositio intelligatur semper rebus sic stantibus Herculan. de caut. cap. 8. nu. 3. vers. tertio declaratur.

38 Decimus Casus est, quando principalis, pro quo fuit data fideiussio effectus est nō soluendo, & fideiussor nō potetit agere contra eum pro sua indemnitate, vt tunc fideiussor dicatur liberatus per ea, quę tradit Hercu. de caut. cap. 49. num. 11.

39 Sed contrarium verius est, vt per cessionem factam bonorum a principali, & quia ipse principalis fit effectus non soluendo, non dicatur liberatus fideiussor tenet Guid. Pap. decis. 211. Debitor nu. 3. qui allegat gloss. & tex. in l. vbicunq. & tex. in l. a debitore §. quod si stipulator ff. de fideiuss. & in puncto sequitur Hercul. de caut. c. 49. n. 18. & 19.

40 Vndecimus Casus erit quando quis promisit pro filijs, & alijs, quia dubitatur an ante illorum ratificationem fideiussor possit se liberari a dicta cautione dicam infra in q. 45. in fine.

41 Duodecimus Casus est, vt cautio sit sublata per pacem sequutam inrer easdem partes, vt late dixi in prima parte

42 parte de pace † Et maxime si ex ipsa pace penitus cessasset timor futuræ rixæ, prout in dubio ex pace præsumitur secus vero si ex remedio pacis non esset cessatus timor: quia tunc concurrere posset fideiussio cum pace ad magis partes terrendas, vt status Reipublicæ in pace conseruetur per ea, quæ tradit Herculan. de caut. capit. 50. num. 54. vbi subdit licet hoc sit satis rationabile, vt cautio concurrat cum pace, & ita etiam hodie soleant fieri paces, cũ expræssione pœnę particularis pæcuniarię; tamen mihi videtur remedium superfluum: cum ex natura ipsius pacis, eam frangentes puniantur maiori, & grauiori pæna, vt late dixi in dicta
43 prima par. de pace. Et ideo, vt verum fatear, non possum accomodare animum meum, vt indistinctè cautio non sit extincta, & fideiussores nõ sint liberati per pacem, excepto vno casu, quando partes in contractu pacis expræsse conuenerint, firmam remanere debere cautionem iam præstitam, quæ succedat loco pænę appositæ in instrumento pacis.

44 Decimustertius casus est, vt fideiussores liberentur, quando Iudex cassaret cautionem, quam cassare potest etiam partibus inuitis, cum pendeat ex officio Iudicis Herculan. de caut. cap. 1. num. 4. vbi concordantes allegat, & ob id ad libitum suum illam reuocare posset etiam partibus inuitis, secundum Bar. & alios in l. quod iussit ff. de re iudic. & pręcipue Rip. sub. nu. 56. Herculan. de caut. cap. 12. nu. 7. vbi etiam respondet obiectioni, quæ in proposito fieri solet, vt pęna iam apposita per cautionem a Iudice mutari non possit l. aliud ff. de verb. sign. quia intelligitur in pæna imposita a lege, & non in pęna imposita a partibus iussu Iudicis & ob id poterit, & dictam cautionem cassare, ac illam minuere, vel alterare,
45 maxime causa subsistente, cum totaliter ex officio Iudicis nobili pendeat, & in rem iudicatam nunquam trãseat vt late prosequitur Herculan. in d. c. 12. num. 8. quem sequuntur addentes ad Iul. Clar. in quæst. 47. in litera F, in princ. Sed ego credo, quod hoc non
46 sit indistinctè verum, quia si Iudex vellet cautionem cassare inuitis partibus subsistente adhuc causa, & suspicione per quam fuerit pręstita, & timore futuri scandali, & offensionis, licet detur cautio officio Iudicis nobili, & denegando dictum officiũ Iudex iniuriam dictis partibus inferret l. prima §. penult. ff. de aqu. quotid. & æstiu. & ob id possent partes ab ipsa cautione appellare l. prima C. si sęp. in integr. restit. postul. & ita in nostris terminis tradit Herculan. de caut. capit. 1. num. 5.

47 Decimusquartus Casus est, vt fideiussores liberentur, quando partes ex communi consensu cassarent dictam cautionem, vt per Herculan. de caut. cap. 50. num. 42. sed quando hoc partes facerè possint tradit idem Herculan. de caut. cap. 9. num. 11. vbi dicit accedente consensu Iudicis, qui perpẽdere debeat an partes petant abolitionem, & cassationem cautionis, vt magis sint libere ad pugnam, vel bellum; & isto casu Iudex non debet pati cautionem cassari, ne rixę, & scandala oriantur, & quies Reipublicę turbetur faciunt quæ dixi in prima par. de pac. q. 36.

48 Decimusquintus sit, vt fideiussor liberatus dicatur ex præscriptione, de qua per Herculan. de caut. capit. 9. num. 24. Farinac. in q. 107. num. 51. & ego late dixi in prima par. de pac. per quantum tempus pręscriptio inducatur.

48 Decimussextus Casus est, vt fideiussor liberetur per mortẽ illius, pro quo fideiussit Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 155. seq. Horat. Lut. consil. 173. per totum tom. 1. criminal. diuersar. & alij qui se subscripserunt Roland. consil.

fil.58.num.6.volum. primo addentes ad Iul.Clar.quæst. 46.in litera F. in princ.

50 Decimus septimus Casus est, vt fideiussio per mortem ipsius fideiussoris extinguatur Boss. in tit. de carcerat. fidei commit.num. 64. Roland.consil. 58.num. 1. lib. 1. & post Aretin. in §. fideiussor, quod perpetuo notandum esse dicit, prout etiam referunt, & sequuntur Addentes ad Iul.Clar. §. fin. quæst.46.in lit.F, Quę opinio declaratur quando quis promisit simpliciter; secus si in fideiussione esset expræssa certa pæna, quia tunc transit ad hęredes, vt post alios, quos allegat ita distinguit Farinacc.quęst. 33. num. 14. vbi subdit, quod cessat omnis difficultas quando fideiussor obligaret suos hęredes.

51 Decimus Octauus Casus est, vt si semel fuerit pęna soluta ipse fideiussor sit liberatus, vt dixi late in prima par. de pace.

52 Decimus Nonus Casus est, quando principalis delinquens fuerit condemnatus in confiscationem bonorum, & bona Fisco fuerunt incorporata; quia tunc, cum fideiussor debeat releuari indemnis in bonis rei principalis, & sint confusæ actiones, non poterit molestari Marsil. in rubr. de fideiussor.n. 346. Eugen.consi.2.n.30.seqq.Petr.Cab.in quęst.crim.cas.190.num.2. Herculan. de caut.cap.23.nu.13 & cap.50.num. 65.Baiard.in §.fin.ad Iul. Clar. q. 95. num. 1. seq.vbi loquitur etiam si bona fuerint ipso iure Fisco incorporata, & quod Fiscus teneatur restituere pęnam solutam per fideiussorem ante incorporationem. Quando autem bona dicantur Fisco incorporata remitto me ad ea, quæ scripsi in tract.de confiscat. bonor.concl.7.& seqq.

53 Vigesimus Casus est, vt vbi contractus principalis, est nullus, fideiussor non teneatur, & eius obligatio etiam nulla sit per ea, quæ tradit Marsil. in pract.crim.§.attingam n.23.& in tract. de bannit.in verb. carcerati num. 16. Deci.cons.91.n.5.Couarr. de sponsal. par.2.cap.3.§.4.nu.14.Fab.de Monte in tract.de empt.& vend.q. 13. nu.20. sed poterit principalis cogi ad legitime cauendum post Bal.in l.quoties ff. qui satisd.cogat.Herculan. de caut. c. 50.nu.32.sed an ipse etiam fideiussor possit cogi ad legitime cauendum, credo; quod pro resolutione conferant ea quę dicam in seq.q.

54 Vigesimus primus Casus est, quando reus principalis præsentatur in carceribus, quia fideiussor liberatur. Hercul.de caut.c.48.n.8.vt dicam infra in q.66.

55 Vigesimus secundus Casus est, quando reus principalis efficitur non soluendo, & nihil habet in bonis, & diu steterit in obligatione nam tunc fideiussor est liberandus Hercul. de caut. c. 48. num.8.

Quæst. XXIX.

Fideiussore effecto non soluendo an sit dandus alius fideiussor idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor idoneus non est dandus si primus fuit effectus non soluendo.*
2 *Declara, vt ibi.*
3 *Cautio de non offendendo quo iure præstari dicatur.*
4 *Fideiussore non soluendo ab initio per Iudicem recepto, non potest cogi pars ad prestandum idoneum fideiussorem.*
5 *Contrariam opinionem tenet ibi author.*
6 *Fideiussor nouus dari non debet quando cessat causa suspicionis, vel timoris.*

Fi-

7 *Fideiussor non idoneus, vel non soluendo quando dicatur.*

8 *Fideiussor idoneus an quis in dubio præsumatur.*

9 *Fideiussor non potest cogi ad iterum fideiubendum, licet principalis cogi possit.*

10 *Fideiussor in aliquibus casibus, licet renouetur obligatio per principalem, vel prorogetur iurisdictio, remanet obligatus, declara tamen, vt ibi.*

1 IN ista quęstione videtur posse concludi, quod quis non possit cogi ad dandū alium fideiussorem idoneum, si primus fideiussor fuerit effectus non soluendo, sed sufficiat, quod semel adimpleuerit l. si quis ædem ff. de instit. & substit. Ias. in l. si arbiter circa fin. ff. qui satisd. cog. vbi ponit exemplum in eo, qui tenetur ex sua promissione cauere, prout cauit: quod si postea fideiussores dati, fuerint effecti non soluendo amplius ad dādū alios adstringi nō potest late Tiraqu. in repet. l. si vnquam in vers. si susceperit libertos nu. 141. & 145. seqq. & Socc. in cons. 37. n. 8. vol. 4. dicit, quod quando debitoris nomen datum est in solutum, perit periculo accipientis.

2 Pro vera autem resolutione istius quęstionis deducitur, quod si huiusmodi cautio fuerit solummodo ex con sensu partium pręstita, & sic agatur de cautione conuentionali, periculum inopiæ subsequutæ pertinet ad creditorem, & sic fideiussore effecto non soluendo, non est dandus alius fideiussor idoneus l. pupilli §. soror. ff. de solut. Bar. in l. Prætorię ff. de Prætor. stipul. Afflict. decis. 172. nu. 2. & ibi Vrsil. num. 2. sequen. Herculan. de caut. cap. 1. num. 26. & cap. 59. num. 24. sequen. Si vero non ex simplici conuentione partium fuerit præstita, sed per officium Pretoris, tunc cum fuerit Prætoria cautio, semper subest obligatio cauendi ex l. vel æquitate; & ideo teneretur ad dandum idoneum fideiussorem, vt per Bar. in d. l. Prætor per Afflict. in d. decis. 172. num. 2. per Herculan. de caut. c. 1. n. 26. & c. 50. n. 34. seq. vers. plane.

3 Sed difficultas resultat, an ista cautio dicatur præstari ex edicto Pretoris, vel ex alio officio Iudicis. Herculan. in dicto capitulo 1. num. 24. ponit latissime distinctionem de istis cautionibus, vt aliquando dicatur Prætoria, aliquando Iudicialis, aliquando legalis, aliquando conuentionalis, & aliquando communis. & ibi quemlibet terminum istarum cautionū declarat, & videtur tradere, quod non dicatur Pretoria promissio; quia coram Iudice, vel iussu Iudicis pręstetur: nam ipse vult, quod ita sit iudicialis, & nō prætoria, sed illa tantum dicatur pretoria quę proficiscitur ex edicto, vel authoritate Pretoris, & ibi ponit exempla. Ego autem arbitror, quod omnis cautio de non offendendo pręstita officio Iudicis dicatur prætoria, vel data ex prouisione legis ad occurrendum futuris scandalis, & ad conseruandam quietem Reipublicę, quæ priuatorum discordia perturbatur: ideo semper lex & ęquitas suadet, vt semper debeat esse consultum quieto, & pacifico statuti Reipublicæ vt si primus fideiussor effectus sit non soluendo, debeat nouus fideiussor idoneus præstari, vt bene colligitur per ea quę tradit in isto articulo Herculan. in d. cap. 1. num. 25. vbi tantummodo considerat si fuerit data officio Iudicis, & clarius idem firmat in d. cap. 50. num. 25. vers. plane quando, & etiam clare colligitur per ea, quę tradit Vrsil. ad Afflict. in d. decis. 173. num. 1. seqq. & melius, ac clarius per ea, quæ tradit Petr. Caball. in quæst. crim. cas. 73. num. 10. vbi alios concordantes allegat, & firmat esse verum, siue fuerit effectus non soluendo

do poſt pręſtitam cautionem, ſiue quando receptus fuit ab initio fideiuſſor non idoneus per concluſionem generalem firmatam per Benuen. Strac. in tract.de mercatur. tit. de decoctor. par.2.num.2.verſic.item quęro,vbi generaliter firmat, quod vbi Iudicis officio pręſtita eſt cautio, & non fuerit idonea, vel effecta ſit non idonea, ex integro præſtanda eſt: quia eadem æquitas ſuggerit iterum caueri, ne ex inopia fideiuſſoris deſinat eſſe cautum.

4 Bene verum eſt,quod ſi ab initio fideiuſſor non idoneus fuerit a Iudice receptus, circumſcripta impoſtura, imputent ſibi Fiſcus, & Iudex ſi contenti fuerint recipere fideiuſſorem non idoneum, vt voluit Herculanus in dicta quęſtione 50.num.vigeſimo.

5 Quod ego non admitto; quoniam factum Iudicis,& Fiſci non potuit pręiudicare Reipublicę,cuius intereſt populos habere pacificos, vt reſpondet Petr. Caball.in quęſtionib. criminali-

6 bus. caſ.79. numero nono. Sed tantum opinionem Herculan.admitterem quando Iudex vellet habere nouum idoneum fideiuſſorem, & amplius cauſa ſuſpicionis, vel timoris futuri ſcandali non ſubeſſet: & tunc pars, a qua petitur nouus fideiuſſor, poteſt ſe tueri, quod non teneatur melius, & idonee cauere; quia amplius non ſubeſt timor ſcandali, & in hoc caſu, in quo ceſſat intereſſe Reipublicæ Iudex ſibi imputet ſi idoneum fideiuſſorem non recepit.

7 Quomodo autem fideiuſſor dicatur effectus non ſoluendo, poteſt facile deſumi per ea, quæ tradunt Doct. in l. nemo dubitat ſoluendo ff. de regul. Iur. & pręcipue per Deci. & per Hieron. Cagnol. qui inter alios caſus, ponit, vt ſoluendo quis non dicatur, qui non poteſt inuenire fideiuſſorem, & qui in totum ſoluere non poteſt, & qui habet nomina debitorum qui debitores non ſunt boni, nec de facili exigibiles, vt per Deci. in d. l.nemo num.1.& ſequen. Item non ſoluendo dicitur, qui non eſt paratus dare idonea pignora, Item cuius bona venduntur,vt per Hieron.Cagnol.in eadem l. nemo num. ſexto ſequen. & late habetur per Bal.& cæteros Doct.in auth. hodie C. de action. & obligat.& etiam late per ſcribentes in l.decem ff. de verbor. obligat. & in l. fin. ff.ſi cert.pet. & vide latiſſime Farinacc.in quęſt.33.num.79. 80. 81. & ſub nu. 79. in fine firmat,quod idoneus fideiuſſor dicitur,qui habet tantum in bonis,quantum importat cauſa, pro qua promiſit.

8 Et an in dubio fideiuſſor ſit pręſumendus idoneus, & ſoluendo, regula eſt, vt quilibet præſumatur idoneus ad ſoluendum, ſecundum gloſſ. in capit. bonę memoriæ el primo in verb. naturam ad fin. de elect.quam ibi ſequitur Abbas Panormitanus; quę gloſſa videtur probare contrarium, quia adducit textu in lege ex perſona C. de probat. quæ vult, quod aſſerens quem fuiſſe ſoluendo probare debeat; igitur non præſumitur. Ideo Doctores communiter in l. ſi vero in §. qui pro rei ff. qui ſatiſd.cog.concludunt poſt aliam glo. ibi,quod fundans ſe in paupertate,vel diuitijs, id probare teneatur, tanquam fundamentum intentionis ſuæ, prout etiam de communi teſtatur Hieron. Cagnol. in dicta lege nemo dubitat nu. 9.vbi in fin.declarat illud commune dictum quemlibet pręſumi idoneum intelligi reſpectu morum bonitatis a natura inſitę,& non quoad facultates,quę per accidens a fortuna veniunt:& ideo Fiſcus teneretur probare fideiuſſorem effectum fuiſſe non ſoluendo tanquam fundamentum ſuę intentionis.

9 Sed in caſu,in quo poteſt cogi pars ad denuo,& iterum cauendum,non poteſt tamen cogi fideiuſſor ad iterũ fide

iubendum Hercula.de caut. c.9.num. 19.in fin.per l.nec emere C.de iure deliberan.quem ſequitur Farinac.q.107.
10 n.52.in fine.Sed bene in aliquibus caſibus,ſi principalis,renouat obligatione ſuam,ac prorogat iuriſdictionem, ipſe fideiuſſor abſq. noua ſua obligatione remanet obligatus, vt recenſet idem Herculan. de caut.cap.47.num. 20.ſeqq. diſtinguendo ſi fideiuſſor ſe obligauerit ſine temporis prçfinitione &tunc eius obligatio firma remaneat, ſiue principalis renouet,vel proroget, Item quando promiſit pro aliquo tempore,quia ſi pro parte illius temporis fiat prorogatio in alium Iudicem, adhuc obligatio fideiuſſoris durat,ſecus ſi fieret prorogatio vltra illud tempus quia ſine noua obligatione fideiuſſor non remaneret obligatus.

Quæſt.XXX.

Fideiuſſor effectus non ſoluendo commiſſa pæna per principalem an poſsit cedere bonis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de non offendendo, ſi efficiatur non ſoluendo,non poteſt cedere bonis ſecundum vnam opinionem.*

2 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct.*

1 G Vid. Pap.in deciſ.211.Debitor non poteſt nu. 3. in prin per doctrinam Bar.in l.cum autem ff. ad l.Iul.tenet,quod fideiuſſor in pçiudicium Fiſci non admittatur ad ceſſionem bonorum,quem ſequitur Hercul.d.caut.c.49.n.18.& ſeq.

2 Contrariam autem opinionem quod iſte fideiuſſor non ſoluendo poſſit admitti ad ceſſionem bonorum,& minime plectendus ſit in corpore Conciliũ Neapolitanum ſequutum fuit, vt teſtatur Vinc.de Frãch.in deciſ.507.n.3.ſeqq. par.1 quia iura denegantia beneficium ceſſionis debitori ex cauſa ex delicto deſcendente loquuntur in eodem debitore delinquente,& condẽnato ad pçnam pæcuniariam,ſeu intereſſe pro pçna delicti per eum commiſſi,nõ autem in fideiuſſore pro pæna a principali incurſa,occaſione delicti, vt late etiam ſequitur Ludou.a Peguer. deciſ. 68.n. 7. verſ.hanc eamdem ſententiam, vbi etiam teſtatur idem fuiſſe deciſum per illum Senatum Cataloniç,de quo ego alias dixi in meo tract.de confiſcat.bonorum concl.36.dum declaraui illam quçſtionem:qui non habet in çre quando luat in corpore.

Quæſt. XXXI.

Fideiuſſor petens eximi ab obligatione an ſit audiendus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de non offendendo petens eximi ab obligatione non auditur.*

2 *Etiam ſi principalis offerret alium fideiuſſorem.*

3 *Amplia etiam ſi principalis promiſit fideiuſſorem indemnem releuare,vel illum liberari facere.*

4 *Fideiuſſor poteſt eximi ab obligatione, ſi offeratur alius idoneus fideiuſſor per Iudicem.*

5 *Fideiuſſor, ſi principalis deterioraret conditionem ſuam, poteſt petere fieri ſequeſtrum & mitti in poſſeſſionem bonorum principalis.*

6 *Secus ſi principalis conditionem non deterioraret.*

Fide-

7 *Fideiussor ex causa legitima potest liberari a Iudice etiam inuito creditore.*

1 DO&. in ista quæstione concludunt negatiue, vt Fiscus non teneatur reci-
2 pere alium fideiussorem, licet offeratur alius idoneus per tex. in l. si mandato §. sed si mandato vers. Item si ff. man. Bal. ibi in add. n. 3. vers. secundo nota, & in lectura antiqua post princ. vers. in tex. at si nolit, & latius hanc quęstionem reassumit idem Bal. in l. habeo ait §. sed si per fideiussores in 1. lectura sub nu 2. ff. de arbitr & in l. si pater C. de collat. Marsil. in rubr. de fideiussor. quæst. 30. num. 150. seqq. qui ad partes disputat istam quęstionem, & cum opinione Bal. residet, & secundum eam fuit per Reg. Collater. consf. Neapolit. decisum teste Vinc. de Franch. decis. 202. per totam par. 1. & eamdem sequitur post alios, quos allegat Petr. Caball. in quęstioni crim. cas. 131. num. 1. cum
3 plur. sequen. Quę conclusio procedit etiamsi principalis promisisset fideiussorem indemnem releuare, vel liberari facere, adhuc creditor, vel Fiscus non posset cogi ad suscipiendum alium idoneum fideiussorem, vt late post Bal. in locis supra adductis, firmat Petr. Caball. in d. cas. 131. num. 3. seqq. qui dicit, quod principalis promittens releuare indemnem fideiussorem poterit præstare aliam idoneam cautionem, per quam conseruabitur indemnis.
4 Licet si Iudex vellet rem gratam facere fideiussori petenti eximi ab obligatione, si offerat alium idoneum fideiussorem, eximere poterit, nec ius Fisci lædere diceretur, neque recusando gratificare fideiussorem diceretur ei iniustitiam facere Petr. Cab. in d. cas. 131. n. 6. vers. vidi etiam ex traditis per Bal. in l. habeo ait §. sed si per fideiussores in prima lectura n. 2. vers. in glos. ff. de arb. & in l. 2. n. 7. vers. modo ergo quęro C. de sent. quę sine cert. quant. profer. & testatur Caball. quod ita omnes alij Doct. per eum citati sentiunt, licet Hercul. de caut. c. 48. num. 8. dixerit contrarium, quod si principalis nihil habeat in bonis, & diu steterit in obligatione fideiussor sit eximendus ab obligatione, & maxime si fuerit carceratus.
5 Et si fideiussor non conseruaretur indemnis per principalem, qui mutasset conditionem in deterius, potest petere fieri sequestrum & immitti in possessionem bonorum principalis pro summa, & quantitate, pro qua fideiussit. Bald. in consil. 315. lib. 4. & ibi Rouescal. in add. qui attestatur, quod ita alias consuluit pro quodam suo amico, & eius voto, & consilio se subscripsit alius celeberrimus I. C. & etiam alias Doctorum authoritates ibi cumulauit prout sequitur Petr. Caball. in d. cas. 131. nu.
6 8. vbi in fine dicit, quod reo conditionem non deteriorante fideiussor non audiretur per l. si pro ea C. de mand. l. lucius Titius ff. eod. tit. & vtrobiq. glo.
7 & Doct. Ac etiam poterit ex alia causa legitima Iudex liberare, & eximere dictum fideiussorem ab obligatione etiam inuito creditore, vt post Deci. in l. si pater circa fin. tradit Vinc. de Franch. in d. decis. 202. circa fin. 1. par. & refert, & sequitur Petr. Cabal. d. cas. 131. nu. 6.

Quæst. XXXII.

Iudex, & notarius recipientes fideiussorem non idoneum quando teneatur de suo ad interesse.

SVMMARIVM.

1 *Iudex recipiens non idoneum fideiussorem tenetur de suo.*
2 *Et maxime si pars protestata fuit, quod ille fideiussor non reciperetur.*
3 *Fideiussor non idoneus receptus a Notario de mandato Iudicis, ipse Iudex tenetur.*
4 *Iudex non tenebitur, si fideiussor non fuerit idoneus, quando accepit etiam approbatorem, & quid in laudatore num.6.*
5 *Fideiussor recipitur cum approbatore, secundum consuetudinem totius Italiæ.*
7 *Iudex recipiens non idoneum fideiussorem potest carcerare principalem donec dederit idoneum fideiussorem.*
8 *Iudex non teneretur si fideiussor non est soluendo, quando fecit decretum, vt recipiantur fideiussores, & deinde notarius recepit non idoneum fideiussorem.*
9 *Notarius non recipiens idoneum fideiussorem tenetur ad interesse.*
10 *Fideiussor est recipiendus in loco Iudicij, declara tamen, vt ibi.*

1 IVDEX recipiens non idoneum fideiussorem tenetur de suo ad interesse partis, & Reipublicę l.1. §. si Magistratus ff. de Magistr. conuen. §. sciendum Instit. de satisd. tut. l. Imperatores ff. de re iudic. Boss. tit. de carcer. fideiuss. commit. numero 70. vbi testatur se vidisse quemdam integrum virum cogi ad soluendam pænam, quam promiserat fideiussor repertus non soluendo Iul. Clar. §. fin. quęst. 46. versic. cæterum debet Iudex, Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 33. num. 13. parte prima Farinacc. quæst. 33. numero 83. Marsil. in pract. crimin. §. superest num. 9. in princ. Herculan. de cautio. capit. 49. numero 17.
2 vbi dicit maxime procedere† quando pars protestata fuisset, quod ille fideiussor erat difficilis exactionis, vel non idoneus Amod. Iustin. Insignis Officialis conciuis meus in tractat. de Syndic. num. 210. versic. postremo aduerte Petr. Caball. in quęstioni crim. cas. 73.
3 numero 1.2.3.† Idemque erit quando notarius recepit fideiussorem de mandato Iudicis, vt ipse Iudex teneatur, & non notarius, vt post Ioseph. Lud. d. decis. Lucen. 1. num. 13. Farinacc. d. q. 34. nu. 84.
4 Sed Iudici erit consultum, vt recipiat appro batorē idoneū fideiussoris: quia tunc ipse non tenebitur, Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 406. Amod. conciuis meus in d. tractat. de Syndic. num. 210. Farinacc. d. quęst. 33. nu. 85. vbi concordantes allegat, Petr. Caball. in quæst. crimin. d. cas. 73. num. 4. seq.
5 vbi testatur vigere consuetudinem per totam Italiam, vt recipiantur tales idonei approbationes, qui Farinacci.
6 & Caball. dicunt † quid dicendum in
7 simplici laudatore: Item erit Iudici consultum, vt faciat carcerare eosdem principales ad dandum idoneos fideiussores. Bal. in l. 1. sub num. 3. versic. secundo casu ff. si quis in ius vocat. non ier. Petr. Caball. d. cas. 73. num. 8. vbi subdit, quod non per hoc erunt liberati primi fideiussores non idonei recepti.
8 †. Ac etiam erit consultum, quod Iudex faciat decretum, vt recipiantur fideiussores, & si notarius deinde recipiat fideiussorem non idoneum, ipse notarius tenebitur, & non Iudex Iul. Clar. quæst. 46. versic. cæterum debet Iudex, vbi testatur, quod ita commu-
9 niter seruatur per totum mundum † prout in specie seruatur hic in Curia de qua obseruantia Curiæ etiam testatur Farinacc. in d. quęst. 33. numero 88. & mihi contingit in facto, quia dum fui Locumtenens Criminalis A.C. feci decretum, vt quidam nobilis Bo-

Bononien̄.quem carceratum diu retinui,quem deinde de ordine Sanctissimi relaxaui cum certa pęna,& præcipue sub cautione scutorum quinque millium de non discendendo ab Vrbe, & cum contrauenerit,& fideiussor non esset idoneus,hic in Curia,fuit coactus notarius, qui recepit dictam cautionem,ad soluendum dictam pænam conuentionalem, nescio tamen quomodo, cum esset idoneus in Ciuit.Bononiæ, de quo dicam late in tractatu de fideiussoribus.

10 Et in proposito scias, quod fideiussor est recipiendus in loco Iudicij, neque alteri loco est committenda receptio fideiussionis, vt Affl. dicit super 2.par.Const.Regn.rubr. 10. num. 6. Iul.Clar.§.fin.q.46.sub vers. pone, quod,Farinacc.quæst.33.num.41.Sed in Curia recipiuntur etiam aliquando fideiussiores in partibus in loco subdito Pontifici,secus in loco non subdito, prout etiam testatur Farinacc.d.q.33. num.42.

Quæst.XXXIII.

Mulieres, minores, & rustici an restituantur aduersus istam cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres,Rustici,minores,& aliæ similes personæ tenentur dare cautionem de non offendendo,*

2 *An istę personæ possint sine interuentu tutoris curatoris,& consanguineorum præstare dictam cautionem.*

3 *Et quid si extaret statutum, quod similes personæ non possint se obligare sine consensu propinquorum.*

4 *Restitutio in integrum in ista materia de non offendendo secundum vnam opiniouem istis personis conceditur,& maxime,in casu,in quo iniuste coactæ fuerunt præstare dictam cautionem num.8.*

5 *Contrariam opinionem tenent ibi Doct. distinguendo tamen,vt ibi.*

6 *Mulier in ista materia cautionis non potest se tueri ex Velleiano.*

7 *Mulier, minores: & similes personæ mitius puniuntur in ista materia.*

9 *Minores, & mulieres, & similes aliæ personæ etiam ante fracturam debent eximi ab ista obligatione de non offendendo.*

IAM diximus in prima parte de pace, quod minores, & mulieres possunt facere pacem cum authoritate tutoris, vel curatoris, vel cum auctoritate consanguineorum,vel propinquorum, seu cum authoritate Iudicis, ac possint petere cautionem Herculan.de caut.cap. 25.
1 nu.3.Idem etiam est dicendum, quod minores,mulieres,rustici, & alię similes personæ, si Iudici visum fuerit teneantur dare cautionem de non offendendo,vt etiam in terminis tradit Herculan in tract.de caut.cap.38.num.5. sequen.qui loquitur etiam in impuberibus capit. 42. num.1.sed de duobus contingit in pręsenti quæstione dubitari, & primo an in præstanda dicta cautione requiratur consensus tutoris, vel curatoris, ac etiam requirantur aliæ solemnitates statutarię;secundo an data contrauentione aduersus dictam cautionem possint restitui in integrum.

2 Circa primum resolutiue procedendo,omnino arbitror, quod omissis omnibus solemnitatibus Iudex ex eius authorirate,& decreto possit dictos minores, ac mulieres ad dictam cautionem præstandam compellere, cum au-

thoritas Iudicis supleat omnes,& quascunq. solemnitates,& præsentiam tutorum,& curatorum,vel dictarum solemnitatem defectus, faciunt quę dixi in quæst.14.in prima par. de pace , & in terminis cautionis etiam firmat Herculan.de cautio.cap.28.num. 5. seqq. vbi late dicit, quod tam actiue,quam passiue possint impuberes dare,& recipere dictam cautioné etiam sine authoritate,& decreto Iudicis: idem voluit post Bal.Iul.Ferrett. in tit. de fer. num. 51. cum pupillus, licet ignoret quid agat,tamen consentire dicitur,& pati,& habet actionem iniuriarum l.il lud ff.de iniur.Doct.& præcipue Deci. & Cagnol.in l.in eo §.pupillus ff. de regul.Iur.& ratione naturali suadetur cum isti minores possint habere, & plerumq. habeant satellites famulos,attinentes,qui eorum contemplatione, vel mandato vlcisci possunt iniuriam; sed in hoc Iudex debet esse oculatus in cognoscendo causam timoris, & suspicionis,& se, secundum illam, cautionem regulet, vt post Castren. in cons.191.docet Iul. Ferrett. in tit. de fer.nu.51.& amplectitur Herculan. de caut.cap.38.n.7.& n.8. vbi dicit idem esse tenendum in muliere sene, & alijs imbecillioribus imo sub num. 7. in fi. post Ias. & Dec. in l.pactum curatoris C.de pact.etiam firmat, quod cautio petatur etiam pro posthumo; sub n.9. dicit quod cautius erit si in obligatione minorum, & similium personarum interueniat authoritas tutoris,vel
3 curatoris. Nisi tamen extaret statutum in loco, vt minores, vel mulieres non possint se obligare sine decreto Iudicis,& consensu duorum propinquorum,neq. aliquam obligationem personalem, aut aliam facere, quia tunc illa generalis prohibitio continet omnem obligationem ex pacto,promissione,pace, & ex quocunque contractu, prout consuluit Sim.de Pret.in consil. 65.num.6.vers.rursus non tenere:Et si requireretur etiam per statutum in obligatione minoris,vel mulieris copulatiue consensus consanguineorum,ac authoritas tutoris, vel Curatoris, & vnus ex consanguineis esset tutor, vel curator,nó poterit in instrumento promissionis interuenire,& vices duarum personarum substinere, vt post Paris. in cons.98.n.71.lib.1.tradit Tob.Non. cons.152.num.15.sub versic.nec dicatur tom.1.crim.diuers.

4 Circa secundum dubium,valde vrgere videtur,vt debeant minores,mulieres,& similes personæ obtinere restitutionem in integrum,cũ iura eis subueniant,ne decipiantur, vt videmus in femina per Senat.Consult. Velleian l. si fine,l. feminæ C.ad Velleian.l.feminę, & l.in eo §. mulieribus ff. de reg. Iur.& idem videmus in muliere rustico,& minore negantibus solutum,quibus succurritur, vt non teneantur probare debitum l.cum indebito de probat.Item idem videmus in Iuris ignorantia, in qua istæ personę excusantur Doct.in l.Iuris C.qui admitt.ac videmus, quod minores pro delictis mitius puniuntur Iul.Clar.§.fin.q.60.in princip.Thesaur.dec.161.vbi de magis cómuni,Rimin.Iun.cons.135.n.12.seqq. vol.1.Honded.consi.194.num.43. volum.1.Farinacc.in q.96.num. 41. & in cons.66.num. 7. sequen. & addent. ad eum in consil. 1.in litera D, & in consil. 33. in litera H.

Eoque magis est firmandum, cum per dictam cautionem, & pœnam conuentionalem mulier,vel minor,&similes alię personę dicantur læsæ, & pęna præfata sit eis damnosa: Et ideo aduersus eã restitui debeant,vt per Sfor. Odd.in tract.de rest.in integr.par.2.q. 85.art.7.num.58.& hoc etiam annuit Herculan.de caut.capit. 38. num. 11.

5 Contraria vero opinio mihi verior videtur,quãdo huiusmodi cautio præstatur reciproce pro salute etiam ipsarum mulierum,ac ipsorum minorum, vt

vt non detur eis restitutio, quę nunquam conceditur, nisi data læsione, & isto casu non solum non dicuntur lęsi, sed potius est consultum eorum saluti, & maxime interueniente iuramento, per quod excluditur restitutio in integrum, vt late dixi in dicta prima parte de pace in d. quęst. 14. sub num. 39. Si vero non fuerit reciproca, sed tantummodo Iudex coegit dictas mulieres, minores, & rusticos; quia ex par. ipsorũ timebatur offensio, tũc nec etiã eis restitutio in integrũ cõceditur; cũ illa cõcedatur lęsis, vel deceptis, & nõ calumniatoribus, & delinquentibus, l. in eo §. mulieribus vbi Doct. ff. de appell. & in terminis hanc opinionem tenet, & sequitur Herculanus in tract. de caut. cap. 42. num. 8. seqq. vbi late post alios, quos allegat, etiam dicit, quod mulieribus, & rusticis non succurritur, nisi in casibus a iure expręssis, nec minus excusantur vbi tractatur de rigo-
6 re Iuris conseruando. Nec mulier poterit in ista materia se tueri ex Vellelan. vt tradit Herculan. de caut. capit. 50. num. 64. Sed idem Herculan. in d.
7 cap. 42. sub num. 3. fatetur, quod Iudex non errabit, si mulieres, rusticos, & minores frangentes hanc cautionem mitius puniret, & non dissentit ab hac opinione Farinacc. quęst. 107. nu. 387. qui tamen per transitum hoc videtur affirmare.

8 In vno autem casu omnino teneo, quod minores, mulieres, & rustici, ac similes alię personæ, data contrauentione cautionis restitui debeant in integrum, si Iudex dictas personas coegerit ad dictam cautionem præstandã ex abrupto, non adhibita aliquali informatione, super timore, vel suspicione futuri scandali, neq. de eadem suspicione constiterit, quia tunc dictæ personę dicerentur lęsæ propter iniustitiam eis a Iudice factã, vt dixi supra in hoc 3. §. q. 7. & in q. 18. nu. 14. ideo restitui deberent late Sfort. Odd. in tract. de rest. in integr. par. 1 q. 4. art. 1. num. 7. seqq. Imo ibi Sfort. sub nu. 7. dicit esse notandum, minorem dici læsum, si sola obligatio eum lędat, etiam si ope exceptionis tutus esset, ꝙ per metum obligatio fuerit exorta per doctrinã Ang. in l. metum autem §. sed quod Pręto r.
9 n. 2. ff. quod met. caus. Imo etiam non adueniente contrauentione, & fractura cautionis. Sed propter damnum, vel læsionem de futuro poterunt istę personę priuilegiatæ in casu pręfato obtinere restitutionem in integrũ, prout est videre per eumdẽ Sfor. Odd. in d. p. 1. q. 5. art. 11. n. 93. seqq. & ob id Rim. Iun. in cons. 307. vol. 3. cõsuluit quamdam pupillam fuisse eximendam ab obligatione pęnali facta per patrem de non offendendo ne ipsa, lædatur per contrauentionem consanguineorũ compræhensorum in dicta obligatione, & quod alias ita fuit pronunciatum.

Quæst. XXXIV.

Minores impuberes an compræhendantur in cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes non compræhenduntur in generali promissione de non offendendo.*

2 *Quod procedit etiam si fuerit pręstita pro consanguineis excepta Titia, vt talis exceptio non ampliet regulam ad alias personas, quæ alias non comprabenderentur.*

MO-

1 MODO attingam quęstiones concernentes qui nam in cautione compręhendantur, vel in ea com præhensi non intelligantur, & præcipue in generali promissione de non offendendo, quod impuberes non comprębendantur vltra ea quę late dixi in prima par. de pace in terminis cautionis tradit Herculan. de cautio. de non offendend. capit. 28. nu. 5. vbi adducit tex. in titulo. de pace tenen. in vsib. feud. & rubr. & nigr. ex delict. puer. & Corn. in consil. 167. lib. 3. nec etiam posthumus compræhenditur Hercul. de caut. cap. 8. nu. vers. hinc etiam.

2 Et in tantum est vera ista opinio, vt minores impuberes in cautione non comprębendantur, etiam si cautio fuerit pręstita de non offendendo consanguineos, excepto Titio, cum exceptio non ampliet regulam, neq. compræhendere faciat illos, qui alias non com præhenderentur l. generaliter §. vxori, vbi Bar. ff. de vsufr. legat. Bal. in l. in his ff. de leg. vbi infert ad notabilem quęstionem, Deci. cons. 44. num. 4. in princ. lib. 1. & idem Dec. in l. 4. n. 22. ff. de regul. iur. Hier. Grat. cons. 156. in fi. lib. 2. Hercu. de caut. cap. 28. n. 2. seqq.

Quæst. XXXV.

Mulieres an compræhendantur in cautione.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres in generali promissione de non offendendo non compræhenduntur secundum vnam opinionem.*

2 *Contrariam opinionem veriorem tenent Doct. ibi.*

3 *Feminæ non compræhenduntur in cautione, etiam si fuerit præstita pro affinibus, excepta Titia.*

4 *Coniuncti ex linea materna, nec actiue nec passiue compræhenduntur in cautione de non offendendo.*

5 *Femina compræhenditur in cautione de non offendendo, quando de ea expræsse fuit facta mentio.*

6 *Vel si fuerit promissum pro affinibus; quia illud verbum compræhendit etiam feminas.*

1 MVLIERES etiam sub generali promissione de non offendendo non compręhenduntur, late Herculan. de caut. cap. 17. nu. 10. seqq. vbi plures affert rationes, primo quia femina inimicitias leuare non potest, neq. vindictas facere, secundo quia femina finis familię dicitur, tertio quia in contractibus masculinum non concipit femininum genus, & in capit. 33. num. 1. & nu. 5. nec ab hac opinione dissentit Alexand. cons. 113. num. 7. 2 seq. lib. 2. licet idem Herculan. in d. ca. 17. num. 13. sub versic. sed vereor. dicat opinionem contrariam esse veriorem, ne detur materia delinquendi, & calumniandi, cum hodie adeo creuerit iniquitas hominum, vt reperiantur qui audent feminas trucidare, & adeo etiam malę reperiantur feminæ, vt omne nephandum audeant, & saltem ex fenestra cum lapidibus transeuntem percutiunt: sed re vera prima opinio erit tenenda per rationes primo loco allegatas per d. Herc. in d. c. 17. n. 10. Et ratio pro cōtraria parte allegata facile tollitur; quia occasio delinquendi coercetur a lege ꝑ alias pęnas, & quā uis aliqua femina repēriatur adeo virilis, vt etiam vindictā sumat, de quo late scribit Vulp. in tract. de pac. q. 33. nu. 6. & 7. tamen regulariter, & communiter accidentibus feminæ non sunt ita aptę ad vindictam sicut masculi,

sculi, quam opinionem etiam sequitur Farinacc.q.107. num. 382.

3 Quæ prima opinio ampliatur, vt procadat etiamsi cautio fuerit præstita de non offendendo consanguineos, excepta Titia, adhuc alię fæminæ, non compręhenderentur in ea: quia exceptio non firmat regulam, neq. ampliat ad illos, qui alias non compræhenderentur Herculan. de caut. capit. 28. nu. 1. seqq. & dixi in præcedenti quęst.

4 Imo, vt nec etiam coniuncti ex linea materna veniant in dicta cautione de non offendendo, nec actiue, nec passiue, quamuis masculi sint, vt tenet Deci. consi. 521. num. 5. sequen. quem sequitur Vulpell. in tractat. de pac. in d. quęstione 33. nec ab hac opinione dissentire videtur Farinacci. in d. quęst. 197. num. 383.

5 Quę opinio tamen duobus modis limitatur, & primo quando femina expræsse esset compræhensa in cautione, & de ea fuit facta mentio Herculan. de caut. cap. 42. n. 1. sequen. vbi subdit: in tantum, quod non possit obtinere restitutionem in integrum aduersus dictã pœnam conuentionalē, secundo quando cautio fuit pręstita pro se, & affini-

6 bus, cum verbum affinis sit generis cōmunis, & de sui proprietate compræhendat masculum, & feminam, vt per hanc rationem tenet Herculan. de cautionib cap. 17. n. 13. in fine, & sequitur Farinacc. d. quæst 107. num. 384.

Quæst. XXXVI.

Consanguinei vtrinque coniuncti an veniant in cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei vtrinq. coniuncti non compræhenduntur in cautione de non offendendo.*

2 *Quod eo magis procedit quandò fuit promissum pro se, & suis consanguineis ex vna parte, & idem pro se, & consanguineis ex altera parte.*

3 *Dispositio in materia odiosa facta in casu simplici non trahitur ad casum mixtum.*

4 *Consanguinei aligeni non compræhenduntur in cautione de non offendendo.*

5 *Nec attenditur si fuerit magis coniunctus vni parti, quam alteri.*

6 *Contrariam opinionem tenent ibi Doctores.*

7 *Resolue prout ibi.*

1 QVONIAM de ista quæstione nonnulla dixi in prima parte de pace, quę conferunt etiam ad cautionem: ideo breuiter me de ea expediam, & conclusio est, vt cautio pręstita pro se, & consanguineis non compræhendat actiue, aut passiue consanguineos vtriusq. partis. Vinc. Hercul. in l. 2. num. 2. ff. de verb. oblig. Soccin. Iun. in consi. 103. num. 1. sequen. lib. 3. Herculan. de caut. capit. 17. num. 1. seqq. vbi late, & cap. 34. num. 7. versic. æqualiter quęro Hier. Grat. consil. 114. nu. 1. seqq. lib. 2. quicquid aliter ibi in parte sentire videatur Farinacc. quæst. 107. num. 321. Vulpell. in tract.

2 de pac. q. 34. num. 1. & seqq. † & illam procedere affirmat, quando quis pro suis consanguineis promisit, vel etiam si fuerit dictum, quod Titius promisit pro se, & eius consanguineis, & eo magis, sì fuerit promissum pro se, & eius consanguineis ex vna parte, & pro se, & consanguineis eius ex altera parte, quia per ista verba, communis sanguinis coniunctio penitus excluditur, & in

in responf.secundo.num.11.cum plur. seq Bertazz.conf.30.num.16. volum. 1.Laderch Imolen.consil.29. num. 9.
3 Quoniam dispositio in casu simplici non trahitur ad casum mixtum praesertim in odiosis.Hercaulan.d. capit. 17. nu.2.vbi concordanres allegat, & ego late dixi in d.prima par. de pace. Imo Nicol.Moron.in q. 76.num.8.in tract. de pac. voluit quod consanguineus vtrinq. coniunctus non possit compelli
4 ad cauendum,neq.consanguinei alie-
5 nigeni comprehendantur in cautione, vt post Alciat.in consil.39. Nobilium tom.2.lib.6.tenet Baiard.in.§.fi.q.47. num.6.
6 Quę conclusio ampliatur, & procedat; vt non consideretur vtrinq. coniunctus, sit magis amicus vni parti, quã alteri, sed solum attendatur naturalis coniunctio per rationes adductas per Socin. Iun. in conf.103.n.4. in fi. & num.5.seqq.lib.3.Hercula.de caut. cap.17.nu.4. vers. hic non prętermitto,& num.seq. qui tamen de ista conclusione viderur dubirare: etiam quando esset beneuolus vni parti in remotiori gradu, & idem annuit in
7 cap.34.num.7.in fine. Sed pro resolutione,vltra ea, quae scripit Fatinacc. in d.q.107.nnm.324.& seq.& Vulpel. responf.2.num.18.seqq.respons.3.nu. 8.& in tract.de pac.q.34.n.10.seq.me remitto ad ea,quę dixi in 1.pa.de pac. q.65.vbi etiam posui duas limitationes, quę bene cautioni de non offendendo applicantur.

Quaest. XXXVII.

Cautio de non offendendo an rumpatur sine dolo, & animo nocendi, & offendendi.

SVMMARIVM.

1 *Delicta recipiunt essentiam ab animo, & dolo.*
2 *Cautio de non offendendo non rumpitur sine animo nocendi.*
3 *Culpa leuis,vel lata non sufficit ad fracturam cautionis.*
4 *Multa ponuntur exempla de leui,& lata culpa.*
5 *Cautio non rumpitur si quis offendat Meuium quando volebat offendere Titium : idem si offendat mediatorem.*
6 *Cautio non rumpitur si quis offendat transeuntem de nocte cum lapide.*
7 *Item si quis offendat in ludo lapidum.*
8 *Item in ludo ad niuem;Item in ludo ad poma auricentia,*
9 *Idem si dum rixam habeo cum Caio, superueniat frater meus, & Caium offendat.*
10 *Furiosus actiue non comprahenditur in d.cautione de non offendendo.*
11 *Ebrius non comprahenditur in dicta cautione.*
12 *Furor,& ebrietas quomodo,& per quem sit probanda.*
13 *Furiosus,& ebrius passiue comprahenduntur in cautione.*
14 *Animus nocendi desumitur ex genere instrumenti, quo fuit facta offensio.*
15 *Dolus requiritur ab initio,nec sufficit, vt deinde superueniat.*
16 *Causa qualibet an excuset in ista materia cautionis de non offendendo.*
17 *Ignorantia excusat a cautione de non offendendo.*

1 NVNC aggredior materiam concernenrem fracturam caurionis de non offendendo in qua explicabitur eriam, quae nam aliae personae in ipsa cautione comprehen-

hendantur; sed quia abunde de eadem materia tractaui per diuersas quæstiones in prima par. de pace: ideo attingam modo nonnullas quæstiones magis dubitabiles. Et incipiendo ab animo contrauenientis, per quem omnia delicta regulantur, vt est in ore omniũ per l. 1. §. Diuus Adrianus C. ad l. Cornel. de Sicar. cum alijs allegatis per Marsil. consil. 25. num. 6. consil. 26. num. 8. Grammat. consil. 68. num. 1. Bertazz. consil. 29. num. 18. vol. 1. num. 14. vol. 2. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. nu. 15. vbi de communi, Farinac. q. 87. n. 6. tit. de pæn. temper.

2 Ideo conclusio, est, quod cautio de non offendendo; non frangatur, nisi fiat offensa animo nocendi. Hercul. de caut. cap. 34. num. 6. & num. 8. seqq. vbi latissime cap. 44. num. 16. & cap. 50. nu. 73. Paris. consil. 165. n. 13. lib. 4. Bertazz. consil. 4. nu. 5. & 7. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 1136. n. 21. 22. vol. 2. vbi late.

3 Nec leuis, vel lata culpa sufficit. Herculan. de caut. d. cap. 34. num 8. & d. c. 50. num. 73. licet cautio de non offendendo, siue eius pæna dicatur descendere ex contractu, & sic potius ex obligatione ciuili, vt superius dixi in hoc 3. §. q. 2. & in pœnis pæcuniarijs lata culpa æquiparetur dolo Bar. in l. 1. §. 1. nu. 1. ff. si quis testam. Ang. de malefic. in verb. scienter, & dolose num. 4. 5. & in verb. appensate nu. I. Carrer. in practic. crim. in tit. de homicid. nu. 19. seq. versic. item pone quæstionem. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 84. num. 9. in prin. Petr. Caball. in quæstione crimin. cas. 31. num. 20. sed in proposito cum lex requirit dolum, ad fracturam cautionis, vt supra dixi: ideo lata culpa dolo non æquiparatur, nec sufficit ad illius fracturam Plot. de milit. Iur. §. 6. num. 32. Baiard. ad Iul. Clar. q. 84. n. 9. vers. nec tamen, & bene desumitur ex doctrina Bar. in d. l. 1. §. 1. num. ff. si quis testam. vbi ad literam dicit, quod in delictis non corporalibus, sed pecuniarijs in quibus sufficit culpa lata, dolo æquiparatur, vbi a lege expresse dolus non exigitur Ang. de malefic. in verb. scienter, & dolose nu. 1. vers. sin. autem simpliciter, Boss. tit. quomodo procedat. per act. in delict. n. 38. Hond. consil. 105. num. 18. vol. 1. vbi concordantes allegar, Farinacc. q. 87. nu. 23. vbi de communi Petr. Caball. in q. crimin. cas. 31. num. 20.

4 Hinc infertur, quod præceptor ex nimia sæuitia puerum castigans, item tutor, curator, maritus, soror, pater, auus, & id genus personarum etiam castigans ex nimia sæuitia, & excessu, si dolus non adsit, cautionem de non offendendo non frangunt l. 3. §. fin. ad l. Aquil. cap. fin de maior. & obed. Herculan. de caut. cap. 34. num. 10. seq. vbi etiam refert plura alia exempla: Item si delictum per lasciuiam commissum fuerit, quia mitius punitur l. lege Cornelia §. cum quidam ff. de Sicar. Item si offensio fuerit facta impetu per l. respiciendum §. delinquunt ff. de pæn. Item si quis impudentia commiserit delictum per l. fere omnibus ff. de regul. Iur. Item si medicus per imperitiã offendat; per l. Item §. 1. ff. ad l. Aquil. Item qui arborem putans, vel mutans ramo, vel lapide labente offenderit l. quemadmodum, l. qui foueas, l. si putator ff. ad l. Aquil. Item qui ad clamorem occurrens offendit consanguineũ, vel si venit accessorie ad alium, non rumpit cautionem Marsil. singul. 247. Item qui facit ad suam defensam non dicitur frangere cautionem, quia dolus abest, & fit lege permittente, Item qui calore iracundiæ, quia dolus abest nec frangit cautionem per l. quicquid iracundiæ ff. de regul. Iur. & alia exempla vltra sup. adducta cumulauit Herculan. de caut. de non offend. d. capit. 34. num. 10. cum plur. seq. Mascard. de probat. concl. 1162. num. 122. cum plur. seqq. vol. 2. vbi etiam & nonnulla de su-

10 Idemq. erit dicendum in furioso acti ue si percusserit,vel occiderit illum,cũ quo erat cautio de nõ offendẽdo, vt sicut,nõ põt puniri pęna mortis l. Diuus ff.de offi.Pręsid.l.pen.§.sane ff.de parric.Marsi.in l.1.in princ.n.46.seq.ff.de Sicar. & late in singul.380.Iacob.Nouel.pract.crim.in tract. ad defensam tit.homicid.ex quib.causa pæna morte excuset.nu.39.post alios, quos allegat,nec etiam puniretur pęna conuentionali de non offendendo Hercula.de
11 caut.c.34.n.19.seq. vbi dicit idem esse dicendum inebrio, furioso, mente capto,& similibus,qui nesciunt, quid agant,vbi tamen subdit Herc.in d.c.34.n.21.non habere locum in eo, qui habet dilucida interualla, aut quando, quis est parumper ebrius,aut in eo,qui vino exhilaratur, non autem penitus inebriatur, & in eo,qui post recuperatum intellectum,vel sensum,incedit iactabundus,vt videatur delictum ratificare,& adducit Rip.in l.fin.n.22.C.de reuoc.donat.
12 Sed qui vult se excusare ab ista pæna conuentionali ex capite furoris,vel ebrietatis,debet istas qualitates probare,& testes debẽt cõcludẽtes rationes adducere Hercu.de caut.d.c.34.n.22.seqq.Ebrietas quomodo probetur habetur late per Menoc.de arbi.cas.326.n.11.lib.2.Masca.de prob.concl. 579.per totam vol.1.Ladc.Imol.cõs.207.n.1.seqq.vbi dicit triplicẽ esse ebrietatẽ leuissimam,leuem,& magnam;quomodo autẽ proberur furor.Socc.Sen.cõs.42.n.4.lib.1. Fanc. Viui.com.opin.in verb.feudalis vers.furiosus,Mascar.de prob.conc.503.per totam vol.1.Baiar.ad Iul.Clar.q. 60.nu.30.Eugen. cons.79.n.3.Gerar.Mazz.cons.57.n.1.seqq.Minsig.sing.obseruat.41.lat.Ias.cõs. 2.num.7.lib.1.& cons.178.nu. 1. vol.2.
13 Et licet actiue id hominũ genus non cõpræhendatur in cautione,tamen passiue cõpræhendi debet Herc. de caut.c.34.n.25.vbi reddit rationem,quia non debet addi afflictio afflicto.
14 Ad cognoscendum autem,an quis habuerit animum offendendi,& dolose offenderit,desumitur ex genere armorũ vel instrumenti,quo fuit illata offensio Herc.de caut.c.44.n.17. ac etiam desumitur si actus fuit de sui natura prohibitus,vt tunc in eo censeatur dolus, secus si non fuit de sui natura prohibitus,vt dixi in 1.par.de pac.q.78.nu.8.
15 Et etiam satis est,ꝙ ab initio offensionis non interuenerit dolus,vel animus offendendi,quia si in medio,vel in fine superuenerit dolus,nihilominus,nõ diceretur rupta cautio Hercu. de caut.c.44.n.20.vbi multos Doct.pro hac opinione adducit,& faciunt,ea, quæ late posui in 1. par. de pac. q.78.num.16.
16 Ac quælibet causa excusat a dolo in ista materia cautionis,licet fuerit leuis & iniusta Marc.Ant.Eugen.conf.82.n.13.seq.vbi concordantes allegat, Sim. de Pret.cons.188.n.19.vers.que si esset iniusta Baiar.ad Iul.Clar.q.47.nu.55.vers.etiam si causa sit iniusta Petr.Cabal.in q.crim.cas.101.n.53.de quo late dicam infra in quęst.41.
17 Ignorantia etiam in ista materia excusat Hercul.de caut.c.39.n.4.7.seq. vt si quis offenderit compræhensum in cautione,sed ignoraret illum fuisse cõpræhensum,vel esse affinem,vel si combussit aliquos compræhensos in cautione in aliqua domo ignoranter,& similia fecerit per ignorantiam non rumpatur cautio per ea, quę dixi supra in d. 1.par. de pac.quęst.78.num.38.

Quæst. XXXVIII.

Noua causa an excuset a pæna conuentionali de non offendendo.

in q. crim. caſ. 101. n. 50. Hond. conſ. 97. num. 34. vol. 1.

3 Quæ opinio eſt a conſuetudine recepta, vt per nouam cauſam promiſſio de non offendendo, non rumpatur, vt teſtatur Herc. in d. c. 13. n. 3. in fi. Maſca. de prob. d. conc. 1136. n. 27. circa fi. vol. 3. Farinacc. d. q. 107. num. 403. circa fin.

4 Hinc ſequitur, q̃ ſi vnus ex promittẽtibus alterũ offendat non teneatur pœna cõuentionali, ſed offenſus poſsit impune offendentem ſine metu cautionis violatę offendere Bertaz. cõſ. 245. n. 10. vbi teſtatur ita teneri per Doct. cõmuniter in l. cũ proponas ſa. 2. C. de pact. Marſ. ſing. 377. & hanc cõem opinionẽ dicit Tob. Non. in conſ. 110. num. 3. & in conſil. 111. num. 30. Maſcard. in d. concl. 1136. num. 26. etiam eamdem communem opinionem ſequitur.

5 Imo eſt vera, & procedit, non ſolum quando offenſio fiat ab offenſo in continẽti, verũ etiã ſi ex interuallo Herc. de caut. c. 19. nu. 1. cum plur. ſeq. & c. 46. nu. 40. Maſcard. de probat. conclul. 1136. nu. 26. Farinacc. d. q. 107. nu. 44. vbi alios allegat, & teſtatur de commu ni, & magis communi Hier. de Mont. q. 7. n. 19. Et ratio eſt in promptu, quia per primam offenſionem cautio dicitur rupta: ideo quamuis ſequatur offenſio per offenſum ex interuallo non poteſt prętendi fractura cautionis, quia, quod nullum eſt frangi non poteſt, vt pluries dixi.

6 Ac etiam procedit, vt cautio de non offendendo rupta non cenſeatur, non ſolum ex offenſione ſequuta ex noua cauſa, ſed etiam ex offenſione illata non ex ea cauſa ob quã fuit præſtita cautio, ſed ob aliam antiquiorem. Hercu. in tract. de caut. c. 8. nu. 3. c. 28. num. 7. Farinac. d. q. 107. num. 410. vbi alios allegat, qui tamen loquuntur in pace, Sim. de Præt. conſ. 187. nu. 22. in fi. niſi tamen fuiſſet data cautio ex vna cauſa tantum: & tunc non rumpatur, ſi ex aliqua antiquiori cauſa ſequatur offenſio, ſecus ſi fuerit ſimpliciter pręſtita; quia cautio generalis, & indefinita refertur ad omnes cauſas Hercu. de caut. capit. 8. num. 3. verſ. niſi indiſtincte, & cap. 18. nu. 9. ſeqq. vbi plus ſubdit, quod in dubio cautio generalis intelligitur data pro quacunq. cauſa pręterita, de qua declaratione late dicam infra in q. ſeq.

7 Ampliatur etiam iſta concluſio quando illa noua cauſa ſuperueniens nõ fuerit vera, ſed erronea, vt ſi aliquis dixerit Titio, cum quo Sẽpronius habebat cautionem de non offendendo, quod idem Sempronius offendit fratrẽ ipſius Titij cõpræhenſum in cautione, & id verum non eſſet, & Titius nõ inſpiciens an id verum eſſet, arrepto gladio Sempronium offendit: ita probat in terminis Hercu. de caut. c. 18. nu. 8. per notata per Alex. in conſil. 165. in fin. lib. 4. & per Marſil. ſingul. 513. Maſcard. de prob. concl. 1136. n. 30. ſeq. vbi ſubdit ea ratione, hoc eſſe verum, quia cautio non rumpitur, niſi offenſio fiat animo offendendi, ſed iſte nõ habuit animũ offendendi, ni ſi eo caſu, quo verum eſſet fratrem fuiſſe offenſum: igitur ex quo fuit repertum fratrẽ minime offenſum eſſe, offenſio facta propter illã cauſam dicitur fuiſſe præter voluntatẽ offendẽtis; ſed intellige dũmodo dolus non interuenerit, & credulitas fuerit orta a perſona fide digna, vt poſt Hercu. in c. 28. n. 8 Maſc. in d. concl. 1136. n. 31. in fi. & dũmodo ille, qui dicebatur offenſus, fuerit in proximo gradu, vt in primo gradu, vt inter fratres, vt dixi ſupra in 3. par. de pac. q. 44. nu. 18.

8 Amplia, vt etiã procedat, quãdo cautio fuerit iuramẽto vallata, nihilominus ex noua cauſa ſuperuenienti, poterit abſq. incurſu pænę cõuẽtionalis cõtrauenire, vt poſt alios Doct. quos adduxi in 1. par. de pac. q. 43. in terminis cautionis poſt Pariſ. in cõſ. 165. n. 28. vol. 4. firmat Maſc. de prob. d. cõc. 1136. n. 32. ſeq. ex ea ratione, quia in pacto etiam

firmato iuramento semper intelligitur, quod adsit illa clausula rebus sic stantibus,& aliquo de nouo non superueniente Boer.decis.204. n. 21.Farin.q. 107.n 411.Hond.cons.66.n.25. lib. 1. Petr.Caba.in q.crim.cas.101.n.50.versic. etiam stante iuramento, vbi alios concordantes allegat.

9 Amplia,vt procedat, etiam si noua causa nõ esset iusta causa offendẽdi,vt etiã in terminis cautionis firmat Masc. in d.concl.1136.n.34.post Nicol.Mor. in tract.de treug.& pac.q.113.Bertaz. cons.248..num.9.Marsil.singul.503.& cons.119.n.2.& ibi alios allegat. Herc. de caut.c.13.n.10.vbi post alios fere infinitos,quos allegar dicit procedere in

10 qualibet causa leui,ac bestiali; nisi tamen essemus in his,quę sunt de genere prohibitorum Hercu.d.c.13.n 10.vers. quod non quia sumus,& late Nic.Moron.in tract.de treug.& pac.q.114.per totam,& q.115.Mascar.de.prob.d.con clus.1136.n.34.Farin.cons.31.n.13.

11 Amplia,etiam si in contractu cautionis de non offendendo adesset apposita clausula,rato manẽte pacto,vt per offensionẽ deinde sequutã non rumpatur cautio, cũ talis clausula non operetur in fauorẽ illius,qui contrauentioni causam dedit,& fuit primus in contrauenlendo,vt in terminis cautionis tradit Hercu.d.caut.c.18.n.15. vbi alios allegat,Masca.d.concl.1136.n.35.Idẽque erit si in cõtractu cautionis adesset illa clausula,sub tali pęna toties quoties contraueniatur pęna committatur quia illa non obstante prior offensus nouã causam habens,promissioni impune contrauenire poterit,cũ ista clausula sit apposita in fauorem obseruantis &non in fauorẽ cõtrauenientis; vt post alios,quos allegat firmat Hercula. de caut.c.18.n.6.&Masca.in d.cõcl.1136. n.36.quod declaradum erit; vt per Farinaciũ q.107.n.412.cum plur.seq.& ego late dixi in 1.par.de pac.

12 Item amplia,vt procedat etiã si in cõtractu de non offendendo fuerit pacto expresso conuentum,\, q̃ per comparentes in cautione nõ possit allegari noua causa:quia per illud pactũ nõ censetur exclusa noua causa vrgens,sed tantum iniusta,leuis,vel friuola.Hercu.In trac. de caut.c.12.n.15.Bero.cons.198.num. 12.vol.3.Mascar.d.concl.1136.nu.37. vbi alios concordantes allegat.

Quid autem si primus contrauenienes soluit pęnam,an tunc secũdus offendẽs incidat in pænam conuentionalẽm, vide quæ posui cum longa distinctione in 1. par.de pac.& Herculan. de caut.c.36.n.3.seqq.

13 Primo limita,vt licet iste secundus offendens non teneatur pæna conuẽtionali,tamẽ poterit puniri pæna iuris cõmunis,vel statutaria,quę erit pæna ordinaria,si offẽdat ex interuallo,extraordinaria autem si fuerit in continenti vltra moderamẽ inculpatæ tutelę Hercul.de caut.c.36.n.3.in fi.& n.4.5.Farin.d.q.107.n.426.Vulp.resp.89.n. 7. Hond.cons.89.n.10.seqq.& nu.65.72. lib.3.Nec poterit secundus offendens exigere pænam conuentionalem a primo offendente:quia mutua compensatione dictæ pænę tolluntur Herculan. post Bal & Roman.in tract.de caut.ca. 36.n.1.reprobato Alex contrarium tenente in l.cum proponas C.de pact.Farin.d.q.107.n.431 Idemq. erit si pæna conuentionalis fuerit applicata non parti,sed Fisco:quia tunc secundus cõtraueniens puniretur dicta pęna conuentionali,pro cuius veritate vide ea, quę dixi in 1.par. de pac.

Quæst.

Quæst. XXXIX.

Cautio de non offendendo an vna sufficiat, vel plures sint præstandæ pro pluribus causis, & an rumpatur ex omnibus causis præteritis.

SVMMARIVM.

1 *Cautio vna sufficit pro omnibus causis laborantibus inter ipsos inimicos.*
2 *Cautio simpliciter præstita refertur ad omnes dictas causas.*
3 *Cautio præstita pro vna causa tantum ad illam restringitur.*
4 *Cautio in dubio intelligitur præstita pro omnibus causis.*
5 *Cautio est inuenta, vt tollatur omnis occasio delinquendi.*
6 *Contrariam opinionem, vt cautio in dubio referatur ad illam causam, pro qua fuit præstita, & non ad alias causas, tenent ibi Doct.*
7 *Promissio omnis restringitur ad eam causam, pro qua fuit promissum.*
8 *Cautio de repræsentando reum non extenditur vltra causam, pro qua fuerat processatus.*
9 *Cautio de non offendendo non rumpitur ex antiquiori causa, pro qua non fuerat præstita ipsa cautio.*
10 *Cautio præstita pro se, & adhærentibus non extenditur ad causas particulares ipsorum adhærentium.*
11 *Quæ opiniones contrariæ conciliantur, vt a principio antequam agatur de fractura cautionis, in ea comprehendantur omnes causæ, secus si agatur de eius fractura, quia tunc restringitur ad illam causam tantum, pro qua fuit præstita.*
12 *Cautela est ad tollendas omnes difficultates, vt promittatur pro quacunque causa.*
13 *Contrauentio ex præsumptionibus iudicabitur an ex vna, vel ex pluribus causis, vel ex antiquiori, vel ex vltima causa fuerit commissa.*
14 *Cautio de non offendendo in dubio pronunciatur, vt rupta non dicatur.*

1 QVAMVIS inter duos præcesserint plures causæ odij, inimicitiæ, & rancoris, nihilominus non sunt præstandæ tot cautiones, quot sunt causæ, sed vna tantum cautio sufficit pro omnibus. Hercul. de cau. c. 42. n. 22. vbi tamen subdit, quod bene ex pluribus causis pœna augeri poterit, & in dubio intelligitur data pro omnibus causis præteritis Hercul.
2 de caut. cap. 18. nu. 9. seqq. vbi dicit, quod si fuerit simpliciter præstita cautio, ista indefinita, & generalis loquutio referatur ad omnes causas præteri-
3 tas; si vero data fuerit ex vna causa
4 tantum, ad illam restringatur, sed in dubio intelligitur data pro quacunq. causa, cum timor videatur indistinctus & hoc etiam colligi poterit ex proœmio contractus, a quo colligitur causa finalis, idem Herculan. cap. 42. num. 23. vt late Mascard. de probat. concl. 1136. num. 10. vol. 2. Farinacc. q. 107.
5 num. 411. versic. declaranda tamen, quia est inuenta ista cautio, vt omnis delinquendi occasio tollatur l. in fundo ff. de rei vendic. Bertazzol. consil. 633. nu. 9.

6 Contrariã opinionẽ, vt cautio de nõ offendendo in dubio nõ extendatur ad aliam causam antiquiorem, & diuersam ab ea, pro qua fuit cautio præstita, in terminis voluit Herculan. in tract. de caut. cap. 28. num. 7. & antequam Alex. tenuit in addit. ad Bar. in l. aut facta §. causa ff. de pœnis, vbi si

quis promisit pro attinentibus, quod non offenderet, non intelligitur promisisse pro inimicitijsque esset inter ipsos attinentes late hanc opinionem exornat Mascard. de probat. conclus. 1136. num. 11. Sim. de Præt. consil. 177. num. 23. Farinac. consil. 62. num. 8. in princ.

7 Et ideo omnis promissio de sui natura, etiam, quod id non sit expræssum restringitur ad eam causam, pro qua fuit promissum Roman. in l. generaliter nu. 8. versic. fallit secundo ff. de verb. obligat. Felin. in cap. at si cautio num. 17. de fide instrum. Cephal. consil. 156. nu. 13. sequen. lib. 2. & consil. 662. num. 6.

8 lib. 5. Prout idem videmus in promissione de repræsentando reum, vt non extendatur vltra causam, pro qua reus erat inquisitus, & processatus Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 161. seqq. Tob. Non. cons. 103. nu. 1. Hier. Gabr. cons. 173. num. 11. lib. 2. Eugeni. cons. 68. nu. 38. Herculan. de caut. capit. 23. num 20. Farinacc. q. 34. nu. 31. & cons. 62. nu. 1.

9 Hinc deciditur, quod offensio facta ex antiquiori causa, vel ex alia, pro qua fuit cautio præstita, non frangit cautionem de non offendendo Bal. in l. si prædium num. 17. circa finem de

10 ædilit. act. vbi dixit, quod pæna conuentionalis pro se, & adhęrentibus de non offendendo aliquem, non extenditur ad adhęrentes extra casum inimicitię, propter quam fuit facta promissio sed ex alia causa particulari, quem sequitur Felin. in cap. Petrus num. 10. circa finem de homicid. Farinacc. d. q. 107. num. 410. Petr. Bell. de re milit. par. 10. lib. 2. num. 37. & expresse Herculan. de caut. cap. 8. num. 3. & capit. 28. num. 7. Cæphal. consl. 187. num. 18. & num. 32. lib. 4. Farinacc. cons. 64. per totum, vbi in fine testatur ita fuisse iudicatum.

11 Quæ opiniones contrarię per Doctores videntur conciliari, & ad fædus reduci, vt si agatur ab initio de pręstanda cautione, tunc ad euitanda scandala, & pro quieto statu Reip. sit dicendum, simplicem cautionē compræhendere omnem causam, vt late exornat Mascard. de probat. conclus. 1136. nu. 12. vol. 2. Si vero agatur de iam præstita cautione, & de eius fractura, & pænę exactione, tunc tanquam pænalis materia, & odiosa restringi debeat ad vnam causam tantum, vt late authoritaribus, & rationibus comprobat Mascard. in d. conclus. 1136. num. 12. vers. aut agitur, & num. 13. sequen. Farinac. in d. cons. 62. num. 3. vbi alios allegat, & præcipue Hier. Gabr. cons. 171. lib. 1. Rim. Iun. cons. 47. num. 14. lib. 1. Bero. cons. 196. nu. 46. lib. 1.

12 Sed quid si fuerit expræssa aliqua causa, an profit quoad alias causas Hercul. de caut. cap. 42. nu. 30. in fin. nec tenetur pars causam particularē exprimere ad tollendas occasiones delinquendi, Herc. de caut. c. 42. n. 22. Sed bene tutius erit ad tollendam omnem difficultatem, vt dicatur, quod promittitur pro quacunq. causa, Herculan. de caut. cap. 6. num. 11 in fin.

13 Et an ex vna, vel ex pluribus causis, vel ex antiquiori, vel ex vltima causa fuerit contrauentum promissioni de non offendendo coniecturis, & pręsumptionibus probari potest, vt habemus, quod animus, quo quis patrauit homicidium probetur præsumptionibus, & coniecturis Roland. cons. 11. nu. 11. seqq. cum alijs relatis per Mascard. de probat. concl. 97. num. 14. lib. 1. & conclus. 864. num. 2. & num. 26. lib. 2. & in terminis cautionis de non offendendo Farinacc. cons. 62. n. 4. seqq. vbi refert plures pręsumptiones excludentes fracturam cautionis.

14 Et in dubio cautionem non esse ruptam, neque exactioni pænæ locum esse, quilibet bonus Iudex arbitrari debet Herculan. in tract. de caut. cap. 33. num. 6. Tob. Non. cons. 11. num. 25. late Mascard. de probat. d. concl. 1136.

1136. num. 11. Farinacc. consil. 62. nu. 3. in fin. Bertazzol. cons. 243. nu. 3. vol. 1.

Quæst. XL.

Noua causa an sit præsumenda ad euitandam pœnam conuentionalem.

SVMMARIVM.

1 *Noua causa in cautione de non offendendo recipit omnes ampliationes, declarationes, & interpretationes, quas recipiunt pax, & treuga.*

2 *Causa noua in dubio præsumitur in ista cautione ad euitandam pœnam.*

3 *Quæ præsumptio deuoluit onus probandi contrarium in Fiscum per fortiores & validiores probationes.*

4 *Causa noua magis præsumitur ex diuturnitate temporis.*

5 *Ex causa noua præsumitur sequuta offensio, quando ipsa offensio correspondet dictæ nouæ causæ.*

6 *Causa noua præsumitur quando aderat amicitia cum offenso.*

7 *Causa noua per quos actus inducatur, remissiue.*

8 *Causa noua, vt præsumatur, debet constare de facto, ex quo resultet ipsa causa.*

9 *Causa noua probatur per probationem præsumptiuam per vnum, testem, per famam, & per plures præsumptiones.*

10 *Citatio Fisci, & partis requiritur in probatione nouæ causæ.*

1 SCILICET ea, quę late dixi supra in prima par. de pace. in quæst. 45. multum conferant ad decisionem pręsentis quęstionis; cum in ista materia nouę causę in simplici promissione de non offendendo, omnes ampliationes, declarationes, & interpretationes, quæ admittuntur in pace, & treuga, admittantur, etiam in cautione, vt testatur Petr. Caball. in quęst. crimin. cas. 101. num. 63. vers. & recipit; Tamen iuxta meum institutum referã hic breuiter, quæ concernunt in puncto & indiuiduo materiam cautionis de
2 non offendendo: Et conclusio est, vt ex noua causa non rumpatur cautio de non offendendo Herculan. de caut. c. 13. Benint. decis. 65. num. 15. Mars. sing. 503. Iul. Clar. quæst. 42. versic. Quæro. Paris. cons. 165. num. 2. vol. 4. Hortens. Vernat. in d. respons. Ciuit. Perusiæ nu. 225. vbi de communi, etiam si fuisset cautio iuramento vallata, & iniusta esset causa, vt dixi in d. q. 45. Et in dubio noua causa pręsumitur ad pœnam cautionis de non offendendo euitandam late Hercul. in tract. de caut. cap. 13. num. 8. & cap. 36. num. 21. Mascar. de probat. concl. 1136. num. 38. versic. & noua vol. 2. Bertazzol. cons. 4. num. 9. & cons. 185. num. 10. & ibi Claud. in addit. in litera C. sub vers. illa vero opinio, Farinacc. quęst. 107. num. 432. vbi alios concordantes allegat, & testatur de communi Eugen. cons. 82. num. 15. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quęst. 47. nu. 50. Mari. Ant. Macerat. var. resolu. lib. 2. resolut. 31. num. 10. vbi etiam alios concordantes allegat Farinacc. consil. 30. num. 45. consil. 31. num. 22. seqq. & cons. 62. nu. 1. & in dubio pronunciandum est cautionem non esse ruptam, vt post Herculan. de caut. capit. 33. num. 6. firmat Bertazzol. consil. 253. num. 3. lib. 2. Hort. Vernat. in d. cons. ad fauorẽ ciuitatis Perusię n. 228. seq. vbi de magis cõi opinione testatur.

Quę

3 Quę pręsumptio, est adeo efficax, vt deuoluat onus probandi contrarium in Fiscum per fortiores, & validiores probationes Riminald. Iun. cons. 300. num. 45. lib. 3. Farinacc. d. quæst. 107. num. 432. circa fin. Mar. Ant. var. resolut. lib. 3. d. resol. 31. n. 11. Hortens. Vernat. in d. cons. num. 229.

4 Et offensio magis diceretur sequuta ex noua causa ex diuturnitate temporis per decē annos Hercul. de caut. cap. 13. num. 8. cap. 50. nu. 35. sequen.
5 vel si offensio correſponderet nouæ causę Marius Ant. Maceraten. d. resol. 31. num. 12. Herculan. d. cap. 13. num.
6 9. & si adesset amicitia cum offenso, vt post Herculan. de caut. d. cap. 36. & in d. cap. 13. Mascard. in d. conclus. 1136.
7 num. 38. Et Herculan. in d. cap. 13. refert ex quibus actibus inducatur noua causa, vt de risu, verbis altercatorijs, & alijs similibus, & cap. 34. nu. 10. seqq. Mascard. de probat. conclus. 1162. per totam, & concl. 1136. num. 38. Card. Tusch. concl. 182. per totam, & concl. seq. etiam per totam tom. 6. Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. num. 24. prout ego late dixi in d. prima parte de pac. q. 45. vbi etiam posui alias ampliatio-
8 nes, & limitationes, & præcipue, vt debeat constare de illa noua causa, alias nunquam pręsumeretur offensio facta ex noua causa Herculan. de caut. cap. 47. num. 27. seqq. vbi dicit, quod debet constare de facto, ex quo possit oriri noua causa, & per Mascard. d. concl. 1136. num. 38. vbi concordantes alle-
9 gat, & testatur de communi, & sufficit probatio præsumptiua, & per vnum testem tantum, per famam, per plures pręsumptiones, vt late per Farinacc. in d. q. 107. num. 435. & cons. 62. num. 11. Herculan. de caut. cap. 13. num. 12. & in cap. 47. nu. 27. vbi firmat, quod reus tenetur probare factum per quod resultare possit noua causa, & Fiscus deinde tenetur probare quod non ex illo facto, sed ex antiqua causa fuerit secuta offensio, vbi subdit, quod non sufficeret iuramentum partis, nisi probaretur factum, cum adsit pręsumptio contra ipsam. Et magis præsumitur noua causa in compræhensis in cautione, adeo, vt requiratur probatio Crau. 1. cons. 8. num. 4. late Hortens. Vernat. in cons. ad fauorem Ciuit. Perusię. num. 230. seq.

Et data conuersatione, vel pręsuppositis actibus socialibus offensio deinde secuta præsumitur ex noua causa etiam aliquo facto nō probato Hercul. de caut. cap. 36. nu. 21. & ego alias late dixi in d. quæst. 45. in prima par. de pac.

Quæst. XLI.

Cautio de non offendendo an ex leui offensione frangatur, nec ne.

SVMMARIVM.

1 *Cautio non rumpitur per leuem, aut modicam causam, sed per grauem offensam.*
2 *Verba apposita in cautione, de non offendendo, neque offendi faciendo important magnam offensam, & non leuem.*
3 *Contrariam opinionem, vt ex leui causa rumpatur cautio de non offendendo tenent ibi Doct.*
4 *Leues offensæ solent inducere graues offensiones.*
5 *Prohibito vno, censetur prohibitum omne per quod ad illud peruenitur.*
6 *Cautio de non offendendo non rumpitur ex percussione manu vacua, vel per aliam percussionem, per quam corpus, non læditur.*
7 *Secus per percussionem, ex qua corpus*

corpus lædiitur.

8 *Quæ offensio corpus lædat relinquitur arbitrio Iudicis, cuius arbitrium regulari debet a consuetudine loci.*

9 *Cautio rumpitur ex quauis leui offensione dolose illata.*

10 *Cautio rumpitur ex leui offensio quando fuit data ex leui offensione.*

11 *Cautio ex qualitate personæ dicitur leuis, vel grauis, & arbitrio Iudicis etiam relinquitur quæ sit grauis ob fracturam cautionis.*

12 *Iuramento offensi poterit etiam probari grauitas offensionis.*

13 *Cautio rumpitur per leuem offensionem quando verba promissionis sunt prægnantia, & geminata; vt si fuerit dictum non offendere quouis modo &c.*

14 *Contrariam opinionem, quod nec etiam rumpatur cautio per leuem offensionẽ, etiam si in stipulatione adessent dicta verba geminata, & prægnantia tenent ibi Doct.*

QVAMVIS in prima parte de pac. in quæst. 47. multa deduxerim in ista materia leuis offensionis, tamen, vt aliquas speciales authoritates Doctorum in puncto cautionis de non offendendo habeamus, est firmanda conclusio, vt ad pœnam cautionis de non offendendo incurrendam, non sufficiat quælibet leuis, aut modica, vel parua, sed requiratur grauis offensa, vt consultus respondit Marsil. consil. 80. num. 31. sequen.
2 vbi exponendo illa verba in tali cautione apposita non offendere, neque offendi facere, dicit quod important magnam, & grauem offensam, & non leuem, cum verba sint in potiori, & maiori significatu intelligenda l. 1. §. biduum ff. quand. appell. l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectigal. vel emphit. petat. cap. penult de sent. excom. & in fortioribus terminis consuluit Pa-
1 (margin)

rif. consil. 165. num. 14. volum. 4. latissime Herculan. de caut. capit. 27. num. 8. & sequen. & in specie sub num. 13. firmat, quod si statutum dictaret: si quis extraxerit alicui in Palatio sanguinem plectatur pœna manus, non debet intelligi de illo qui percussit aliquem in naso, vnde aliquantulum sanguinis exiuit, & Bertazzol. cons. 147. num. 18. qui cõsuluit in eo, qui cum ense, vel stocho pallium alicuius percusserat, & in cons. 253. num. 3. firmat, quod licet propter minas, secundum aliquos pax rumpatur, non tamen rumpitur hæc promissio: & ab hac sententia neminẽ dissentire testatur idem Herculan. d. c. 25. num. 18. vers. ex quibus omnibus; quo in loco, illam multis argumentis, & rationibus comprobat, & eamdem communem opinionem authoritatibus exornat, & sequitur Mascard. de probat. conclus. 1136. num. 2. 2. volum. 2. Farinacc. quæst. 107. art. 15. Riminald. iun. consil. 61. num. 10. 17. & sequen. vol. 1. Mar. Ant. Maceraten. var. resolu. lib. 3. resol. 31. num. 18. vbi alios allegat.

3 Contrariam opinionem, quod etiam ex leui offensione rumpatur ista cautio de non offendendo, tenuit in terminis Hieron. Grat. consil. 73. num. 5. vol. 2. vt ex proprietate verborum de nõ offendendo, vel offendi faciendo, in minimo verificetur, & late etiam eamdem opinionem tuetur Vulp. in tract. de promiss. quæst. 101. nu. 1. sequen. vbi respondet iuribus, & rationibus adductis per Marsil. in d. cons. 80. sub num. 7. & seqq. & testatur ita pluties Vrbini, Pisauri, & in Prouincia Montis Feretri obtinuisse, dum partes Fisci ratione officij tuebatur, & eamdem opinionem tuetur Bertazz. in cons. 534. num. 7. & seq vol. 1. & sub n. 21. testatur esse veriorem, ac melioribus fulcitam rationibus hanc contrariam opinionem. Farinacc. cons. 31. num. 1. versic. & in præsenti casu, & faciunt pro ista parte ea

te exornat Herculan. in d. cap. 27. nu. 18. in fin. ac late Mascard. de probat. d. concl. 1136. num. 40. referens illud *che dal soggetto, natura, & qualita prender offensa*; Et randem arbitrio Iudicis relinquirur quę grauis offensa dicatur ad fracturam cautionis, vt post Hercu. in tract. de caut. cap. 26. num. 9. Masca. de probat. d. concl. 1136. nu. 5. & quod ex qualitate personarum sit diudicanda grauitas, vel leuitas offensionis Vull. in tract. de promiss. q. 101. nu. 11. Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. quæst. 173. num. 9. & late Bertazzol. cons. 534. nu. 14. seq. vol. 2. qui loquitur in offensione facta cuidam militi, quæ grauis reputari debeat ex quali-
12 tate eius personæ. Et ad maiorem declarationem grauitatis, læsionis, & offensionis, poterit eidem offenso deferri iuramentum iuxta tradita per Bar. in l. maritus num. 4. vbi Apostill. quę concordantes allegat ff. de quæst. facit tex. in §. pęna, & in §. in summa Instit. de iniur. Boss. in tit. de iniur. n. 2. Bertaz. in d. consil. 534. nu. 17. seq. vol. 2.
13 Si vero promissum fuerit non offendere per verba prægnantia, & geminata, vt puta, quoquomodo, & per similia alia verba, per leuem offensionē cautio rupta diceretur, vt in terminis de caut. Hercul. d. capit. 27. num. 25. quia important omnes modos excogitabiles, & omnem modum realem, personalem, directum, & indirectum; & ideo leuis offensa frangeret cautionem vt respondit Grat. cons. 44. nu. 12. lib. 2. in casu, in quo fuerant apposita illa verba: aliqua ratione vel causa, vel modo, &c. quia ista verba verificantur in minimo de eorum proprietate l. si seruū §. Prætor ait, vbi Bar. ff. de acqu. hæred. & hoc etiam modo vel argumento vtuntur Marsil. in consil. 80. nu. 37. & Paris. cons. 165. n. 7. vol. 4. & refert Mascard. in nostris terminis in. d. concl. 1136. n. 16. late Petr. Cabal. in q. crim. cas. 152. n. 17.

14 Contrariam sententiam, quod dicta verba quoquomodo, & alia similia nō alterent naturam promissionis; sed illorum generaliras restringi debeat ad habilitatem secundum subiectam materiam, & sic ad offensam grauem, quæ lædit, vel offendit personam, & non ad offensam leuem, & modicam, quæ non lædit, neque offendit personam, sed restringi ad offensam grauem, quæ venit appellatione offensę, & vt verificentur in potiori, & maiori significatu late in terminis nostris tenet, & prosequitur Mascar. in d. concl. 1136. n. 17. seq. per ea, quę in hac facti specie respondet Marsil. in d. cons. 80. nu. 45. seq. Paris. d. cons. 165. n. 14. & 20. Bertazz. cons. 147. nu. 18. vbi ait, quod talia verba generalia sunt ciuiliter, & rationabiliter interprætanda per Bald. in l. 1. C. de fid. Instrum. & Ias. in l. quicunq. nu. 4. ff. de verb. oblig. & pro vlteriori declaratione istius articuli sunt videnda, ea, quę late posui in d. q. 47. per totam in 1. par. de pac.

Quæst. XLII.

De pluribus quæstionibus, & exceptionibus circa cautionem de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo non rumpitur per adulterium vel stuprum commissa cum mulieribus partis aduersæ.*
2 *Quando causa libidinis, & non animo iniuriandi fuerint commissa.*
3 *In dubio est præsumendum fuisse commissa causa libidinis.*
4 *Quod procedit etiam si fuerint commissa cum muliere vetula, vel turpi.*

Idem

rium in ista materia cautionis de non offendendo.

29 *Mediator inter duos quia dixit vni ne timeas offendi a Titio, & idem dixit alteri si sequatur offensio inter istos duos iste Mediator puniretur.*

QVONIAM in prima parte de pace multa dixi circa fracturam pacis, quæ possunt facillime accomodari ad decisionem in fractura cautionis, & ne eadem in hoc 3. §. referam, & ne omittam hanc materiam, quæ indiuiduo tangunt hanc materiam cautionis de non offendẽdo: ideo breuiter attingam particulares doctrinas tangentes in puncto materiam cautionis.

1 Et in q. 56. in prima par. de pace tetigi an per coitum rumpatur pax: & ideo in terminis cautionis, vt per adulterium commissum cum vxore, sorore, alijs mulieribus partis aduersæ non frangatur ista promissio de non offendendo Bar. in l. verum nu. 4. ff. de furt. vbi testatur ita alias fuisse determinatum Paul. de Castro in l. qui seruum n. 30. vbi Ias. nu. 4. seq. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 113. n. 3. seq. lib. 2. cons. 115. nu. 5. lib. 4. Ludou. Cat. cons. 99. n. 13. tom. 1. crim. diuers. vbi de communi, Melchi. Faccin. in eodem tom. cons. 78. nu. 35. seq. Mantuan. cons. 169. num. 12. vol. 1. Roman. cons. 183. nu. 1. vbi Mandos. testatur de magis communi Nou. in pract. crim. cap. fin. num. 29. 406. & 109. Iul. Ferret. in tract. de fer. nu. 78. seq. Farin. q. 107. n. 227. seqq. Iul. Clar. §. fin. q. 37. vers. sed quid si vnus, Herc. in trac. de caut. c. 17 n. 6. Suarez recep. sentent. in verb. adulterij n. 92. Bertaz. cons. 361. n. 7. seqq. vbi testatur de com muni, & magis communi opinione.

2 Et opinio ista est vera, si causa libidinis, & non animo iniuriandi fuit habita dicta copula carnalis, vt tradunt

3 Doct. in locis supra adductis, & in dubio est pręsumendum quod causa libidinis, & non animo vulciscendi habuerit accessum ad dictam mulierem cum in dubio præsumatur quis velle, vel nõ delinquere, vel minus delinquere Grāmat. decis. 18. n. 5. cons. 13. n. 8. vot. 10. n. 30. Alciat. de pręsump regul. 3. præsump. 1. Decian. resp. 67. nu. 12. seq. vol. 3. Rim. Iun. cons. 743. n. 11. & 26. vol. 7. Farin. cons. 61. n. 12. vers. aut minus, & in nostris terminis Bertazz. in d. cons. 261. n. 9. seq.

4 Et licet soleat reuocari in dubium quando mulier fuerit vetula, vel turpis, vt per Ang. in l. verum ff. de furt. tamen eius opinio non est communiter recepta, vt testatur in puncto Bertazz. in d. cons. 361. n. 9. & maxime quando vir fuerit incitatus ab ea, cum homo non sit adeo pulcher, ac nobilis, vt requisitus a muliere, quamuis turpi, & vilissima, non annuat, vt respondit idem Bertaz. d. cons. 261. n. 13.

5 Idemq. erit dicendum in stupro; vel incestu etiam cum raptu Iacob. Nou. in pract. crim. c. fin. n. 109. Bertazz. in d. cons. 261. n. 8. Hercu. de caut. c. 17. n. 6. seq. late Baiar. q. 47. n. 67. seqq. & ego late dixi in dicta quæstione 56. in prima par. de pace. vbi etiam in indiuiduo tetigi, quid in vitio nephando.

6 Et in quęst. 57. in prima par. tetigi an rumpatur per furtum, & in quęst. 58. etiam tetigi an rumpatur per actus iudiciales, & quicquid ibi dubitetur in pace, in cautione autem est clarum, quod non frangatur per furtum per aliam patrimonij diminutionem, neq. per accusationem, neq. per testificationem, neq. per patrocinium præstitũ, vt post Alex. in cons. 113. lib. 2. Iul. Ferret. in tit. de ferijs nu. 78. 95. 186. 189. Herculan. in tract. de caut. cap. 25. n. 2.

7 Ac etiam in quęst. 59. in d. prima parte tetigi an rumpatur per offensionem factam extra Territorium illius Iudicis, coram quo fuit præstita promissio de non offendendo, & in puncto de cautione loquuntur Hercul. de caut. c.

9.per totum,ac cap.47.num.33.& melius cap.50.nu. 57.& num.69.Baiard. quæst.47.nu.5.& n.68.Hier.de Mont. in quæst.7.n.2.in fine Menoch. de arbitr.caſ.141.lib.2.Vulpell.in tract.de pac.& promiſſ.q.89.per totam, late Maſcard.de probation.concl.1136.n. 8.lib.2. & latiſſime Petr. Caball. in q. crim.caſ.35.nu.1.ſeq.vbi firmant concluſionem, quod promiſſio de non offendendo generalis, & indeterminata extendatur ad alia loca etiam extra ſuam iuriſdictionem, nec in hac materia habeat locum diſpoſitio l.fin.ff. de iuriſd.omn.Iud. vbi allegat Doct. in puncto,quos prius ego adduxi in d.q. 59.in 1.par.

8 Et Alberic.de Roſa.in tract.de ſtatut.lib.2.quęſt.23. late diſputat, an cautio præſtita iuſſu Iudicis de neminem offendendo ſub certa pæna generali,& abſq.aliqua perſonarum,&locorum ſpecificatione intelligatur, reſpectu Territorij Poteſtatis eam exigentis tantum, an vero etiam extendatur ad offenſiones factas in alieno Territorio,& recitatis opinionibus contrarijs & multis hinc inde deductis, tandem, ſub num.7.diſtinguit,aut delictum eſt commiſſum in ſubditum Iuriſdictioni Poteſtatis,qui cautionem recepit, aut in non ſubditum: & primo caſu Poteſtas poteſt exigere cautionem pro cõtrauentione commiſſa extra territorium, quia Tabellio quantum ad ſubditos potuit ſtipulari certis, & incertis perſonis,& vbiq.locorum,ſecundo caſu non poteſt illam exigere,quia non potuit Tabellio alijs extraneis quærere,maxime ſi cautio non habeat loci determinationem, ex veriſimili mente Poteſtatis,& promiſſoris videtur intelligenda de Territorio ipſius Poteſtatis vt etiam refert,& ſequitur Petr.Caba. in d.caſ.35.num.3.

9 Et Poteſtas loci, in quo fuit facta contrauentio poterit illum punire pæna legali,ſeu ordinaria offẽſionis,quia ratione delicti ſortitus eſt ibi forum,& Poteſtas, qui recepit cautionem puniet illum pæna conuentionali, vt determinat Alberic.de Roſa.in d.l.illicitas §.ne potentiores num. 10.verſ.ſed pone,vbi ſubdit non eſſe inconueniens quod ita per duos Iudices puniatur,vt etiam ſequitur Petr. Caball. in d. caſ. 35.nu.2.

10 Hæredes autem nec actiue,nec paſſiue veniunt in promiſſione de non offendendo,vt dixi in q.69.& late in terminis cautionis tradit Hercula. de caut. cap.40.

11 Sed dubitatum fuit ſi fuerit promiſſum etiam pro hęredibus, an hęredes in infinitum compręhendantur,& videbatur primo aſpectu compræhendi omnes hæredes, cum hæres hęredis teſtatoris dicatur hæres, quamuis per longiſſimam ſucceſſionem l.fin. vbi Doct. C.de hæred.inſtit.& Doct.in l.qui per ſucceſſorem de regul. iur. In contrarium autem in puncto cautionis tenet Herculau.de caut.cap.40. nu. 3. quia dum agitur de pęna appellatione hęredis non veniunt omnes Aſcendentes,& ſucceſſores, ſed tantum primus hæres l. mulcta ff. de cond.& demonſtrat. & ego etiam alias ſupra tetigi per l. Boues §.qui ſermonem ff. de verb.ſign.late Seb.Med.in trac.Mors omnia ſoluit concl.51.nu.142.

13 Bene verum eſt,quod in promiſſione facta pro hæredibus de non offendendo,ſi offendatur bonorum poſſeſſor,vel alius hęredi ſubrogatus compræhendatur in iſta cautione de non offendendo, cum bonorum poſſeſſor hæredis loco ſit l.2.ff.de bon. poſſeſ.& æquiparatus, & ſubrogatus bonorum poſſeſſor in locũ hæredis ſit,& in qualibet materia argumentum valeat ab ęquiparatis,& ſubrogatis l.ſi.quis ſeruo C. de furt. cum alijs allegatis per Herc.de caut.c.42.n.16.ſeqq. qui hanc opinionem tuetur. Ego autem contrarium ſentio, cum agatur in propoſito

posito de materia pænali, quæ stricte interpretanda est in qua bonorum possessor appellatione hæredis non continetur Doct. in l. 1. §. bonorum ff. ad Trebell. & in l. primar. Prętor. ff. de regul. iur. & quia etiam superius diximus non venire hæredes hæredis in ista cautione de non offendendo; sed tantum intelligi, & restringi debere ad primum hęredem; quomodo igitur Herculan. vult extendere istam promissionem ad bonorum possessorem, & alios successores, nisi in casu, in quo omnimoda ratio ęquipatationis facta to[d] liter vigeret in ipso subrogato, nec aliqua ratio diuersitatis assignari posset, vt idem sentire videtur Hercula. de caut. in d. cap. 42. num. 17. vers. pręsenti cum vers. seq. vel nisi etiam ageretur non de pęnæ exactione, sed ante fractura m, de intelligentia cautionis, quoad effectum compræhensiuum, vt bonorum possessor intelligatur compræhensus in cautione, vt alias supe-

14 rius dixi: Vel nisi essemus in legatario ex parte ptomittētis, qui nō debet esse melioris conditionis, quam sit hæres institutus l. in omnibus §. non debet l. aliud. §. absurdum ff. de reg. Iur. & cum loco hæredis sit l. ad tempus ff. de vsucapion. vt etiam tenet. Hercul. de caut. capit. 42. num. 17. in fin. & num. 18. seq.

15 Cautio præstita de non offendendo inter inimicos, affines, & attinentes, tam actiue, quam passiue, vsque in tertium gradum secundum ius Canonicum computandum nō compræhendit sponsum, & sponsam, neque eorum affines, vel cōsanguineos, vt post Viui. comm. opinion. 808. num. 41. firmat Baiar. in §. fin. q. 47. nu. 61.

16 Cautio an rumpatur per offensionem, quæ corpus non lædat, vt per vrtatam cubitabilem, per admenationem, vel per alium similem modum Doct. in quæst. 52. in prima par. de pac. adducti late distinguunt, & in specie in cautione de non offendendo etiam distinguitur, si fuerit promissum non offendere personam vel non inferre iniuriam personalem, seu in personam, vt late per Herculan. in tract. de caut. cap. 25. num. 9. sequen. vt offensio in personam dicatur quādo tangitur persona, vt caro, vel res cohęrēs carni inseparabiliter, vt capilli, vel pili, personaliter vero quando tangitur res personę cohærens separabiliter, vt sunt vestes, personę vero offensio fiat etiam per iniuriā, nō tacta carne; Et cautio de non offendendo non rumpatur per cubitalem vrtatam, neq. per admenationem cum armis, baculo, fustibus iactu guanti, vel lapidis, item per assistentiam cum armis, item per consputationem in faciem, vel per tractum de loco ad locum, vel per eleuationem manuum, vt late prosequitur. Herculan. in d. capit. 25. num. 10. & latissime de dictis singulis promissionibus scribit Petr. Caball. in quæst. crimin. cas. 152. per totum, & ibi etiam loquitur de promissione de non offendendo simpliciter, Neque frāgitur per iniuriam verbalem cautio, vel promissio de non offendendo in personam Mascard. de probat. d. conclus. 1136. num. 40. volum. 2. Nec frangitur cautio per ablationem alicuius rei ex manibus aduersarij per violentiam Herculan. de caut. capit. 35. num. 1. vbi subdit magis procedit si attentauerit auferre, nec per conatū ad offensionem, licet peruenerit ad actum proximum non rumpitur cautio, quia aliud est offendere aliud voluisse offendere Hercula. d. c. 35. num. 4. seqq. Secus erit si per vrtatam quis proijceretur in flumen, vel ad lapidem collideretur, vel aliter non modicum dolorem pateretur, vel si datum fui venenum, vel aliqua alia mala potio subministrata fuerit. Herc. de cautione. dicto capitulo vigesimo quinto numero 10. versic. plane, vel si vestes, vel carnem dolose percuteret

cautio frangeretur, vt in percusso sagitta, vel fuste Herc. de caut. c. 26. n. 6. vbi sub n. 9. dicit ex inspectione peritorum testium probabitur si offensio fuerit cum liuore, tumore, vel sanguine vel cutis sciffione, ac etiam argumentis an cum dolore, vt ex clamoribus tempore offẽsionis, ex qualitate percussionis, quantitate; instrumentis, cõditione percutientis, & percussi, & similia, quæ omnia cum iure considerari nõ possint arbitrio Iudicis relinquenda erunt. Bene verum est, ꝙ sufficit vt offensa fiat in qualibet parte corporis vt per Herc. de caut. c. 41. nu. 7. vel si fuerit promissum alicui iniuriam non inferre, quia per offensionem iniuriosam nõ solum factam principali, sed etiam per aliam factam in alios eiusdem familiæ diceretur fracta cautio cum iniuria facta vni de familia, toti familiæ facta dicatur Herc. de caut. cap. 19. num. 4.

17 Et in summa tota ista materia cautionis de non offendendo regulatur a conuentione ipsarum partium, vt in illa veniant personę, quę exprimuntur, & non aliæ, vt late post alios, quos allegat firmat Masca. in d. conc. 1136. n. 39. & n. 40. vol. 2. vbi subdit cum illa distinctione, aut sumus in casu, in quo agitur de delicto iam commisso, & pœna infligenda, aut non commisso, sed de delicto abbreuiando: nam in vno latam, in altero strictam facies interpretationẽ.

18 Promittens pro nominatis, & nominandis nõ tenetur ꝓ adhuc nõ nominatis, etiã si fuerit datũ mandatũ ad nominãdum Rim. Iun. cõs. 299. n. 22. lib. 3. nec talis nominatio trãsit ad hæredes Hercul. de caut. c. 33. n. 12. vt dixi supra in hoc. 3. § in q. 29. in 5. cas. quia promissio de non offendendo non excedit, neque compræhendit alios, quam expressos Herculan. de caut. cap. 19. num. 4. versic. non veniunt. Riminald. Iuni. consil. 470. num. 14. volum. 4.

19 Cautio an rumpatur per offensionem factam fratri, vxori, vel filio, late Herc. de caut. c. 19. & an pręstita pro affinibus compræhendat futuros Hercul. c. 8. n. 3. vers. 4. & an per filios adoptiuos, & spirituales Hercu. c. 33. n. 7. seq. & an per adhęrentes non facta mentione de eis late scripsi in 1. par. de pac. per multas separatas quęstiones.

20 Cautio data in mille de non offendendo excepto Titio, qui solum teneatur in centum, omnes coniuncti per Titium contrauenientes tenerentur in centum, vt è contra ex parte offensi in plus non operabitur coniunctus per offensum, quam ipse offensus operetur, vt per Herc. de caut. ca. 16. nu. 14. vbi tamen subdit, ꝙ si ex altera parte fuerit promissum non offendere in maiori summa, puta in scutis mille, & compręhendatur etiam Titius, si Titius offendatur per principalem promittentem, vel per eius affines, vel consanguineos compræhensos in cautione tenerentur in scutis mille, ne inducta ad fauorem Titij redũdarent in eius odiũ, & ꝙ cautio possit esse inęqualis, vel ratione suspicionis, vel personæ qualitatũ, vel respectu facultatũ, alias dixi in hoc 3. §.

21 Item si Titius promisit, quod ipse nec Caius, nec Sempronius, nec affines sui offendent Seium sub pęna mille, & pro hoc dedit fideiussores in hanc formam se obligarunt, pro quo Titio tales fideiussores dicti fideiussores tenẽtur tãtũ pro offensione facta a Titio, & non pro offensione facta a quocũq. nominato in cõtractu cautionis Marf. sing. 583. Titius fecit: quod dico esse notandum, & sequitur Hercul. de caut. c. 50. num. 2.

22 Item an auxiliatores, & maleficio assistentes, & mandantes fieri delictum teneantur ista pœna conuentionali, late dixi in quęst. 79. in prima part. de pace, & in terminis Herculanus de caut. capit. 26. num. 1. seqq. qui sub nu. 3. in fine firmat, cum hodie communiter in cautionibus huiusmodi apponi consueuit, quod promittatur non offendere per se, vel per alium, vt vigore

istius

istius clausulę mandans pęna conuentionali puniatur.

23 Neq. etiam rumpatur per solum conatum, vel tractatum ad offendendum vel occidendum, vt etiam late dixi in q. 51. in d. 1. par. de pac.

24 Minusq. frangitur per excessum in se defendendo, cum eo casu excedens nō teneatur de facto doloso, sed culposo; & ideo pœna conuentionali non plectitur, vt in terminis tradunt Hercul. de caut. c. 44. num. 13. seq. vbi latissime, & cap. 58. n. 12. seqq. & cap. 50. n. 71. Afflict. decis. 206. nu. 2. vbi Vrsill. in add. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. quæst. 47. nu. 42.

25 Neq. cautio frangitur per illum, qui dixit aduersario suo, tu es fur, & ipsę aduersarius deinde dixit tu mentiris, & postea ille author rixæ statim percusserit cum pugione, vel vulnerauerit quia licet prętendatur, quod fuerit author rixę, tamen non fregit cautionem si fuerit concepta stipulatio per illa verba facto tantum, & in personam, nec vti author rixæ tenetur quoad istam, pœnam conuentionalem de omnibus inde sequutis, sed quoad pœnam legalem tantum, vt in terminis decidit Hercula. in tract. de caut. cap. 47. num. 24. seqq. vbi subdit, nisi tamen ille primus author rixę ex abrupto, nullo subsistente accidenti protulerit contra aduersarium verba illa tu es fur, & sic causa esset affectata, quia tunc author rixę etiam quoad pœnam conuentionalem teneretur de omnibus in rixa sequutis, vt decidit Herculan. in d. cap. 47. num. 36. & sub nu. 27. & dicit in dubio causam affectatam non pręsumi, prout ego latius dixi in 1. par. de pace, & Idem Hercul. in cap. 51. num. 24. vers. casum hunc.

26 Cautio an per offensionem factam cadaueri rumpatur Herculanus de caut. capit. 20. num. 22. sequen. de quo late dixi in prima parte de pace quæstione 69.

27 Promissio de non offendendo non rumpitur per illum, qui primo fuit offensus si reoffendat. Petr. Caball. in q. crim. cas. 101. num. 62. & ego late dixi in 1. par. de pace quęstione. . quia videtur primus offendens se obligare ad pęnam conuentionalē, & quod possit impune offendi Herculan. de caut. cap. 45. num. 4. vers. Quero. & num. 5. seqq. & sub nu. 9. seqq. subdit quia secundus offendens non dicitur delinquere, & sub. numero 7. etiam dicit qui per necessitatem offendit non incedit in pœnam conuentionalem.

28 Cautio de non offendendo an rupta dicatur si non constat quis fuerit rixe author, & in 1. parte de pace in q. 53. disputaui istum articulum ad quem lectorem remitto sed, vt aliquid in terminis cautionis tradam firmatur conclusio, vt ratione incertitudinis nemo

29 puniatur pęna conuentionali, vt in terminis post alios allegat firmat Hercul. de caut. de non offendendo cap. 30. nu. 1. 2. & 3. Ea ratione quia incertitudo operatur, vt nemo condemnetur ne innocens puniatur Marsil. singul. 216. & in rubr. de probat. num. 418. Alex. cons. 15. per totum Dec. & Cagnol. in l. fauorabiliores ff. de regul. iuris Hercul. in d. cap. 30. nu. 4. & adducitur tex. in l. absentem ff. de pœnis gloss. in l. item mela §. sed si seruum ff. ad. l. aquilian.

30 Et huiusmodi conclusio est vera tam quo ad pœnam parti quam quo ad pœnam Fisco applicandam Herculan. de caut. cap. 30. num. 10. & ego dixi in d. q. 53. in num. 7. seq. vbi subsitinui hanc opinionem, & ibi etiam dixi, quod licet ratione incertitudinis rixantes debeant puniri pęna legali, vel statutaria, & idem firmat Hercul. in d. c. 30. nu. 11.

31 Aliqui autem voluerunt esse recurrendum ad pręsumptiones quis fuerit Author rixe, & tunc qui fuerit ex dictis præsumptionibus grauatus, & ille pu-

puniatur d. pęna conuentionali sed, vt dixi in d. q. 53. eorum opinio non adaptatur ad quęstionē nostrā, quia quando constat de authore rixe illle tenetur ad omnibus inde sequutis Marsil. singul. 403. sed casus noster est quando sumus in dubio, & tunc nemo teneatur ad pœnam conuentionalem, vt in terminis declarat. Herculan. de caut. d. cap. 30 num. 6. vbi subdit nec etiam erit casus noster quando constat de fine rixe, quia nos quærimus de priore rumpente cautionem.

32 Et si quis fateretur vulnerasse vel occidisse illum, cum quo cautionem habebat ad suam defensionem sicut non poterit talis confitens puniri pęna ordinaria delicti Menoch. cas. 279. nu. 6. seq. lib. 2. de arbitrarijs Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 3. num. 26. vers. vnum tamen latissime Bertazzol. cons. 27. nu. 1. seqq. vol. 1. ideo nec poterit puniri ista pœna conuentionali cum ad illam infligendam requiratur plena probatio, vt pluries dixi, & tenet Hercu. de caut. c. 30. n. 9.

33 Dictante statuto, quod si quis infra mensem, soluat pęnam legalem vel statutariam non teneatur ad pœnam conuentionalem, si in d. mense integra pęna soluta non fuerit, elapso d. mense delinquens cogeretur soluere etiam pœnam conuentionalem, Herculan. de caut. capitulo 45. num. 15. versiculo Quero.

34 Pœna descendens ex ista promissione de non offendendo quo ad ipsam pœnam iam per contrauentionem alteri cedi potest, secus quoad ius offendendi vel non offendendi, quia illud non potest cedi Alex. in l. si cum dotem col. pen. ff. solut. matrim. & in proposito facit regula illa, quod ea quę non sunt transmissibilia non sunt cessibilia, vt per Doct. in l. ex pluribus, ff. de Administr. tut. & Deci. consil. 443. & consil. 614. Herculan. de caut. capit. 55. nu. 17.

35 Exculpatio offensi quid operetur in ista materia vide Hercu de caut. c. 36. num. 22.

36 Notarius arbitrio Iudicis in ista materia cautionis de non offendendo debet recipere mercedem cum non reperiatur determinata a lege. Herculan. de caut. cap. 36 num. 16.

37 Promissio de non offendendo facta in loco delicti intelligatur in portione fundi. lege locus. ff. de verb. signific.

38 Suspectus de fuga in dando cautionem poterit capi per aduersarios secundum Herculan. de caut. cap. 5. nu. 15. & cap. 42. num. 29. Quod ego nullo modo admitto, propter scandala, quæ possent oriri in ipsa captura, & postea supra videmus in q. 13. quod potius quis timeas offendi a forensi debeat latitare quam per ciuitatem deambulare, quomodo igitur erit committenda captura ipsi aduersario.

39 Mediator inter duos, quia dixit veni ne timeas offendi a Titio, & idem dixi alteri si sequatur offensio inter istos duos mediator puniretur. Hercul. de caut. c. 36. nu. 17.

Quæst. XLIII.

Cautio de non offendendo an frangatur per offensionem factam personis, quæ sunt principium affinitatis, vel consanguinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non est affinis, sed principium affinitatis.*

2 *Mater, vel Pater non dicuntur agnati, vel cognati, sed ascendentes, & idem in filijs.*

3 *Cautio de non offendendo affines, & consanguineos non compræhendit istas perso-*

personas, quæ sunt principium affinitatis, & consanguinitatis secundum vnam opinionem.

4 *Contrariam autem opinionem, quod istæ personæ compræhendantur in cautione tenent ibi Doct.*

5 *Quæ opiniones contrariæ conciliantur per distinctionem.*

6 *Promissio de non offendendo in personis quæ sunt principium consanguinitatis, vel affinitatis.*

7 *Quid si fuerit simpliciter promissum de non offendendo vide ibi.*

8 *Promissio de non offendendo affines, & consanguineos vsq. in tertium gradū, compræhendit dictas personas facientes numerum affinitatis, & consanguinitatis.*

9 *Personæ facientes principium affinitatis, vel consanguinitatis ante fractam cautionem fit interpretatio, vt in ea compræhendantur.*

10 *Filij pacificentis actiue non compræhenduntur in dicta cautione de non offendendo.*

11 *Promissio de non offendendo filium, nepotem, auum, vel nurum, non extenditur ad pronepotem, proauum, vel pronurum, & sic de singulis.*

1 LICET in hac quæstione dici soleat, quod vxor nō sit affinis, sed tantum principium affinitatis gloss. in l. affinitatis C. commun. de successio; & §. affinitatis Instit. de nupt. Bald. in cons. 365. concessa lib. 4. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 39. in fin. Herculan. de caut. capit. 20.
2 num. 13. & in capit. 50. num. 63. prout etiam dicitur de matre, quæ non dicitur cognata, neq. agnata: idem dicitur de Patre; & filio, qui non videntur dici agnati, sed ascēdentes, & descendētes, vt per Doct. in l. fin. de verb. sign. & latissime de his omnibus tradit Cephal. cons. 53. nu. 57. sequen. volum. 1. vbi firmat matrem proprie, & stricte non dici consanguineam, neque propinquam, neq esse proprie cognatam, sed tantummodo prębere causam cognationis; & idem dicit de patre, & filio non esse proprie agnatos, vel cognatos, sed vocari principium agnationis, & proprio nomine vocari ascendentes, & descendentes; idem dicit de vxore non esse affinem proprie, sed
3 principium affinitatis. Ideo in cautione de non offendendo affines, vel consanguineos, non compręhenduntur istæ personæ, cū non sint proprie, neq. affines, neque consanguinei, & in materia pęnali sint verba proprie, & stricte intelligenda, vt late in terminis cautionis post alios, quos allegat firmat Herculan. in tract. de caut. cap. 20. nu. 11. seqq. vbi etiam reprobat contraria, & idem voluit in cap. 50. num. 63. Farinacc. quæst. 107. num. 340. seqq. vbi etiam concordantes allegat Mascard. de probar. conclus. 1136. nu. 40. volum. 2. late Nicol. Moron in tract. de treug. & pac. quęst. 134. fere per totam & præcipue sub nu. 21. vers. teneas tamen Vulpell. in tract. de pac. q. 38. n. 6. sequen. qui proprie loquitur in cautione.
4 Contrariam autem sententiam, quod per offensionem factam, vxori, vel matri, seu filio, vel patri, dicatur pœna commissa tenent in terminis de promissione de non offendendo Alciat. in l. 1. num. 5. in fin. C. de in ius vocan. & in l. 4. §. Cato. num. 2. & num. 19. ff. de verb oblig. & ibi Crot. num. 80. in 2. repetit. Farinacci. d. quęst. 107. num. 338. vbi alios allegat; cum idem sit iudicandū de principio numeri, quod indicatur de ipso numero, & idem iuris sit de principio affinitatis, quod dicitur de affinibus, vt late post alios per eum congestos tradit Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. 21. nu. 7. vbi etiam post Lauren. Valla lib. 1. Dialect. cap. 11. tenet vnum esse numerum, & quia etiam per offensionem factam istis personis competat.

petat actio iniuriarum, marito pro offensione facta vxori, patri pro offensione facta filio: & ideo per offensionem factam vni dicatur etiã alter iniuriatus, vt late post alios, quos allegat, firmat Nicol. Moron. in tract. de pac. q. 134. num. 14. cum plur. seqq. & ex professo hanc opinionem sequitur Vulpel. in tractat. de pace quæstione 38. num. 3. & 4. vbi testatur de veriori opinione.

5 Quæ opiniones contrariè puto posse
6 ad inuicem conciliari, vt si fuerit promissum non offendere in personam, vel personaliter, & tunc non dicatur commissa pæna conuentionalis per offensionem sequutam in personam supradictorum Tiraquell. de leg. connub. glos. 1. num. 67. circa fin. vers. dicit tamen Alciat. qui alios concordantes allegat, & post eosdem Doct. allegatos per Tiraquel. firmat. Farinac. in d. quæst. 107. num. 243. & idem expresse tenet in cautione de non offendendo, quicquid aliter dicatur in pace Vulpell. in tractat. de pace quæst. 38. nu. 5. & Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. q. 134. nu. 15. circa princ. vbi firmat, quia stipulatio in personam non trahitur ad casum fictum.

7 Si vero fuerit promissum simpliciter non offendere Vulpell. in tract. de pac. in d. quæst. 38. num. 6. in terminis cautionis, quicquid aliter de pace sentiat, tenet partem negatiuam, pænam conuentionalem non esse commissam, & Farinacc. in d. quæst. 107. nu. 344. post Moron. de treug. & pac. in quæst. 21. videtur annuere an offensio fuerit facta vxori, vel filio ex causa præcedentis inimicitiæ, propter quam fuit data promissio de non offendendo, & tunc pæna committatur, secus si ex alia causa, & in hac etiam sententia videtur esse Herculan. in tract. de caut. cap. 20. nu. 14. & cap. 50. num. 63. dum firmat prædictas personas non comprehendi in cautione de non offendendo ex vi, vel ex proprietate verborum, nisi veniant ex alio capite, & sic ex ratione præcedentis inimicitiæ, pro qua fuit præstita cautio.

8 Si vero promissio fuit facta de non offendendo consanguineos, vel affines, prout in statu Ecclesiastico fieri solet vsq. in tertium gradum inclusiue secundum ius Canonicum computandum, credo omnino istas personas, licet faciant principium affinitatis, vel consanguinitatis, comprehendi in dicta promissione, quæ est fundata super tutela affinium, & consanguineorum vsque ad illum gradum respectu affectionis, & nulla maior affectio sit illa, quæ viget inter patrem, & filium. l. isti quidem ff. de eo, quod met. caus. & vxorẽ, & maritum iuxta illud: omnis amor magnus, sed aperte in coniuge maior, & iuxta illud Diui Pauli: relinques patrem, & matrem, & adhærebis vxori tuæ. Herculan. de caut. cap. 20. nu. 16. vbi loquitur quando fuit promissum non offendere tam masculos, quam fœminas: ideo existo cap. per offensam factam eisdem personis cautio fracta dicatur, prout non dissentit Herculan. de caut. in d. cap. 50. num. 63. vers. certe, vbi testatur magis ex ratione, quam verbis promissionem de non offendendo amplecti personas præfatas, & sic ex ratione affectionis, & charitatis, licet deinde subdat, quod totum relinquendum sit arbitrio Iudicis.

9 Si vero ageretur nõ de contrauentione iam facta, sed de cautione danda, ac de interpretatione an personæ præfatæ comprehendantur in dicta cautione, non est dubium, quod fieri debeat interpretatio in quocunq. casu personas præfatas comprehendi per ea, quæ late tradit Mascar. de prob. concl. 1136. nu. 12. seq. & dixi late in hoc 3. §. q. 2. nu. 1. seqq.

10 Bene verum est, quod in ista promissione de non offendendo actiue filij paciscentis non comprehenduntur, vt si

si filius alterum paciscentem offenderit, pater promittens non teneatur ad pœnam, nisi fuerit particeps, & culpabilis in delicto, & prohibere potuerit, & non prohibuerit. Farinacc. in d. q. 107. num. 345. ex traditis per Nicol. Moron. in tract. de treug. & pac. 138. & Vulpell. in tract. de pac. q. 39. simpliciter tenet, quod per offensionem factam a filio paciscentis, non censeatur rupta pax.

11 Ac etiam si fuerit promissum non offendere filium, vel nepotem, vel auum, vel nurum, in ista cautione de non offendendo non extenditur ad pronepotem, pro auum, vel pronurum, & sic de singulis, cum sit materia odiosa, & appellatione filij non veniat nepos, nec pronepos, & sic etiam de singulis Herculan. de caut. d. cap. 20. num. 19. sequen. ex traditis per Deci. cons. 288. num. 12. Soccin. Iun. cons. 144. nu. 74. lib. 3. & per alios Doctores per eum ibi allegatos.

Quæst. XLIV.

Cautio de non offendendo an dicatur rupta per offensionem factam vtero, seu posthumo.

SVMMARIVM.

1 *Posthumus compræhenditur in cautione de non offendendo secundum vnam opinionem.*

2 *Posthumus habetur pro nato quando agitur de eius commodo.*

3 *Decedens vxore sua prægnante non dicitur decedere sine liberis.*

4 *Posthumum occidens tenetur pæna mortis, & pater, & mater dicuntur committere parricidium.*

5 *Posthumus occisus monstruosus, dummodo in substantia habeat formam hominis operatur, vt homicidia teneatur pæna mortis, secus si haberet formam animalis bruti.*

6 *Cautio de non offendendo rumpitur per offensionem factam posthumo, vt in dictis num. 1. 2. seqq.*

7 *Contrariam opinionem, vt posthumus non compræhendatur in cautione de non offendendo tenent ibi Doctores.*

8 *Quæ opinio maxime procedit quando fœtus offensus non esset animatus.*

9 *Fœtus in quanto tempore dicatur animatus tradunt ibi Doct.*

10 *Author tenet primam opinionem, vt per offensionem factam posthumo animato rumpatur cautio.*

11 *Maxime si fuerit offensus posthumus animo, vt abortus sequeretur.*

12 *Ac etiam maxime procedit quando mater assumpsit medicamenta contemplatione illorum, qui succedere debent, si fętus decedat.*

13 *Mater, & dantes medicamenta in isto casu incidunt in crimen assassinij.*

14 *Author confutat contraria adducta per Doct. pro opinione negatiua.*

1 In promissione de non offendendo Caium, & eius consanguineos, seu affines, si occidatur fœtus, qui in vtero fertur, qui sit eius consanguineus, vel affinis, pęna commissa dicitur, cum ista promissio, 2 tendat in commodum, & vtilitatem posthumi, & ideo pro nato censendus erit l. qui in vtero ff. de stat. homin. Tiraquell. de retract. §. 1. in gloss. 75. & in l. si vnquam in verb. susceperit nu. 123. C. de reuocan. donat. & in tract. de nobilit. n. 45. & facit regula in l. si 3 quis pręgnantem ff. de regul. iur. vt sine liberis decedere non dicatur, qui vxorem pręgnantem reliquit, & in terminis cautionis ita dicit Herculan. In tract. de caut cap. 20. num. 1. 2. 3. & facit

4 cit,quod extraneus occidens posthumum teneatur pœna mortis, & pater, vel mater teneantur pœna parricidij l. quis aliquid §.abortionis ff. de pœn.l. penult. C. de Sicar. & vtrobiq. Doct. communiter,vt testatur Ant. Gomez. tit.de delict.cap.3.num.32.in princ.& latissime Farinac.quęst.122.num.134. vbi alios infinitos tenentes hanc opinionem cumulauit, etiam testantes de communi,& magis communi. Et in Statu Ecclesiastico adest Bulla Sixti V.in ordine 23.par. 2. quę postea fuit reducta ad viam iuris per Gregorium XIV.Kalend.Iunij 1591.&adsunt bannimenta generalia status Ecclesiastici ædita de anno 1599.num. 66. Et erit
5 idem dicendum si posthumus occisus fuisset monstruosus,qui esset tamen in forma humana, sed careret brachio, manu,pede, vel alio membro, vel habeat plura brachia,vel pedes,vel digitos;quia tota virtus,essentia, vel substantia hominis dependet ab anima,
6 & spiritu; secus si non habuisset formam humanam, quia haberet caput animalis bruti,vel quid simile, quia homicida non puniretur pœna mortis secundum communem opinionem attestatam,& declaratam per Ant. Gomez. in d tit.de delict.c.3.n.1.in fin.& n.32. vers. 2.extende.

7 Altera fuit opinio,vt per offensionē factam posthumo non dicatur rupta cautio de non offendendo consanguineum,vel affinem, vt in terminis tenet Herculan.de caut.d.cap.20.num.4. & 5.licet dicat quęstionem istam maximam habere difficultatem, & vidisse aliter fuisse consultum, tamen residet in ista opinione, vt per offensionem factam posthumo non rumpatur ista promissio de non offendendo, & eamdem opinionem tenet Farinacc. in quęstione 107 num. 333. per doctrinam Riminald. Iuni. consil. 101. num. 2. lib. 1.&Bertazz.cons.30.nu.9. lib.1.& cons.282.n.1.in fi.& n. 6.seqq.vol.2.

8 Quæ opinio Herculan.d.cap.20.nu. 4.& Farinacc.in d.q.107.num.33.magis procedere dicitur,si partus in vtero existens fuerit offensus ante animam ei infusam, quia isto casu causam præbens abortui non punitur pœna mortis,sed alia arbitraria l.mulierem ff.de sicar.l.Cicero §.1.ff.de pœn. late Ant. Gomez.tit.de delict.c.3.num.32.circa princ.& post alios fere infinitos, quos allegat Farinac.quæst.122.num.137. & Gomez vbi supra post Aristot. lib. 7.de hist.anim.cap.3.& Auicenn.cap. 9.de animal.& Sanct.Augu$t.in quęst. suis quæst.54.dicit animam posthumo esse infusam in masculo post quadraginta,in femina post nonaginta dies, de quo tamen vide latissime Farinacc.d. quęst.122.num.139.seqq.sed in dubio non præsumitur animatus,vt sit facienda interpretatio ad exclusionem delicti; Ant.Gomez d.c.3.n.32.in fi.Farin. d.quæst.122.num. 138. Baiard. §.fin. quęst.68. num. 9. versic. item adde quod.

9 Sed ego valde dubito de ista contraria opinione,cum ille, qui abortum procurauit,& offendit posthumum,pœna mortis naturalis puniatur.Bonifac. Vitalin.in rubr.de homicid. sub num. 4.Petr.a Plach.Epithom.delict.lib. 1. cap.20.num.5 & cap.26. num. 8. Iul. Clar.q.68.vers.abortum, vbi de communi,Thesaur.decis.12.num.1. & nu. 4.Andr.Fachin.controuers. Iur. lib.3. cap.100.vbi admittit hanc opinionem de iure Canonico Farinac.quæst.122. num.134. vbi plures alios allegat etiam testantes de communi, licet sub nu.135.referat etiam Doctores tenentes contrariam opinionem.

10 Eoq.magis procederet affirmatiua opinio,vt pœna mortis puniatur,quando quis percussit animo & intentione,vt ex percussione abortus sequeretur Alberic.in 3.par statut.quæst.59 num.6. vbi post multa distinguit tres casus, quos refert etiam Farinacci. in dicta

quæ.

quęstione. 122. num. 151.

11 Ac etiam maxime procederet in muliere, quæ abortum fecit, propter pęcuniam assumptis medicamentis, substitutorum suasionibus, qui, si partus in lucem venisset, exclusi fuissent Marsil. in l. si mulierem num. 2. versic. istud tamen ff. de sicar. Iodoch. in pract. crimi.

12 cap. 83. rubr. de assasin. vbi firmat, tam in dante pęcuniam, quam in recipiente isto casu induci crimen assasinij Farin. quæst. 122. num. 155. sequen. vbi concordantes allegat Decia. in tract. crim. lib. 9. c. 9. sub n. 73. Thesaur. decis. 12. n. 13. in fi. Baiar. §. fi. q. 68. nu. 4. vbi de communi.

13 Et ideo arbitror, vt per abortum in fętu animato percutiens, vel offendens incidat etiam in pænam conuentionalem, cum vbi datur dolos, & pæna ordinaria delicti, ibi etiam detur pæna conuentionalis, vt dixi supra in hoc 3. §. de caut. Nec obstat quod Hercula. in d. cap. 20. nu. 5. se fundet in illa ratione, quod dictante statuto, quod occidens pæna mortis puniatur, hoc non habeat locum in occidente fętum; quia Doctores contrarium tenent quando fætus fuerat animatus, cum tunc percutiens, & abortum procurans dicatur ... homicida, vt superius in terminis Doctores adduxi, ac etiam tenet Farinacc. in d. quæst. 122. num. 13. & num. 65. Minus obstat quod Bertazzi & Rim. Iun. allegati per Farinacc. in d. quęst. 107. num. 333. in locis per me superius allegatis contrarium sentire videantur, quia, ibi, loquuntur, quando agitur de eorum damno, vel præiudicio, vt non compræhendantur in promissione isti posthumi, agnati, vel consanguinei de futuro, & non existentes tempore promissionis: secus est dicendum in casu nostro cum agatur de eorum commodo, vtilitate, & fauore, ne offendantur, vt haberi debeant pro natis, iuxta tex. in d. l. qui in vtero ff. de stat. homi. nec ipsi met Rim. Iun. & Bertazz. ibi hoc negant, sed firmant, vt habeantur pro natis quando tractatur de eorum commodo.

14 Eoque magis erit vera opinio affirmatiua, si partes ad inuicem promiserint sub certa pœna de non offendendo se, eorum filios, nepotes, ascendentes, agnatos, cognatos, consanguineos, affines, & attinentes, vsq. ad certum gradum per verba generalia, ampla, & geminata, vt puta non offendere, molestare, inquietare, damnificare, nec offendi, molestari, aut damnificari facere quomodocunq. qualitercunque, & ex quacunq. causa, tam cogitata, quam incogitata, quam incogitata, vt late tuetur Rim. Iun. d. cons. 101. n. 18. vers. quibus tamen, & n. 9. seq. & ibi respondet ad contraria.

Quæst. XLV.

Cautio an rumpatur per offensionem factam per compræhensos in ea ante illorum ratificationem.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, vel alia persona hodie stipulans ad fauorem alterius, cuius interest, ei ius acquiritur.*

2 *Cautio rumpitur per offensionem factam per compręhensos in ea secundum vnam opinionem, ante illorum ratificationem.*

3 *Contrariam opinionem tenent alij Doctores.*

4 *Cautio recepta per Notarium ante ratificationem pro quibus fuit facta pro missiuo, non potest reuocari per principalem promittentem.*

5 *Ratificatio requiritur quoad vtilitatem*

tem ratificationis, secus quoad principalem promittentem.

6 *Ratificatio fieri potest per Tutores, & Curatores, secus per negociorum gestores.*

7 *Fiscus an teneatur ratificare cautionis præstitas per partes.*

1 De ista quæstione ego late dixi in questione 81. in prima par. de pace. Ideo breuiter attingam, & referam authoritates in pũcto loquentes de cautione de non offendendo, & Hercul. de caut. c. 15. n. 5. & 6. primo loco dicit entrare communem opinionem hodie per notarium, aliamue personam alteri stipulantem acquiri ius his, quorum interest, & ibi concordantes sub num. 5. allegat, & in fine etiam subdit, quod si expectaretur ratificatio non committeretur pęnalis promissio, cum homines, aut alijs negocijs impediti, aut etiam nolentes nunquam ratificarent promissionem, & eamdem opinionem totis viribus tuetur Marf. in cõs. 9. n. 48. ac Hie. de Mõt. in q. 25. n. 18. seq. & in contingentia facti tenuit Bertaz. in cons. 149. n. 3. & n. 23. in fin.

3 Alij autem contrariam opinionem tuentur, vt non prius consanguinei incidant in pęnam, nisi sequuta ratificatione Dyn. in l. fi. in 1. q. C. ad. Maced. Dec. in l. contractus n. 13. & 17. & in l. semper qui non prohibet n. 12. de reg. iur. Gozzadin. cons. 31. n. 9. Marf. sing. 337. Paris. cons. 12. nu. 110. lib. 2. cons. 12. nu. 17. lib. 4. Rim. Iun. cons. 101. nu. 8. seqq. Hond. cons. 92. n. 1. & nu. 9. lib. 1. Masca. de prob. concl. 1136. n. 25. vol. 2. vbi alios allegat. Hercu. de caut. d. c. 15. n. 6. vbi subdit, & in tantum est vera huiusmodi opinio, vt fieri debeat ratificatio re integra, & antequam fiat contrauentio, nec retrotrahatur, in præiudicium tertij, vt late post alios concordantes quos allegat Masc. de prob. d. concl. 1136. n. 26. & idẽ Hercul. in d. c. 15. sub nu. 12. vbi etiam dicit, quod tale ius ratificandi non transit ad hæredes, & sub n. 7. etiam dicit, quod licet ius acquiratur etiam absenti per quãlibet personam stipulantem pro eo, hoc est verum præsuppositis terminis habilibus, nempe secuta ratificatione: & idem dicit esse in Sacerdote, cui quis confitetur peccata sua, vt possit absenti acquirere. Alex. cons. 131. col. 4. Iul. Ferrett. de ferijs nu. 48. intelligitur tamen dummodo sequatur ratificatio. Hercul. d. c. 15. n. 9. circa medium: sed quando, & quomodo inducatur ratificatio, & de alijs pro ista q. vide quæ late dixi in d. q. 81. in 1. par. Bene verũ est, quod absenti ius quæritur in ista materia cautionis de non offendendo, mediante tamen nuncio, procuratore, notario, & negociorum gestore in foro fori, vt post Iul. Ferret. tit. de fer. n. 106. tradit Herc. de caut. c. 15. n. 7. de quo etiam late dixi in 1. par. de pac.

4 Sed ante illorum ratificationem principalis promittens non poterit dictam cautionem receptam per notarium reuocare. Hercul. de caut. c. 15. num. 11.

5 Et est verũ, vt requiratur ratificatio, quoad vtilitatẽ ratificãtis, si aliqua vtilitas adesse possit, secus quoad ipsum stipulantem, quia non requiritur alia ratificatio, cum illius intersit illum nõ offendi, & ne causa sua deterior efficiatur. Hercu. de caut. c. 15. n. 9. in fi. Rim. Iun. cons. 102. nu. 10. seq. vol. 1. de quo vide latissime in d. q. 81.

6 Quæ ratificatio fieri potest etiam per Tutores, & Curatores, vt firmat Herc. d. c. 15. n. 9. ubi subdit licet secus fit in negociorum gestare.

7 Sed quid in Fisco an requiratur ratificatio ante fracturam Hercu. de caut. c. 35. nu. 17. seq. dicit requiri licet non seruetur de consuetudine per Corn. in cons. 40. in l. N. lib. 2. prout ego nũquam vidi fieri tales ratificationes per procuratores Fiscales.

Quęst.

Quæst. XLVI.

An per pactum, vel statutum possit tolli, vt non allegetur noua causa ad euitandam fracturam cautionis: limitationes, & restrictiones ad Bullam Pij IV. & Pij. V.

SVMMARIVM.

1 *Causa noua per statutum, vel Bullas, ac per pactum potest tolli, vt non allegetur in fractione cautionis.*
2 *Bullę* Pij *IV. & Pij V. recipiunt circa allegationem nouæ causæ plures limitationes, & restrictiones.*
4 *Bulla Pij V. loquitur data contrauentione, quæ verba important conditionem, & vt contrauentum fuerit ex alia causa, quam ex antiqua.*
4 *Constitutio præsupponens qualitatem, & conditionem, & excludens omnes exceptiones non censetur excludere illã, per quã dicitur qualitas requisita deficere.*
5 *Qualitas a quacunq. dispositione requisita ante omnia est probanda.*
6. *Bulla Pij V. restringitur ad illam causam pro qua fuit præstita cautio.*
7 *Exceptio, quę venit ex natura Contractus nõ dicit sublata per Bullã* Pij *V.*
8 *Exceptio, quæ venit ex natura subiectæ materiæ non dicitur sublata per statutum.*
9 *Bulla* Pij *5. tollit exceptiones friuolas, & cauillosas, & non legitimas, & iustas.*
10 *Bulla Pij V. non tollit vt non possit allegari, vt cautio non dicatur rupta per leuem offensam.*
11 *Bulla* Pij *V. tollit, vt non allegetur noua causa adminiculata a causa veteri secus si fuerit separata ab ea.*
12 *Bulla* Pij *V. restringitur ad principales promittentes, secus quoad alios comprehensos, vt allegari non possit noua causa.*
13 *Bulla Pij 5. nõ tollit nouam causam per Curiam in actis probata etiam, quoad principales paciscentes.*
14 *Bulla Pij V. vt possit agi ex sententia contumaciali lata contra principalem an extendatur ad damna expensas, & interesse.*
15 *Bulla* Pij *5. an procedat contra plures assistentes delicto, & non constiterit quis eorum vulnerauerit.*
16 *Bulla* Pij *5. an procedat quando pœna applicatur parti.*
17 *Bulla* Pij *V. non procedit circa ea, quæ sunt iuris, sed circa ea, quæ sunt facti, & ibi ponitur exemplum in offensione facta a bannito, vt non dicatur, fracta fideiussio.*

1 INhęrendo his, quæ late dixi circa istam quæstionem in 1. par. de pace q. 46. vbi firmaui conclusionem, quod per pactum, per leges, per Constitutiones, ac per statuta disponi possit, vt noua causa allegari non possit per contrauenientem & in specie ita fuisse procisum in statu Ecclesiastico per Bullas Pij 4. & Pij 5. sed exigi possit a fideiussoribus pęna cõuentionalis, nulla penitus exceptione, vel excusatione admissa Hercul. in
2 tract. de caut. c. 51. n. 1. seqq. tamen Bullæ prefatę recipiunt plures restrictiones intelligentias, ac limitationes.
3 Et prima erit, quod d. Bulla Pij V. in specie loquatur conditionaliter videlicet data contrauentione; quæ verba cõditionem importent l. acceptis nummis ff. ad l. Falcid. Rolan cons. 63. num. 37. seq. lib. 4. Osasch. decis. 145. nu. 6. & ob id si fuerit contrauentum cautioni ex alia causa, quam ex ea, pro qua fuerit prestita, non dicitur verificata conditio; ergo etiam deficit dispositio constitutionis l. si quis sub conditione ff. si quis omiss. caus. testan. l. legata sub conditione ff. de condit. & demonstrat. &
4 quando constitutio, præsupposita ali-

qua qualitate, vel conditione, excludit oẽs exceptiones, nõ cenſentur excluſæ illæ, per quas dicitur, qualitatẽ requiſitã deficere. Bar. in l. 1. §. & parũ ſub n. 3. ff. quod vi. & clam. Abb. in c. cũ quis nu. 6. & ibi Bero. n. 10. & nu. 27. de reſtit. ſpoliat. cum alijs per Aſin. in prax. §. 31. c. 21. nu. 1. & ſeq. & per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 48. nu. 1.

5 Qualitas enim requiſita a quacunque diſpoſitione hominis, legis, aut ſtatuti in primis, & ante omnia probanda eſt, & ea nõ probata, diſpoſitio ceſſat. Iul. Clar. §. fin. q. 85. verſ. vbi agitur, Burſat. conſ. 346. num. 22. in fine lib. 4. Farinacc. conſ. 62. nu. 7.

6 Secunda erit, vt licet per dictam Bullam Pij V. tollantur omnes exceptiones, tamen cum omnis promiſsio de ſui natura cenſeatur tacite ad cauſam, pro qua fuit promiſſum, & non ad aliã reſtricta. Feli. in c. ſi cautio n. 17. de fid. inſtrum. Roman. in l. generaliter ſub n. 8. ff. de ver. obl. Ceph. cõſ. 156. ſeq. lib. 2

7 & cõſ. 662. n. 6. li. 1. Ideo exceptio, quæ venit ex natura contractus, illiq. inſunt tacite, ſiue expræſſe nõ cenſetur ſublata per ſtatutum, Alex. cõſ. 119. n. 2. lib. 1 Deci. in c. ex parte. el 2. & nu. 57. & ibi Feli. verſ. 10. fallit de offic. delegat. Ant. de Canar. in tract. de execut. inſtrum. q. 26. n. 56. Aſin. in d. pract. d. §.

8 31. n. 30. Minuſq. cenſetur ſublata exceptio, quę venit ex natura ſubiectæ materię. Bal. in authen. pręſente poſt princ. C. de fideiuſſ. Bero. in c. item cũ quis n. 32. extra de reſtit. ſpoliat. Aſin. d. §. 31. c. 29. Farin. d. conſ. 62 n. 8.

9 Tertia erit, vt non tollat exceptiones legitimas, & iuſtas, ſed tantum friuolas & cauillosas. Bero. in d. c. item cum quis n. 23. Ant. de Canar. in trac. de execut. inſtrum. q. 1. n. 1. Quod maxime eſt dicendum in caſu d. Bullæ, in cuins præfatione expræſſe dicitur eam conditam ad obuiandũ cauillationibus, quas ad ſolutiones pęnarũ effugiendas hominũ malitia in dies excogitat, & præfatio mentem conſtituentis declarat ab ſubſequentẽ diſpoſitionem reſtringit. Roland. conſ. 86. n. 51. lib. 1. Oſaſch. deciſ. 52. nu. 10. ſeq. & deciſ. 59. nu. 5. & ſeq. prout in terminis Bullę Pij 4. declarat Hercul. de caut. c. 13. n. 5. in 2. declar. & c. 51. n. 20. ſeqq. Bertaz. conſ. 4. n. 10. Maſca. de prob. lib. 3. concl. 1157. n. 1. ſeq. Farin. conſ. 61. nu. 9. & in q. 107. nu. 499. ſeq. & in terminis d. Bullæ tradit etiam Hortenſ. Vernat. in ſuo conſ. ad fauorem Ciuit. Peruſię. n. 234. in princ. vbi alios concordãtes allegat, & ego late dixi in d. quęſt. 46. in 1. par. de pac.

10 Quarta erit etiam ex natura eiuſdẽ contractus, vt ſi ageretur de leui, vel modica offenſione, per quam non frangitur promiſſio de non offendendo, vt late ſuperius dixi; ideo aduerſus dictam Bullam Pij Quinti poterit allegari per fideiuſſore modicitas, vel leuitas offenſæ, vt in terminis tradit Marius Ant. Macerat. var. reſolu. lib. 3. reſol. 31. n. 12. in fin.

11 Quinta erit, vt Bulla præfata intelligatur quando allegatur noua cauſa, corroborata, vel adminiculata ex cauſa veteri; ſecus ſi cauſa fuerit ſimplex, & ſeparata a veteri, quia illa allegatur & excuſat principalẽ. Herc. de caut. c. 13. n. 3. vbi concordantes allegat, Mar. Anr. Macer. d. reſol. 31. n. 13. in prin.

12 Sexta erit, vt Bulla prefata reſtringatur ad principales promittentes, ſecus quoad alios cõpræhenſos, vt aperte legitur in d. Bulla verſ. ſi vero ſupradicti principales, & expræſſe declarat. Hercul. de caut. c. 13. n. 5. & c. 28. nu. 7. Maſca. de prob. concl. 1157. n. 56. Ferr. conſ. 56. nu. 12. vol. 2. Farinacc. q. 107. nu. 515. Honded. conſ. 97. nu. 37. vol. 1. Mar. Ant. Macerat. d. reſolut. 31. nu. 13. verſ. tunc, quia. Hort. Vernat. in conſ. ad fauorẽ Ciuitat. Peruſię n. 234. in fi.

13 Septima erit, vt in principalibus ꝓmittentibus noua cauſa allegari, ac deduci nõ poſsit, intelligãtur, ſi voluerint illã probare: ſecus ſi Fiſcus, vel Iudex in fabri-

fabricatione processus offensiui per testes pro informatione Curiç examinatos probauerint nouam causam;& tunc etiam principales promittentes excusarentur,cum tunc,non dicatur allegari noua causa,sed iã probata deduci ante oculos Iudicis,qui debet secundum allegata,& iam deducta,& probata iudicare l. illicitas §. veritas de offic. Procons.Mars.sing. 266.Magon.decis.Lucen.39 num. 19. & ideo suffragabitur dicta causa iam probata etiam principalibus paciscentibus,vt late dixi in d.q.46.in prima par.de pac.sub num. 6. & ita passim hic in Curia obseruatur.

14 Octaua erit, vt vigore dictæ extrauagantis Pij V.licet sufficiat sententia contra principalem etiam in contumaciam, vt possit agi pro pœna contra fideiussores,intelligi debet,quoad pęnã tantum,& non quoad damna, & interesse,de quibus nõ loquitur dictus Motus proprius,quia tanquam pęnalis,& simul correctorius extendi non debet etiam ex eadem ratione expræssa,vt late prosequitur in terminis dictæ Bullæ Flam. Cart. in tract. de exequut. sent. c.1.nu.315.cum plur. seq. & sub num. 330. vbi in specie dicit vigore illius Bullç non venire damna,& interesse,& adducit Hercul.de caut.cap.13.nu.5. vers. 3. declaratio Tob.Non. cons.102. n.5.& quia statutum loquens de pœnã nõ habet locũ in damno Rip. in l. 3.n. 11.ff. de damn.infect.ac loquens de damnis nõ habet locũ in expensis Rip. in d.l.3.nu.8. 9.10.& in terminis dicti motus proprij, simile decretum, similemq. Constitutionẽ ita restringit Bertazz.cons.18.num.15.seq.lib.1. Flam. Cart.d.c.1.n.330.seq.& nu. 394. seq. sed Baiar.ad Iul.Clar.q.2.nu.12.seqq. reprobat Flam. Cart. per rationes per eum ibi adductas de quibus ego alias superius dixi.

15 Nona erit declaratio desumpta ex Gerat.Maz.in cons.51.n.75.seqq.vbi voluit simile decretũ non procedere quãdo plures astitissent delicto principaliter,& non constaret a quo vulnus datum esset,vel aliud delictum esset commissum,& patratum, vt tunc ratione incertitudinis dispositio statuti Ciuitatis Regij non procedat:quod statutũ est conforme dictę extrauaganti Pij V. ex qua declaratione possumus dicere; licere fideiussoribus allegare,nõ esse locũ pœnæ conuentionalis exactioni ratione incertitudinis.Quã declarationẽ minime ad dictam extrauagantem admittit.Flam.Cart.in d.c.1.n. 33. vers. prout etiã,vbi dicit,ꝙ Gerar.Mazz.respicit tantummodo corticẽ verborum, Cõstitutionis,& ꝙ eius cõsideratio nimis subtilis sit,& ꝙ omnino dispositio d. Bullæ etiã in proposito verificetur.

16 Decima erit, quod dicti fideiussores vigore dictę extrauagãtis nõ teneantur ad solutionẽ pęnę applicandæ parti obseruanti,sed tantummodo procedat quoad pœnam Fisco applicandã,vt late tuetur Flamin.Cart.in d. tract.de exequut.sent.ca.pto bannito c.1.n.396. seqq.per rationes per eum ibi allegatas,& post Tob.Non. cons.110. nu.9. Farin. q.107.n.517.Sed Baiar.in d.q. 2. n. 12. seqq. tenet contrarium.

17 Vndecima erit declaratio,vt d.Bulla non operetur nec etiã in præiudiciũ fideiussorũ circa ea,quæ sunt iuris; sed tantummodo circa ea, quæ sunt facti Paul.de Castr.cons.3.n.9.vol.3.vbi disponit,ꝙ si occisus fuerit bannitus,vel ille,qui poterat vigore statuti impune offendi,contumacia,non tollit quin allegari non possit impunitas delicti,&late Flam.Cart.in d.c.1.n.401.cum pluribus seqq.& late etiam Bonbin.cons.8. n.22.Et ideo fideiussor poterit se tueri ex isto capite,quod fideiussio de non offendendo non fuerit fracta per offensam sequutam in personam dicti banniti, qui vigore statuti poterat impune offendi, prout late dixi in prima parte de pace quæstione.61.

Duodecima erit declaratio, vt non procedat in terris mediate subiectis Ecclesiæ, & illis quorum gubernium, & administrationem Ecclesia a se abdicauit Vulpell. resp. 2. nu. 40. & resp. 3. nu. 21. Farin. q. 108. n. 516. vbi tamen se remittit ad Rim. Iun. cons. 300. n. 1. in fin. & n. 5. & nu. 13. lib. 3.

Quæst. XLVII.

Accusatio an requiratur in materia cautionis de non offendendo, & qui admittatur ad accusandum.

SVMMARIVM.

1 *Accusare potest quilibet de populo in cautione de non offendendo.*

2 *Quilibet admittitur ad accusandum in publicis delictis.*

3 *Quilibet admittitur ad accusandum in delictis priuatis quando pœna applicatur Fisco.*

4 *Iudex nemine querelante non potest procedere in causa criminali.*

5 *Inquisitio est remedium extraordinarium.*

6 *Limita de consuetudine, quia dicitur remedium ordinarium sicuti ipsa accusatio.*

7 *Et maxime in terris Ecclesiæ de iure Canonico.*

8 *Iudex per inquisitionem in pœna conuentionali de non offendendo potest procedere nemine querelante, vbi late.*

9 *Practica autem in statu Ecclesiastico, & in Vrbe que sit in procedendo contra fideiussores de non offendendo vide ibi.*

1 IN materia fractæ cautionis de non offendendo quilibet de populo admittitur ad accusandum, vt in terminis firmat Herculan. de caution. capit. 10. num. 7. per ea, quæ tradit Iul. Ferrer. in tract. de re mil. ric. de ferijs num. 123. qui vere loquitur in fractura pacis 2 & non in fractura cautionis de non offendendo, nimirum quia in publicis delictis quilibet admittitur ad accusandũ qui expræsse non reperitur prohibitus Hostie. in summ. de accus. §. quis possit in princ. Ant. Gomez tit. de delict. c. 1. num. 4. & num. 31. Farinace. quæst. 12. num. 8. vbi de communi, Iul. Cla. §. fin. 3 quæst. 14. in prin. & in delictis priuatis quando agitur de pœna applicãda Fisco etiam quilibet admittitur, ad accusandũ, etiã quod suam, vel suorũ iniuriam non prosequatur, secũdum magis communem opinionem attestatam per Iul. Clar. in §. fin. q. 17. vers. sed quid si ꝑ aliquo, quã sequitur post alios, quos allegat idẽ Farin. in d. q. 12. n. 9. Secus igitur erit dicendũ quãdo pœna nõ applicaretur Fisco sed parti obseruanti, quia nõ admitteretur ad accusandum qui suã, vel suorũ iniuriã ꝑsequeretur.

4 Sed an Iudex possit in ea procedere ex officio nemine querelãte, vel accusãte videtur obstare regula satis trita 5 in Iure, vt nemine quærelãte Iudex nõ possit vti remedio inquisitionis, cũ illud nõ ordinariũ, sed extraordinariũ dicatur l. rescripto §. si quis accusatorẽ ff. de mun. & hon. Marian. Socc. in cap. qualiter, & quãdo n. 106. de accus. Cõrad. in sua prac. tit. de inquisit. n. 1. Iul. Clar. q. 3. vers. debes autẽ Iure & q. 5. vers. quero in quibus; Farin. q. 1. n. 7. vbi de communi.

6 Sed in cõtrariũ deducitur altera cõclusio, vt hodie de consuetudine possit procedi per Iudicẽ ex officio in omnibus delictis, & dicitur inquisitio remedium ordinarium sicut ipsa accusatio Boss. tit. de inquis. n. 8. Ant. Gomez tit. de delict. cap. 1. nu. 9. in fi. & n. 10. vbi do communi. Iul. Clar. q. 3. vers. sed certe quicquid sit, vbi concordantes allegat

gat Farinacc. quæst. 1. num. 10. Deci. respons. 18. num. 195. seq. lib. 1. & ma
7 xime in terris Ecclesiæ de Iure Canonico Deci. in rubr. de Iudicijs num. 68. seq. Iacob. Nouell. in pract. crim. in princ. sub num. 4. Iul. Clar. d. q. 3. vers. debet autem iure Farinacc. d. quæst. 1. num. 8.

8 Et quod in specie in pœna conuentionali stipulata per notarium ad fauorem Fisci, Fiscus possit agere ex tali cõtractu ad ipsam pœnam in casu contrauentionis, etiam nemine petente, vel quærelante firmat Bar. in l. 1. & in l. ex quibusdam §. Senatu ff. de iur. Fisc. & ibi notat Alexand. in addit. ita limitando textum in l. properandum §. 1. de iudic. & habemus decis. Afflict. 3. per totam, vbi per Consilium Neapolitanum fuit dubitatum si teneret mandatum emanatum a magna Curia Vicariæ contra fideiussores vt venirent ad dicendum causam quare pœna contenta in obligatione facta per ipsos fideiussores non debeat accusari per procuratorem Fiscalem, & quare contra eos non debeat fieri exequutio dictę pœnæ, cum non præcessisset quærela procuratoris Fiscalis, neq. pęna esset accusata per eum contra fideiussores, & tandem fuit conclusum huiusmodi mandatum subsistere, cum ex eius verbis prægnantibus includatur tacita pœnę accusatio: tamen ad tollendum omne dubium Domini resoluerunt posse accusare, quam decisionem sequitur Hercul in tract. de caut. c. 48. nu. 1. 2. 3. & late decis. Afflict. corroborat per alias authoritates, ibi Vrsil. in addit. nu. 3. seqq. vt Fiscus absq. alia accusatione possit petere pœnam conuentionatem ad eius fauorem stipulatam, data contrauentione, quod admittit Vrsill. ibi sub nu. 7. quando obligatio reperiretur in eadem Curia confecta, secus in alia; quia non poterit pęna accusari, neq. exequi, nisi præcedente prima citatione ad dicendum causam quare non debeat accusari, & assignato fideiussoribus competenti termi-
9 no †. Hic autem in Curia obseruatur vt fiat processus super fractura cautionis contra principalem delinquentem, & deinde profertur contra eum sententia, in qua declaratur fregisse dictam cautionem, & postmodum citantur fideiussores ad dicendum contra iura, & Fiscus in reprodutione dictę citationis reproducit, & repetit processum, & dictam sententiam, & deinde citat eosdem fideiussores ad soluendum pęnam iuxta formam eorũ obligationis, alias videndum decerni, & relaxari mandatum: In statu autem Ecclesiastico citantur fideiussores post completum processum, & sententiam latam contra principalem ad dicendum causam quare non debeant condemnari in pænam contentam in eorum obligatione; deinde Iudex reproducta dicta citatione pronunciat eosdem fideiussores teneri & obligatos esse ad soluendum dictam pęnam conuentionalem, & decernit mandatum exequutiuum tam contra bona fideiussorum, & omni, & quacunque exceptione, & appellatione remota vigore d. Bullę Pij V. & fit executio contra bona, & contra personas dictorum fideiussorum.

Quæst. XLVIII.

Cautionem frangens qua pæna puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Fractor cautionis de non offendendo secundum vnam opinionem potest puniri pœna pacis rupta*

2 *Alij autem tenent vt tradendus offenso, vt per eum puniatur.*

3 *Alij autẽ, vt puniatur tanquã proditor.*

4 *Alij vero inter particulares personas, fractorem cautionis puniri volunt pœna extraordinaria, iuxta qualitatem facti, & personarum.*
5 *Alij autem, vt tale arbitrium possit extendi vsq. ad mortem.*
6 *Et maxime si fractura fuerit pluries reiterata.*
7 *Contrariam opinionem tuetur author, vt nunquam fractor cautionis puniatur pœna mortis, nisi interueniat homicidium.*
8 *Statutum Vrbis puniens frangentem securitatem ad tempus, vel in perpetuum pœna mortis, quomodo intelligi debeat.*
9 *Frangens cautionem punitur pœna arbitraria, quando pœna non esset adiecta in contractu, vel si pœna fuisset applicata parti.*
10 *Quæ opinio est recepta a consuetudine.*
11 *Pœna conuentionalis non confunditur cum pœna principalis delicti.*
12 *Pœna conuentionalis non confunditur cum delatione armorum.*
13 *Offendens duos vnico ictu, cum quibus habebat cautionem de non offendendo, bis dicitur fregisse cautionem.*
14 *Interficiens duos vnico ictu in rixa punitur de vtroq. homicidio.*

1 HERCVLAN. in tract. de caut. cap. 10. num. 2. & seq. recenset plures Doct. opiniones, & asserit quod aliqui tenent, vt fractor cautionis de non offendendo teneatur pœna pacis ruptæ, cum per fracturam quies Reipublicæ turbari dicatur ex afflictione particularium, quam opinionem dicit, quod tenet, & Faber. & allegati per Petr. a Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 10. & etiam tan-
2 git Cappell. Tholosa. decis. 489. Alij autem dixerunt fractorẽ cautionis dari oportere puniendum offenso, iuxta l. fin. ff. de legat. Alij autem esse puniendum amputatione manus §. coges. authen. de mandat. Princip. Ferret. in tra. de re milit. in tit. de ferijs n 127. † Alij 3
autem dixerunt frangentem hanc cautionem esse puniendum vti proditorem cum offenderit illum sine aliqua causa qui de ipso confidebat, & quando cautio fuit præstita sine præfixione tẽporis, vti fractorẽ pacis puniri debere. Hercu. de caut. c. 15. n. 1. circa med. Petr. a Plach. in d. lib. 1. c. 7. n. 10. Farin. in q. 107. n. 77.
4 Sed post Guliel. de Cun. & Bar. idem Hercula. de caut. cap. 10. nu. 3. in princ. dicit esse puniendum frangentem cautionem inter particulares personas pœna arbitraria, cum in iure aliqua pœna certa constituta non fuerit. Farinacc. in d. quæst. 107. nu. 78. etiam eamdem opinionem tenet esse puniendum extraordinem Iudicis arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem, & Vulpell. in tract. de pac. quæst. 70. idem tenuit contra violantes priuatas treugas vel inducias, nec dissentit Nicol. Moro. in tract. de pac. in quæst. 170. num. 7. Menochi. de arbitr. cas. 335. nu 3. lib. 2. Sed bene verum est, quod mulieres, & minores in ista materia mitius puniuntur Hercula. de caut. c. 42. num. 8. seqq. & latius in c. 39. n. 9. seqq. Farin. q. 15. n. 49.
5 Quæ pœna arbitraria in casu in quo imponitur poterit pro qualitate delicti etiam vsq. ad mortem extendi, vt voluit Hercul. de caut. cap. 10. num. 4. vers. aut simpliciter iuxta tradita per
6 gloss. in §. in summa Instit. de iniur. † & in cap. 39. nu. 9. & 10. voluit etiam in specie, quod ob reiterationem fractionis cautionis de non offendendo, frangens possit puniri pœna mortis, si de prima fractione fuerit condemnatus, & faciunt quæ late tradit Decian. respon. 24. num. 18. seq. vol. 3. Ant. Gomez. tit. de delict. cap. 5. nu. 9. & ante eos Bald. cons. 247. in princ. vol. 5. vt fur pro tertio furto non possit puniri pœna vltimi sup-

supplicij, nisi pro duobus primis furtis fuerit condemnatus, vel punitus, & Farinacc. in quæst. 107. num. 86. etiam retulit, quod si securitas fuerit facta cum lęthali vulnere, & membri mutilatione, pæna capitali frangens puniri debeat.

7 Quę Hercula. opinio in vtroq. casu minime, admittenda est: quia illa glos. in d. §. in summa Inst. de iniur. vt Iudex possit vsq. ad pęnam mortis ex suo arbitrio sententiam ferre, est communiter reprobata, & altera opinio est magis tuta, & mitior, vt testatur post alios, quos allegat Iul. Clar. §. fin. q. 83. nu. 11. vers. contrariam autem sententiam, & multi Doct. adducti per Farinacc. in tit. de delict. q. 17. num. 34. in ampliat. 12. vers. & licet Contrarium de directo. Ludou. a Peguer. decis. 7. num. 12. vers. & non obstaret, & decis. 24. num. 17. versic. nam in criminibus. Menochi. de arbitr. q. 86. num. 1. seqq. lib. 1. vbi de communi, Thesaur. decis. 12. sub nu. 9. etiam de communi, & decis. 161. num. 6. vers. quibus sic stantibus, & decis. 243 num. 3. vers. & ad decretum & nouissime Polidor. Ripa in tract. de nocturno tempor. cap. 21. num. 48. qui etiam testatur quod illa glossa communiter a Doctoribus reprobatur. Et quia ex reiteratione delictorum, licet pæna aggrauetur l. capitalium §. solet & §. grassatores ff. de pęn. l. 3. in fin. C. de Episc. aud. l. 1. C. de Iurepatr. l. 3. §. si plures ff. de re milit. cum alijs adductis per Petr. Caball. in q. crim cas. 141. num. 6. & latissime per Farinacc. in q. 23. per totum, non tamen augetur, vt imponi possit pæna vltimi supplicij, late Grammat. decis. 6. num. 7. vbi testatur per multos annos stetisse in Consilio Neapolitano, & nunquam vidisse in practica obseruari late Iul. Clar. §. fin. q. 84. num. 6. vers. sed idem, vbi testatur, quod Senatus Mediolani semper seruauit, vt in delictis non capitalibus propter reiterationem non imponatur pęna mortis, sed reus vel acrius, torqueatur, vel graui pæna extraordinaria puniatur. Sim. de Præt. in consil. 104. num. 48. etiam dicit quod idem Gramm. eamdem opinionem votando tenuit in voto 9. & vot. 17. quia quicquid dici posset de iure, de consuetune non seruatur, vt propter reiterationem pęna augeatur vsq. ad mortem, vt post alios etiã nouissime testatur Petr. Caball. in q. crim. cas. 99. nu. 53. & Farin. in q. 13. num. 23. in 2. limit. a qua opinione in terminis cautionis de non offendendo non dissentit Farinacci. in d. q. 107. num. 87. prout etiam ibi testatur, quod nunquam meminit in Vrbe propter fracturam cautionis de non offendendo (morte non sequuta) vllo vnquam tempore pæna mortis fractorem fuisse punitum, prout nec etiam vidi; nec audiui pænam extendi ad pęnam mortis ex quacunq. qualitate aggrauante delictum in fractura cautionis.

8 Imo licet per Statutum Vrbis cap. 26. libro secundo disponatur frangentẽ securitatem perpetuam, vel ad tempus, vltra pænas conuentionales puniri etiam pæna capitis, si de securitate constaret per publicum Instrumentum quę statuta fuerunt confirmata per Innocentium octauum in Constit. 5. in Bullario, tamen nec etiam in practica fuit dispositio illius statuti recepta sed intelligi debet in securitate sponte data, & non in cautione præstita coacte per Iudicem, vt testatur, & declarat Farinacc. in d. q. 107. num. 88. nec dissentit Menoch. de arbitr. cas. 335. nu. 1. lib. 2. vbi firmat, quod qui cautionẽ dedit coram Iudice, & eo iubente, & certam pænam promisit, tunc illa sola pęna puniendus sit.

9 Si vero in cautione fuerit adiecta pæna, frangens pæna præfata, & non alia arbitraria puniri debet; & tantum arbitraria pæna imponitur, quando nulla in contractu esset pęna adiecta. Herculan. de caut. c. 19. num. 4. in prin. vbi subdit,

subdit;quia solutio pænę habetur pro obseruatione contractus,etiam si pæna soluatur per tertium ex authoritate Bart.Bald.Ias.Corn.Tiraq.Deci.&Cagnol.in locis per eum relatis,idem voluit.in cap.45.nu. 1. & Menoch. de arbitr.cas.335.num.1.2.lib.2.vbi subdit nisi pæna fuisset solum applicata parti, quia tunc puniretur etiam pæna arbitraria ex authoritate. Gig. in tractat. de criminal. læs. Maiest. lib. 1. rubr.qualiter,& a quibus quæst.33.n. 2.nec dissentit Hercula.in d.capit.10. nu.4.in fin.vers. hæc videntur esse vera.

Nec in proposito obstat quicquid late dixi in prima par. de pace, quod per pænas conuentionales in pace appositas non tollatur quin fractor pacis puniatur pæna legali, & hoc videtur annuere Herculan de caut.cap.45.nu. 1.seqq. vbi statuit,quod licet qui cautionem præstare tenetur possit recusare se velle cauere sub alia pęna, cum per pęnas legales satis aduersario cautum fuerit,sed si cauerit, adhuc pænæ legali non esset derogatum, ex mente Bar.quem ipse allegat in l.non impossibile ff.de pact.cum qua opinione concordat Statutum Vrbis in d lib.4 cap.

10 26.Quia ex consuetudine receptum est frangentem cautionem non puniri alia pæna, quam expræssa in cautione, vt testatur Farinacc. in d. quęst. 107. num.85.nec ea,quæ sunt disposita in pace prouenientia a mera,&spontanea voluntate contrahentium,vel paciscentium, possunt adaptari ad materiam cautionis de non offendendo, quę non sponte, sed coacte officio Iudicis præstari solet:Nec minus dispositio statuti Vrbis verificari potest in hac materia coacta,prout dixi supra,&tenuit etiam Farinacc.in d.q.107.nu.85.

11 Bene verum est,quod ista pęna conuentionalis non confunditur cum pæna principalis delicti,per,quod fuit fracta cautio, & ob id debet puniri pro vulnere pęna iuris communis,vel municipalis, & pæna conuentionali pro fractione cautionis, & hoc transit in practica sine aliqua difficultate Ripa in rubr.ff.de damn.infect.num.24.Herculan.in tract.de caut.cap.10. num.4. cap.14.num.8.seq.cap.36.num.4.seq. cap.45.num.1.seqq.nec dissentit Fari-

12 nacc.in q.107 num.80.neq.pæna conuentionalis confunditur per delationem armorum,vel per offensionem factam cum armis.Hercula.de caut.cap. 48.num.11.seqq.cum regula sit, quod quando ex eodem facto diuersa resultant, crimina, pro omnibus danda est pæna,vt testatur Petr.Caball.in quęst. crim.cas.158.n.11.Baiard.S.fin. q.47. num.43.qui etiam,firmat,quod offendens aliquem,cum quo habet fideiussionem de non offendendo, poterit ab eo exigi pena fideiussionis,& puniri etiam pęna corporali iuxta qualitatem delicti.

13 Sed si quis vnico actu,vel ictu duos offendat,cum quibus habebat cautionem bis dicitur fregisse pacem,& cautionem,cnm delictum commissum contra plures personas, multiplicetur pro numero personarum puniatur,vt inter minis firmat Herc.de cau.cap.49.n.5. 6.& faciunt quę late posuit Per.Caba.

14 in quęst.crim.cas.157.num.1. seqq. † vt si quis eodem tempore in eadem rixa duos occiderit,de vtroq.homicidio teneatur.

Quæst. XLIX.

Damna, & interesse, & pæna legalis an tollantur per solutionem pænæ conuentionalis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Damna, & interesse quando pæna in totum est applicata Fisco debentur parti, secus, si in totum, vel in parte fuisset applicata parti.*

2 *Damna, & interesse deberentur parti, quando in cautione de non offendendo non fuisset adiecta aliqua pæna secundum vnam opinionem.*

3 *Alij autem tenent indistincte quod damna, & interesse debeantur parti offensæ.*

4 *Author distinguit, aut agitur contra principalē, & tunc damna debeantur, aut agitur contra fideiussorem, & tunc non debeantur.*

1 PRO resolutione istius quæstionis videntur Doctores distinguere, quod si pæna conuentionalis est in totum Fisco applicata, tunc debeantur etiam parti offensæ damna, & interesse, secus si in totum, vel in parte pæna conuentionalis applicaretur ipsi parti offensæ, quia tunc illa pæna conuentionalis absorberet damna, & interesse, vt voluit Herculan. in tract. de caut. cap. 10. num. 4. vers. ex prædicta ratione, & in cap. 3 r.

2 num. 19. etiam voluit, quod si non fuisset adiecta aliqua pęna in cautione, tunc damna, & interesse deberentur, nisi pars offensa vellet agere pro damnis, & interesse contra fideiussores, a quibus ea consequi non poterit, prout seruatur in Magna Curia Vicariæ, quando fideiussor non est in aliquo dolo, vt testatur Laurent. Tenn. in caute l. 76. & refert. & sequitur Baiard. in §. fin. q. 46. nu. 109. in fin. vbi etiam testatur, quod nunquam vidit aliter obseruari, & ibi etiam refert idem affirmare Farinacc. in q. 34. nu. 5.

3 Indistincte autem, vt in quocunque casu, etiam si pęna parti fuisset soluta, adhuc damna, & interesse debeantur parti offensę de veriori sententia testatur Vulpell. in tract. de pacę in q. 64. prout ego retuli in prima par. de pac. q. 77. ea motus ratione Vulpell. quia pęna conuentionalis non debetur propter interesse, sed propter delictum, & potius ratione contemptus, quam ratione interesse: & propterea ex generali, & magis communi opinione Doctorum de iure Pontificio, & in foro conscientiæ pæna conuentionalis non tollit damna, & interesse, & in hac opinione residet Farinacci. in quęst. 107.

4 num. 82. quorum opinionem tanquam magis communem ego amplector, dum agitur contra principalem promittentem, secus si ageretur contra fideiussores pro damnis, & interesse, quia tunc æquior opinio est, vt fideiussor non teneatur, si non fuerit in aliquo dolo, ne afflictio addatur afflicto, vt per Baiar. in d. q. 46. nu. 109. circa finem; cum etiam, vt pluries dixi mitius agatur cum fideiussore, quam cum principali. An autem per pęnam conuentionalem tollatur pęna legalis, vel statutaria dixi in 1. par. de pac. q. 35.

Quæst. L.

Pæna inflicta per bannimenta frangentibus pacem, & treugam an irrogetur frangenti cautionem.

SVMMARIVM.

1 *Pæna inflicta a statuto frangenti treugam vel pacem non comprehendit frangentem cautionem.*

2 *Nisi talis cautio fuerit præstita in ipsa pace, vel treuga.*

VE-

1 VERA resolutio est in hac quæstione, vt pœna inflicta a statuto, Constitutione, vel Bannimentis frangentibus pacem, vel treugam, non comprehendat frangentem cautionem de non offendendo, cũ ista sit diuersa, & tertia species a pace, & treuga. Benintend. decis. 65. num. 16. seq. Vulpell. in tract. de promiss. q. 73, & ego late dixi in hoc 3. §. in q. 3. & voluit Hercula. in tract. de caut. c. 15. nu.
2 4 nisi forsan. in pace, & treuga esset præstita talis cautio, quia tunc fracta pace dicitur etiam fracta ipsa cautio, vt voluit Hercul. de caut. c. 31. nu. 19. Flam. Cart. in tract. capto bannito c. 1. n. 309. & modern. Roman. in d. q. 107. n. 89. quicquid nonnulli alij in contrarium senserint prout etiam ego dixi in d. q. 4. in hoc §. 3.

Quæst. LI.

Pæna soluta per consanguineum pro contrauentione alterius consanguinei, an soluens habeat regressum pro sua releuatione contra offendentem, & contrauenientem.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineus vnus soluens pro alio debet releuari ab eo indemnis in tribus casibus.*

2 *Consanguineus tenetur releuare indemnem alium consanguineum, etiam si expresse dictum non fuerit.*

3 *Cautela, vt consanguinei omnes teneantur ad pænam, licet promissionem non ratificauerint ibi.*

4 *Consanguineus ignorans cautionem fuisse præstitam, & si non in præiudicium promissoris percusserit, non tenetur ad pænam, neq. promissorem releuare indemnem.*

5 *Declara, vt ibi.*

1 IAM per ea, quæ late dixi in prima par. de pace. quæst. 74. seqq. bene desumitur quomodo pœna sit soluenda pro contrauentione promissionis de non offendendo per principales promittentes, per consanguineos, vel per heredes; modo restat videre pro complemento materiæ quando vnus consanguineus soluẽs pro alio possit releuari indemnis ab ipso contraueniente, & pro vera resolutione præsentis quæstionis videntur Doctores constituere tres casus, in quibus soluens pro consanguineo possit a contraueniente conseruari, & releuari indemnis, & primo si consanguineus, qui contrauenit ita expresse se obligauit, secundo si promissionem pro eo factam ratificauit, licet non expresse promiserit indemnem releuare promissorem, tertio si promissioni quis dolo cõtrauenerit, vt faceret incidere in pænã eundem promissorem, vt late, & bene colligitur per Herculan. in tract. de caut. c. 33. num. 23. sed melius in c. 42. num. 20. seq. per Nicol. Moron. in trac. de treug. & pace questione 151. num. 2. & in quæstionibus. 152. 153. & 154. & per Vulpell. in q. 57. num. 4. & in q. 63. num. 2.

2 Qui Herculanus, & Vulpell. in locis supradictis concludunt contrauenientem teneri releuari indemnem promissionem, licet expresse dictam promissionem non ratificauerit, si non iure
1 actionis, saltim ex Iudicis officio, & ex quadam æquitate volente, vt quis alteri damnum resarcire teneatur, quod
2 culpa, & facto suo euenit ad tex. in l. 2. § item si in facto, vbi Doct. & præci-

cipuæ Alciat.num.4.ff.de verb.oblig. & per regulam,qui causam damni dat, damnum ipsum dedisse dicatur, & ob id Herculan.de caut.in d.capit.42.nu. 5
3 21.præbet bonam practicam,vt agnati citentur ad dicendum causam quare ipsi consentire non teneantur, & quod per eos non offendi promitteretur, & prẹterea fideiussores date,&quare ipsi principales pro eis fideiubere de mandato Iudicis non teneantur, vt inde quasi negociorum gestorum actione aut mandati teneantur,& quod similis intimatio poterit fieri per quamcunq. personam interesse habentem. Masca. de prob.concl.1157.n.114.lib.3.Hond. cons.97.nu.5.lib.1.

Ac etiam Doctores magis hoc admittunt quãdo quis promittit pro suis consanguineis coactus vigore alicuius Constitutionis,seu statuti volentis, q cautio præstanda sit,non solum pro se, sed etiam pro consanguineis,quia tũc datur repetitio pęnę solutę in casu cõtrauentionis etiam a consanguineis nõ ratificantibus, vt late firmat Nicol. Moron.in tract.de pac.q.154.

4 Sed bene omnes conueniunt, quod si consanguineos ignorauit dictam cautionem,& promissionem fuisse præstitã neq.etiam dolose contrauenerit, tunc sine dubio sequuta contrauentione,licet promittens soluat pœnam, contrauueniens non tenetur illum releuare indemnem,cum isto casu in nulla videatur culpa vera,aut præsumpta, ex quo ignorantia illam omnino excludit, vt tenent Vulpell Moron.& Herculan. in locis supra adductis,& sequitur etiam Farinacc.in quæst.107.sub nu.35.vers. cum etiam isto casu, vbi testatur hoc non habere difficultatem,cum inciuile sit ignorantem teneri ad pęnam l.si defunctus ff.de procur. cum alijs adductis per Deci.respo. 57.lib.3.Rim.Iun. consl.470 num.16.seq.& num.23.seqq. lib.4.

Qui Farinac.in d.quęst.107.sub nu. 35.vers.aduerte inquam,fatetur,quod sequuta ratificatione per consanguineos,ac etiam si habita scientia de promissione,consanguineus dolo,& animo damnificandi promissorem cautioni contrauenerit,etiam,quod expræsse non ratificauerit,contraueniens teneatur promissorem indemnem releuare; secus autem si expræsse cautionem,vel promissione non ratificauerit,neq.animo damnificandi promissorem, sed ex sua particulari inimicitia,& causa;consanguineus contrauenerit, vt ipse non teneatur ad pœnam conuentionalem pro eo promissam nec principaliter Fisco,nec releuare promissorem,si pro eo soluerit,cum per solam scientiam,& taciturnitatem non dicatur inducta ratificatio in præiudicium ipsius tacentis, etiam si taciturnitas non fuerit per breue tempus per ea, quæ ipse late dixit in eamdem quæstione 107. num. 293. vbi retulit ita obtinuisse hic in Curia in Camera Apostolica ad fauorem Bruti Odoardi Asculo contra Mutium Miglianum,quæ fuit magna resolutio, vt idem Farinac.fatetur in eadem q.107. num.35.in fine.

Et hanc opinionem tuetur contra Nicol.Moron.in d.quęst.154.etiam si promissio fuerit facta coacte per statutum,per constitutionem,per stylum,vel consuetudinem ita cauendi. Farinacc. in dicta quęst.107.num.35.versic.nec moueat te:imo eo minus, tunc tacens; quia non poterat contradicere,ob necessitatem Iudicis, dicitur consentire, vel ratificare dictam cautionem,vt dixi in 1.p. de pac.quæst.84.n.8.seq.vbi late.

Quaest. LII.

Fiscus, & pars, quibus paena applicari debet an praeferantur alijs creditoribus in ista paena conuentionali.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus, & pars quibus paena applicatur non praeferuntur alijs creditoribus habentinus posteriorẽ hipothecam secundum vnam opinionem.*

2 *Contrariam opinionem alij tuentur.*

3 *Fiscus non haaet bona delinquentis hipotheca, nisi a die sententiae latae contra delinquentem declara tamen, vt ibi.*

1 QVAE sunt opiniones in hac quaestione, & prima, vt nec pars, nec Fiscus agere possint contra bonorum possessores, quibus vendita fuerunt bona post promissionẽ factam de non offendendo, cum secundus creditor praeferatur priori creditori sub conditione potestatiua, quae venit post obligationem suam l. qui balneum S. amplius, l. potior ff. de pignor. Deci. in l. contractus nu. 17. vers. sexto limitatur ff. de regul. iur. vbi concordantes allegat, eoq. magis est dicendũ in Fisco, qui non habet hipothecam in bonis delinquentis, nisi a die sententiae latae contra delinquentem. Pich. in l. post contractum num. 13. & 83. C. de donation. Iul. Clar. q. 78. num. 31. Carpan super nou. Constit. Mediolan. in c. omnium nu. 99. & nu. 701. vbi de communi Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. n. 182. & lib. 6. tit. 6. num. 12. vbi de communi, & ego late dixi in meo tract. de confisc. bonor. concl. 22.

2 Altera fuit opinio, vt pars, & Fiscus possint agere contra dictos tertios possessores, pro dicta paena conuentionali vti anteriores, vt post Dinum, & Raphael. Fulgos. in terminis tenet Rip. in l. priuilegia n. 41. ff. de priuil. Credit. & eamdem opinionem sequirur post alios quos allegat. Hercu. in tract. de caut. c. 44. num. 9. Nec minus obstat quod dicebatur de Fisco non habere bona delinquentis hipothecata, nisi a die sententiae, quia est verum quando Fiscus vellet agere aduersus tertios possessores ex solo delicto, vt tunc incipiat hipotheca a die latae sentẽtiae, secus quãdo agit vigore obligationis ex contractu, quia tunc statim caelebtato conrractu etiam Fisco bona hypothecata dicuntur Marf. in in trac. Bannit. in verb. bona nu. 22. Carpan. in d. cap. omnium nu. 606. Minusq. facit, quod dicebatur de conditione potestatiua, quod frangere cautionem, vel eam non frangere erat in eius potestate: igitur debeat inspici tempus existentis conditionis, & non prius, quia debet intelligi quando est in potestate debitoris, ne obligatio principalis contrahatur, & consequenter nec accessoria secundum gloss. in l. 1. ff. de pignor. communiter approbatam, secus quando iam esset contracta obligatio, qua quilibet tenetur promissionem seruare; & sic licet esset tunc in porestate cuiuscunq. cautionem frangere de facto, de iure tamen erat obligatus non rumpere: quo fit, vt non dicatur amplius esse in potestate nostra, quod de iure non possumus, vt late, & bene declarat Rip. in d. l. priuilegia n. 41. & etiam sequitur Hercu. in d. c. 44. n. 9. seq. vbi hanc opinionem alijs authoritatibus exornat.

Quæst. LIII.

Sententia lata contra principalem an mandetur executioni contra fideiussorem sine nouo processu.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem non mandatur exequutioni contra fideiussorem sine nouo processu, in fideiussore contractus secus in fideiussore iudicij.*

2 *Contrariam opinionem tenent alij indistincte, vt mittatur exequutioni sine alio processu in quocunq. casu contra fideiussorem.*

3 *Sententia lata in contumaciam de iure communi nō mittitur exequutioni contra fideiussorem sine nouo processu.*

4 *Limita in statu Ecclesiastico vigore Bullæ Pij 4. & Pij 5.*

5 *Fideiussor conuentus super exequutione sententiæ latæ contra principalem potest obtinere exequutionem ab eodem iudice contra eumdem principalem.*

6 *Fideiussore condemnato simpliciter, intelligitur etiam condemnatus principalis ad fauorem fideiussoris.*

1 BART. in l. 1. n. 1. seqq. ff. Iud. solu. post Iacob. de Aren. speculat. Cyn. & alios antiquos Doctores, quos allegat in hac quæstione: constituit differentiam inter fideiussorem contractus, & fideiussorem Iudicij, & firmat, quod in exequutione Iudicij sententia lata contra principalem exequutioni demandetur contra fideiussorem absq. alio nouo processu, secundū gloss. in l. fin. C. de vsu. rei iud. vbi Bal. n. 3. in fi. & Paul. de Castr. nu. 2. quam gloss. sequitur Iacob. de Aren. in l. si quis §. nummos ff. de fideiuss. secus in fideiussore contractus, contra quem sententia lata contra principalem non habet exequutionem, sed est opus nouo processu l. grege §. 2. ff. de pignor. & per l. a sententia in princ. ff. de appellat. Speculat. in tit. de exequut. rei iudicat. in §. sequitur in vers. quid si sententia, & alij adducti per Guid. Pap. decis. 26. num. 1. circa finem.

2 Contrarium autem, quod sententia lata contra principalem mandetur exequutioni contra fideiussorem sine alio nouo processu expresse tenet Oldrad. in l. fin. §. adijcientes C. de his qui ad Eccles. confug. & hoc dicit esse verum in vtroq. casu, nempe in fideiussore iudicij, & in fideiussore contractus, vbi subdit, quia videmus, quod sententia lata contra debitorem mandatur exequutioni in bonis debitoris sui l. 2. C. quand. Fisc. vel priuat. Ergo idem esse in fideiussore, quia quę statuuntur in bonis debitoris videntur esse statuta in bonis fideiussoris, vt habemus in d. §. adijcientes, nisi fideiussor haberet euidentem exceptionem, quæ intentionem actoris elideret per l. 3. ff. de exhiben. & per cap. veniens extra de testib. & hanc opinionem Oldr. sequitur Guid. Pap. in d. decis. 26. n. 2. vbi tamen subdit non habere locum in fideiussore de iudicio sisti, cum ille liberetur, reo condemnato: secus in fideiussore de iudicatum soluendo, cum fiat exequutio contra fideiussorem absq. alio processu Hier. Cagnol. in l. in eo §. nemo num. 2. ff. de reg. Iur. vbi testatur de communi, & ibi concordantes allegat, & in nostris terminis cautionis de non offendendo firmat Herculan. in tract. de caut. cap. 50. numero. 78.

3 Quæ Oldr. & sequacium opinio de iure communi limitatur quando sententia lata contra reum principalē esset lata in contumaciā illius, quia non pote-

poterit exequutioni demādari contra fideiussorē sed requiritur, vt cōtra eū fiat nouus processus, cum probatio resultans ex ficta confessione per contumaciam non afficiat tertios. Bar. in l. cum filius familias ff. de verb. oblig. Bero. cons. 197. nu. 2. vol. 3. Gozzadin. cons. 31. nu. 20. Roland. a Vall. cons. 94. nu. 24. lib. 3. vbi de communi Nic. Mor. in tract. de treug. & pac. q. 132. nu. 2. Vulp. in tract. de promiss. q. 104. Flam. Cart. in tract. de exequut. sent. c. 1. nu. 305. qui etiam testatur de communi, Bertazzol. cons. 18. num. 14. lib. 1. Bonacoss. in suis commun. opinion. in verb. fideiussores relatus inter communes opiniones tom. 2. lib. 8. tit. 25. de fideiuss. n. 89. & late in nostris terminis Hortens. Vernat. in d. suo cons. edito ad fauorem Ciuitatis Perusiæ. nu. 23. & seq. vbi concord. alleg. & latissime Hercul. de caut. c. 29. n. 1. & seqq. & ibi respondet contrarijs.

4 Sed in statu Ecclesiastico habemus Motum proprium Pij 4. à Pij 5. confirmatu, quo expræsse cauetur, quod fideiussores de non offendendo siue in pace siue in treuga, siue in simplici cautione de non offendendo adhibiti teneantur soluere pœnam conuentionalem ex contrauentione principallum, & ex ficta confessione resultante ex sententia contumaciali, ac si contrauentio esset per testes, vel alias legitime probata, nulla excusatione, vel exceptione penitus admissa, de cuius Pij 4. extrauag. mentionem facit Vulp. resp. 85. in fi. Carrar. in d. c. 1. n. 306. Baiar. §. fin. q. 2. n. 12.

Quomodo autem dictæ Bullæ Pij Quarti, & Pij Quinti in statu Ecclesiastico, ac contra fideiussores practicentur dixi sup. in hoc 3. §. quæst. 46. in fine.

5 Et iste fideiussor ita conuentus super exequutione sententiæ poterit petere exequutionem contra reum, cum propter cōiunctionē causę sit idem Iudex l. minor in prin. ff. de euic. l. cum eo cum C. de sent. l. cum vendente C. vbi caus. Fisca. l. fi. C. de vsu rei iudic. vbi Bal. in §. & cū antiquitas n. 3. & Paul. de Cast. 6 n. 3. & condemnato etiam fideiussore, iudicatū solui dicitur etiam condemnatus ipse principalis, licet ipse principalis non sit ad fauorem fideiussoris condemnatus expræsse, Bal. in d. l. fi. §. & cum antiquitas n. 3. vers. in cōtrarium videtur, & Paul. de Castr. ibi n. 3. Apostill. ad Bar. in l. 1. in litera C. ff. iudic. solu. & Apostill. ad Guid. Pap. in d. decis. 26. in litera B.

Quæst. LIIII.

Pœna conuentionalis an transeat ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalis actio non transit ad hæredes secundum vnam opinionem.*
2 *Contrarium autem tenent alij.*
3 *Pœna conuentionalis transit, tam actiue, quam passiue ad hæredes quando principalis promittens obligat suos hæredes.*
4 *Sed non transit ad omnes, sed tantum ad primos hæredes.*
5 *Pœna semel soluta iterum exigi non potest remissiue.*
6 *Pœna quomodo exigatur quando prætenditur fracta cautio ab vtraq. parte remissiue.*
7 *Pœna cui applicetur remissiue.*

1 VIDEBATVR posse dubitari huiusmodi pœnā non transire ad hæredes, cū pœnalis actio ad hæredes nō transeat §. pœnales Instit. de perpet. & temporal. act. l. pupillus §. inbares de reg. iur. & cum etiam mors omnia soluat §. deinceps authen. de nupt. & facit quia in corpus mor-

mortuum delinquentis sequire non licet Doct. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. & ego alias dixi in 1. par. de pac. quęstione. 69.

2 Sed veritas est in contrarium, vt ista pœna conuentionalis, tam actiue, quam passiue transeat ab hęredes, cum morte conuentio non tollatur, & per mutationẽ personę non mutetur obligatio l. creditores C. de pact. Hercu. in tract. de caut. c. 40. n. 14. seq. vbi declarat pœnam legalem transire ab hæredes, non autem pęnam conuentionalem.

3 Sed cũ hodie in huiusmodi cautione principales promittentes obligent se, bonaq. sua, ad hæredes transit sine difficultate. Quomodo autem distributio fieri debeat inter hæredes late Rimin. Iun. in cons. 306. per totum vol. 3. & ego latę dixi in 1. par. de pac. quæstione. 75.

4 Sed non debet transire ad omnes hæredes, sed ad primos hæredes tantum, vt post Bar. in l. mulcta ff. de cond. demonstr. & in l. fin. q. 22. C. de hęred. instit. & Deci. in l. qui per successionem ff. de regul. Iur. firmat Sebast. Medic. in tractato. Mors omnia soluit par. 2. concl. 51. nu. 42. cum agatur de materia pænali, ideo restringi debet ad primos hæredes, cum illi sint vere hęredes, & non alij, qui sunt ficti hærędes, vt late prosequitur Sebast. Medi. in d. concl. 51. per totam, vbi concord. alleg.

5 Et pęna semel soluta an iterum exigi possit dixi in d. prima par. de pace quæstione 88. & etiam dixi quomodo
6 exigatur pęna quando prætenditur rupta ab vtraq. parte in quæstione. ac
7 ietam cui pæna applicetur etiam dixi in q. 87.

Quæst. LV.

Fractura cautionis an aggrauet delictum, & reddat gratiam obtentam super delicto principali subreptitiam.

SVMMARIVM.

1 *Gratia obtenta super delicto principali, non facta mentione de fractura cautionis secundum vnam opinionem est subrepetitia.*

2 *Author contrariam tuetur opinionem.*

3 *Qualitas non alterans delictum principale si non fuerit expressa in gratia, non reddit illam nullam.*

4 *Qualitas non reddit gratiam nullam, nisi illa, quæ de iure exprimi debet.*

5 *Qualitas pacis, & cautionis inter partes semper est certa, & ob id reddit gratiam nullam.*

QVI nituntur tueri partem affirmatiuam, vt gratia super negocio principali obtenta vitietur, si fuerit omissa ista qualitas fractę cautionis, se fundant in illa ratione vt Princeps potuerit se retrahere a d. gratia ob dictã qualitatem, & oĩs qualitas, quę potuerit retrahere animum Principis ad concedendum reddat gratiam subreptitiam Felin in c. super litteris n. 8. de rescr. Fari. q. 6. n. 47. & cõs. 3 num. 10. vbi concordantes allegat.

2 Ego autẽ contrariũ teneo, quod omissio istius qualitatis fractę cautionis nõ reddat gratiã nullam, vel subreptitiã, quia ista qualitas nõ alterat delictũ, vt maiori pæna delinquens de delicto principali puniatur, vt in terminis firmat Herculan. in tractat. de caut. capit. 14. num. 18. & capit. 50. numero 58.

4 Et ideo non omnis qualitas omissa in gratia reddit illã nullam vel subreptitiã, sed tantũ illa, quæ de iure exprimi

deber Herculan. de caut. cap. 50. n. 58. Farin. d. q. 6. n. 48. & illa tantum qualitas de iure exprimenda sit, quæ alterat, vel aggrauat delictũ principale, & nõ alia Ant. Gomez. tit. de delict. c. 13. n. 38. vers. item adde Card. Tusc. tom. 7. concl. 748. n. 44. & in nostris terminis Hercul. de caut. d. c. 50. nu. 58. 59. 60.

5 Quod magis procederet quoad ipsas partes, cum inter eas semper qualitas pacis, vel cautionis sit certa. & ideò nõ potest dari de subreptione, vt firmat Card. Tusc. in d. concl. 748. nu. 45.

Quæst. LVI.

Bannitus An comprehendatur actiue, & passiue in cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus non comprahenditur neq. actiue, neq. passiue in cautione de non offendendo.*
2 *Contrahentium mens in qualibet dispositione attendenda est.*
3 *Verba vniuersalia restringuntur iuxta mentem contrahentium, & recipiunt interpretationem ex mente ipsarum partium.*
4 *Banniti dicuntur hostes publici.*
5 *Banniti non dicuntur quoad iuris effectum, neq. affines, neq. consanguinei, neq. attinentes.*
6 *Iura sanguinis dirimi non possunt, & quomodo ista regula intelligatur.*
7 *Fictio non procedit nisi vbi sit æquitas, & publica vtilitas.*
8 *Promissio de non offendendo vsq. in tertium gradum secundum ius Canonicum computandum quomodo intelligi debeat.*
9 *Mentio facta de gradibus in promissione de non offendendo intelligitur de gradibus secundum ius Ciuile.*
10 *Promissio de non offendendo intelligitur semper rebus sic stantibus.*
11 *Bannitus per bannum dicitur mutasse statum.*
12 *Verba promissionis apposita in cautione se facturum, & curaturum, non verificantur in bannitis.*
13 *Nec alia verba (quilibet eorum de rato) possunt verificari in bannitis.*
14 *Indefinita loquutio æquipollens vniuersali non comprehendit bannitos in materia pœnalis.*

1 CVM huiusmodi cautiones iussu superioris præstari soleant, & non ex mera contrahentium voluntate vt pluries superius dixi, cõclusiue procedendo in hac q. opinionem negatiuam omnino arbitror esse tenendam, vltra ea quæ deduxi in 1. par. de pace q. 13. & q. 61.

2 Et primò ex verisimili mente ipsarũ partium contrahentium, quæ potissime spectanda est in qualibet dispositione l. inconuentionibus. ff. de verb. significat. Alex. cons. 103. nu. 3. lib. 6. Crauett. cons. 1. num. 4. sequen. Boer. decis. 146. nu. 1. par. 1. cum cogitatum a contrahentibus non præsumatur, quod verisimile nõ est. Mars. sing. 143. n. 1. Crauet. cons. 29. n. 16. & etiam 3 verba vniuersalia debeant ad mentẽ partium restringi Ang. cons. 259. n. 1. Crauet. cõs. 3. n. 4. & recipiãt verba cõgruã interpretationem ex mente ipsarũ partium Roland. cons. 61. n. 64. vol. 2. & ob id non est verisimile, quod præstantes cautionem præfatam voluerint de illis 4 sentire, ac pro illis fideiubere, qui diffidari, & publici hostes sũt, qui dicũtur iuri sãguinei, & dolosi, Deo, & mũdo inobedientes, & qui sunt dati in reprobũ sensum, de quibus lex omne malũ præsumit. l. semel malus de reg. Iur. in 6. & in terminis, q̃ bãnitus nõ cõprehẽdatur in cautione de non offendendo, neq.

acti-

actiue, neq. passiue tenuerunt Herculan. de caut. c. 25. n. 30. vbi subdit nec pro illis esse fideiubendum, quasi ij extra Ecclesiam sint Tob. Non. consil. 192. nu. 2. Sim. de Pret. cons. 78. num. 4. & 5. Et ideo stante mala qualitate bannitorum promittentes, si voluit de bannitis intelligere, vtiq. expræssissent, & cum non fuerint expręssi in promissione compræhendi noluerunt argumento l. vni. §. fin autē C. de caduc. tollen. l. quicquid adstringendæ ff. de verb. obligat. & in terminis ita etiam tenet Hortens. Vernat. in dicto suo consilio ædito de anno 1587. contemplatione Ciuitatis Perusiæ n. 7. cum plur. sequen.

5 Secundo verba dictæ promissionis de non offendendo non possunt compræhendere bannitos quoad Iuris effectum, quia banniti, attinentes, consanguinei, & affines nostri non sunt; quia sicut Ciuitas perdit bannitum, ita pater, agnati, & congnati perdunt bannitum l. post limin. §. filius ff. de captiu. & post limin. reuers. vbi etiam hæc verba habentur, quia pater sic illum amisit quemadmodum patria. Et etiam deducitur quod licet secundum naturam filij bastardi filij nostri sint, & a natura cogniti l. post consanguineos in princ. ff. de suis, & legitim. l. non facili §. affines ff. de gradib. affinit. cum filius naturæ sit nomen l. tutelas ff. de capit. diminut. & omnibus natura sit communis. L. Lucius in fine ff. de legat. secundo tamen ipsi non compręhenduntur in cautione de non offendendo. Hercu. in tract. de caut. c. 22. per totum, & ego late dixi in prima par. de pace quęst. 68. Ergo multo magis banniti in dicta promissione non compræhenduntur, qui deterioris conditionis sunt, & magis odiosi, quibus denegatur nedum omnis actus legitimus actiue, & passiue, sed etiam illi, qui naturę instinctu a Parentibus, & consanguineis cōsequi possent, vt alimenta, & similia, & ob id pro mortuis habentur l. si necesse §. si deportatis ff. de bon. libert. l. 2. §. filium ff. de bonorum posses. secund. tabul. & in terminis, quod banniti desinant esse nostri consanguinei tradit Tiraquell. in tract. de pæn. caus. 10. nu. 10. num. 5. Tob. Non. cons. 102. nu. 8. Hortent. Vernat. in allegat. cons. nu. 36. sequen.

6 Nec obstat illa regula, quod iura sanguinis nullo iure Ciuili dirimi possunt. l. iura sanguinis ff. de regul. iur. quia ius Ciuile adumbrat consanguinitatem, ex quo habet bannitum pro mortuo. l. si necesse §. si deportatus ff. de bon. libert. Tob. Non. in d. cōs. 102. num. 10. ex intentione Bar. in d. §. si deportatus. Minusq. obstat, quod dicitur bannitos non excludi a iure gentium l. 1. vbi Bald. ff. de hęred. instituend. & quod sint capaces iuris cōmunis, quia tunc Doctores loquuntur de bannitis a Ciuitate sine publicatione bonorū, qui relegatis æquiparatur l. relegatorum ad tempus ff. de interdict. & relegat. l. exilium ff. eod. & non de bannitis nostri temporis, qui deportatis, & transfugis æquiprantur. Alexand. cōs. 116. num. 3. vol. 2. qui impune offendi possunt maxime in statu Ecclesiastico per extrauagantes summorum Pontificum, vt bene declarat post alios quos allegat Horten. Vern. in allegat. cons. n. 54. seqq.

7 Nec obstat si diceretur bannitos non haberi pro mortuis, cum fictio non procedat, nisi vbi sit æquitas, & publica vtilitas, vt per Bar. in l. si is, qui pro emptione ff. de vsucapio. quia subest maxima æquitas, vt alij consanguinei non culpabiles, non teneantur ex facto istorum hominum extra Ecclesiam iam positorum dicatur hoc odium irrationabile, vt quis ꝓ altero teneatur, & obligetur, vt millies dixi in isto toto Tractatu, & postea, vt etiam superius dixi, lex potest adumbrare ius naturale, habendo bannitum pro mortuo, & iura

sanguinis a iure ciuili restringi,& limitari etiam possint. l.ius ciuile ff de legib.faciunt tradita per Gozzadi.cons. 51.nu.19.seq.

Minusq. facit quædam consideratio,quæ fieri solet,vt verba promissionis ad ius Canonicum referantur vsq. in tertium gradum secundum ius Canonicum computandum,& de iure Canonico huiusmodi ciuilitas non consideretur,sed solum naturalis coniunctio
8 quæ nunquam dissolui potest, quia verba cautionis referuntur ad ius Canonicum quoad gradus computatio-
9 nem tantum,& non quoad alia,quia si simpliciter esset facta mentio de gradibus,intelligeretur de gradibus secundum ius ciuile. c.ad sedem 35.quæst.1. circa medium.vers.in legibus,vt bene cõsiderat in puncto cautionis Hortens. Vernat.in alleg.cons.ad fauorem Ciuitatis Perusiæ n.6.seq.

10 Tertio Principaliter deducitur,quia promissio de non offendendo vsq. in tertium gradum intelligi debet rebus sic stantibus, & sic dummodo consanguinei,& affines non fuerint ante commissam offensam banniti &Deo,&Principi inobedientes, ad latę tradita per Honded.cons.8.9.num.2.& 4.lib.2.& Petr.Caball.in quæst.crimin. cas. 101. num.50.etiam si fuerit iurata. Tiraq. in l.si vnquam num.17.C.de reuocan. donat.Deci.cons.334.num.4.Cardin. Tusch.conclus.183.nu.1.circa medium tom.6.Ideo sequuto banno Fiscus capit bona delinquentis, & dicitur ban-
11 nitus diuersus ab eo statu, in quo erat tempore promissionis.Crot.cons. 346. nu.7 lib.3.& per consequens non dicuntur compræhensi in dicta cautione Hortens.Vernat.in alleg.cons. pro Ciuitate Perusiæ n.66.

12 Quarto Colligitur ex verbis promissionis dum partes promittunt se facturos,& curaturos,ita,& taliter,& cum effectu,quod dicti consanguinei,& attinentes vsq. in tertium gradum non offendent,nec offendi facient:quæ verba non possunt verificari in personis bannitorum , cum prohibitum sit cum eis commercium habere & eos alloqui ideo verba illa verificari debent respectu eorum,qui non sunt banniti l. 1.§. hoc autem ff.quod quisq. iuris, cum verba vniuersalia restringi debeant ad ea,quæ habent effectum.Bar.in l. 2. §. præter ff.qui satisd.cogant.& etiam ex
13 alijs verbis(pro quibus,& eorum quolibet de rato promisit,&c.)quę debent intelligi de actu, qui sortitur effectum iuris.Crot.in l.1.num.54.ff.solut.marr. Rip.lib.1.respons.c.6.n.1.&secundum qualitatem persõnę,ad quam referuntur. l. plenum §. Egyptij ff.de vsu, & habitatio.Quę verba non possunt adaptari in casu nostro ad bannitos, cum non possint promittẽtes tractare cũ eis ideo aperte colligitur promissores non cogitasse de ipsis bannitis,vt in terminis late respondet Herten.Verna.in alleg.cõl.pro Ciuitate Perusij n.74.seq. vbi etiam respondet ad illam regulam de loquutione indefinita,quę posset cõpręhendere ipsos bannitos,quia in pro
14 posito non viget par ratio in consanguineis bãnitis;ideo ad eos non referri &quia sumus in regula pænali,&odiosa,ideo cessat regula illa desumpta a loquutione vniuersali,&indefinita,per ea,quæ tradunt.Deci.in cons.30.n.4. Paris.in cons.88.n.79.lib.1.Her.Cagn. in l.1.ff.de regul.iur.& late Din.in rub. de reg.iur. in 6. & ob id ex omnibus possumus bene concludere,& per ea, quæ etiam late dixi in 1.par.de pac.q. 61.bannitos nec actiue, nec passiue compræhendi in ipsa cautione de non offendendo declarando tamen,& limitando,prout dixi in d. q. 61.ad quam lectorem remitto,ne eadem hic superflue referam.

Quęst.

Quæst. LVII.

An consanguinei, affines, & attinentes de iure teneantur præstare cautionem de non offendendo pro consanguineis, & affinibus bannitis, cũ publicatione bonorum, & hoc pro bono publico expediat statuere.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei, & affines secundum vnam opinionem non possunt cogi ad cauendum de non offendendo pro affinibus, & consanguineis bannitis.*
2 *Cauere pro altero est inbumanum, & contra ius naturæ, & æquitatem.*
3 *Cautio de non offendendo præstanda per attinentes operatur, vt subditi reducantur ad paupertatem.*
4 *Afflictio afflicto danda non est.*
5 *Remedium extraordinarium adhiberi non debet, vbi datur remedium ordinarium.*
6 *Cauere quis non debet pro attinentibus inimicis.*
7 *Attinentes, quod caueant pro attinentibus bannitis non interest Reipublicæ.*
8 *Publicum interesse non attenditur quando aliquid fit contra æque aliud publicum Reipublicæ.*
9 *Contrariam opinionem vt attinentes cogi possint ad cauendum pro attinentibus bannititis tenent Doctores ibi.*
10 *Iura transgredi possunt ob publicam vtilitatem.*
11 *Et maxime quando imminet necessitas.*
12 *Puniri quis potest pro altero in pænis temporalibus de iure communi.*
13 *Statutum puniens aliquem pro delicto alterius tenet.*
14 *Statuta quamuis dura, & rigorosa obseruanda sunt.*
15 *Statutum Florentinum disponit, quod si vnus de agnatione delinquat, cæteri de eadem agnatione puniri possint.*
16 *Author conatur conciliare istas opiniones contrarias.*

1 IN ista quæstione valde pugnant Doctores inter se circa illius resolutionem; quoniam multi tenet opinionem negatiuam, vt de iure non possint cogi, neq. compelli ad cauendum de non offendendo pro bannitis consanguineos, affines, & attinentes, neq. per bonos Principes introduci posset, vt in puncto consuluit ad instantiam Ciuitatis Perusij de anno 1587. Cornel Benincas. Doctor insignis Perusinus in quadam sua Apologia, & Hortens. Vernat. a S. Angelo dum erat Auditor in Rota Perusina, & Aemilius Lucius Collensis etiam eiusdem Rotæ Auditor per multa fundamenta, per rationes, & per Doctorũ authoritates, ad quæ consilia vberrime quis recursum in proposito habere poterit, sed ego prętermittere nolui meliores rationes, & meliora fundamenta, quæ in proposito considerari possunt, in præsenti tractatu inserere.

2 Et primum fundamentum est, vt sit nimis graue, vt quis cogi possit ad cauendum pro altero, ac inhumanum, & contra ius naturæ dicatur, & nec etiam frater pro fratre teneatur cauere tex. in l.2.§.hoc ff de iudic.l.non vsq. ff. si quis a paren.fuer.manu miss. Paris.cõs. 168.nu.18.vol.4.Herculan. in tract.de caut.c.8.per totum c.28.n.8.c.42.nu. 28.Vulpell.in tract.de pac. & promiss. quæst.99.& magis durum, & odiosum est in cautione extendenda vsque ad tertium gradum, vt notat Anchar.cõs.

52.

52.nu.1.Hortens.Vernat.in d.respons. nu.185.vt late etiam prosequitur Cornel.Benincas.in d.Apolog.n. 9.vbi firmat esse etiam contra omnem æquitatẽ,vt vnus pro altero cauere debeat,& Princeps,licet sit solutus legibus l.Princeps ff.de legib.cap.facta, cap.cuncta per mundum 6.quęst.3.&ipse lex viua dicatur in terris.§.fin. Authen.de consul.glos.fin.in l. prohibitum C. de iur. Fisc.lib.10.nihilominus quanto maior Principis est potestas,tãto magis ęquitatem exigit.Bald.cons.16.lib.2.quem citat Ias.in l.2.§.eodem tempore num. 99.ff.de origin.Iur.ideo eo grauius erit reputandum,vt quis pro bannitis atti nentibus,qui nihil habent in bonis grauaretur ad fideiubendum.Hier.Gabr. cons.166.n.14.lib.2.vbi firmat fideiussorem inique cogi ad fideiubendum, nisi habeat aliquam spem releuationis: & Rip.in rub. ff. de damn. infect.num. 14. firmat aliquem non posse adstringi ad cauendum pro suis familiaribus, & adhęrentibus, quia satis est, quod quis pro se teneatur fideiussionem dare,vt firmat etiam Herculan.in trac.de caut.cap.8.& in omnem casum,si quis cogi possit fideiubere pro complicibus familiaribus, & adhærentibus extra ipsas personas, quod Dominus non teneatur fideiubere consuluit, Cephal. cons.587.nu.38.vol.4.& Rip.in d.rub. de damn.infect.n. 14.etiam dicit,quod quis non teneatur cauere pro familiaribus,nisi in casibus, in quibus posset prohibere familiares ne offenderent, vt etiam late prosequitur Horte. Verna.in alleg.cons.pro Ciuitate Perusiæ nu.92.cum plur.seq.

2 Secundo Principaliter deducitur, quod per ipsam cautionem de non offendendo,subditi reducuntur ad paupertatem,& multæ familię in tota Italia fuerunt ex dicta causa suppressæ,vt bene testatur Vulpell.in tract. de pac. & promiss.q.74.n.3. & depauperatio, & depręssio subditorum dicitur contra bonum publicum §. considerauimus Auth. vt Iudic.sine quoq.suffrag.Mantuan.cons.29.num.7.lib.1.& expediat Principi subditos habere locupletes glos.in c.cum Ecclesiasticę extra de except.& in §.fi.Instit.de his,qui sunt sui,vel alien.Iur.per quos Ciuitates,& loca melius, & honorificentius gubernantur,vt in auten.de defensor.Ciuit. in princ.& auth.vt omnes obed.Iud.in princ.& propterea nerui Principis dicuntur l.2.C.de omni agro desert.lib. 11.Natt.cons.83.num.14.lib.1. late Cornel.Benincas.in d.Apolog.num.3. & iustissimi Principis esse creditur subditis suis tanquam filijs thesaurizzare iuxta dictum Apost.2.Corinth.c.12. & & cap.Prædicator vbi glos.16.quęst.1. Grauett.cons.9.num.37. eosq. in gradu,in quo reperit firmiter præseruare Rolan.cons.1.num.104.lib. 1.& veluti communem omnium patrem, bonumquę Pastorem se genere argumento tex.in authen.vt neq.virum qui ex dote ad finem,in c.cum Apostolus §.1.de censibus.

4 Tertio deducitur illa regula satis trita,vt non sit danda afflictio afflicto l.Diuus ff.de offic.Præsid.l.tam dementis C.de Episcopal. audient. c. ad audientiam de cleric.non residen.Ias. in l.qui Romæ §.Challimacus num. 4.de verb.obligat.cum maximum,& crudele,vitium sit addere afflictionem afflicto,vt testatur Bal. in l. pręcipus num. 14.C.de impuber.&ideo afflictus,tam verbis,quam factis & subleuandus, vt Prouerb.21 & 1.Ioan.c.3. & quia qui alium tueri potest, & non tuetur, ipse eum offendere videtur, secundum Tull.1.offic.Ideo parentes, aut cæteri bannitorum attinentes satis, superque hactenus afflicti,oppræssiq.sunt ex causa talium bannitorum, & præcipue in multis locis Italiæ parentes grauantur contra omnem iuris dispositionem ad soluendam legitimã pro delictis filiorum,prout est in statu Ecclesiastico per

Bullam

Bullam Sixti Quarti insertam inter Constitutiones Marchiæ, ac etiam alij attinentes in multis etiam locis cogun tur inuiti bona consanguineorum bannitorum redimere a Fisco, & sæpe ea de causa, diu in carceribus detinentur vt est in statu Ecclesiastico per constitutionem Marchiæ c. 19. lib. 4. & etiam aliquando coguntur cauere ne banniti ingrediatur statū Ecclesiasticū, vt di cam in sequenti quæstione. Quæ omnia quidē grauissima sunt, prout, vnusquisq. bene percipere potest; ideo est firmiter dicendum, non esse vlterius subditos grauandos ad cautionem pro bannitis præstandam de non offen dendo.

5 Quarto etiam deducitur non esse deueniendum ad remedia extraordinaria donec ordinaria haberi possunt l. quædam in princ. ff. de æden. l. cum sit in princ. ff. de Carb. Edict. & l. 1. in fin ff. ad Municipal. cum ordinaria sui natura potentiora esse dicantur, vt notatur in l. eius militis §. militia missus, & in §. quia vero in verb. oportet. de reb. Eccl. non alien. & ordinaria cessare faciunt extraordinaria l. in Prouinciali §. si in loco ff. de nou. oper. nunciat. maxime quando extraordinaria sunt contra ius commune glos. in l. 1. §. per hanc ff. de rei vendic. Io. Andr. in c. nō solum de appell. lib. 6. prout est, quod vnus pro alio obligetur, & ex facto, aut dolo alterius grauetur l. supra iter §. apud feroc. ff. de aqu. pluuial. arcen. sed in coerctione bannitorū ordinaria remedia, & illa quidem potentissima, passim quam facillime possunt haberi, illisq. mediantibus bannitorum sæuitię, insaniæ, vel furori commode obuiari, & banniti ipsi opprimi, profligari, & penitus destrui, prout sunt ea, quæ in vtroq. Iure, ac in extrauagantibus summorum Pontificum, in Regalibus pragmaticis, in Edictis Ducalibus, cęterisq. localibus statutis in perniciem impiorum contra propria bona, & personas delinquentium constituta sunt, si per Ministros, & officiales ad vnguē in Ciuitatibus obseruarētur, & debite exequutioni demandarentur: ideo ad huiusmodi remedium tam graue, & extraordinarium cautionis de non offendendo pro bannitis præstandæ deuenire non deceat. Crauett. cons. 266. n. 2. Franc. Marc. q. 188. n. 3. Cornel. Benincas. in d. Apolog. n. 6. & Horten. Vernat. ac Emili. Collens. in alleg. eorum cons.

6 Quinto deducitur, vt quis non cogatur cauere pro consanguineis, & affinibus inimicis. l. si merces §. culpæ ff. de damn. infect. & Bar. in l. illicitas §. ne potentiores n. 5. ff. de offic. Præsid. & ego late dixi supra in hoc 3. §. quæst. 10. & consanguinei, & attinentes banniti, qui hostes Reipublicę sunt etiam hostes priuatorum dicuntur; ideo pro eis non erit prestanda fideiussio, vt late prosequitur Horten. Verna. in alleg. respons. pro Ciuitate Perusię numero 136.

7 Sexto Deducitur, vt similis prouisio non sit vtilis Reipublicæ, cum per eam non prouideatur, quod banniti deinde mala nō committant, cum illi nil aliud excogitare præsumant, quam delinquere, vt in puncto nostro dicit Aufr. ad decis. Tholos. 479. & sequitur Hortent. Vernat. in alleg. respons. pro Ciui tate Perusiæ nu. 150. imo erit huiusmodi prouisio causa maioris mali, cum, vt etiam committant fracturam cautionis incitarentur ad citius delinquendum, & quia etiam reducere possent eorum attinentes ad paupertatem, vel possent extorquere pecunias ab eisdem attinentibus sub comminatione, quod frāgerent cautionem: Ideo ista lex, vel prouisio non solum non erit bona, sed da nnosa Reipublicæ, vt late etiā prosequitur ibi Hortent. Vernat. nu. 164. & seqq. Nec est vere pręsumendum, quod consanguinei, & affines, quos quandoque in tertio affinitatis gradu coniunctos

ctos nobis esse ignoramus, vt ipsi se abstinanț a criminibus, ne damnum nobis afferant, & quia, vt plurimum aliquo intrinseco odio, vel mala satisfactione alios consanguineos prosequuntur: & ideo magis erit ista lex nutritiua mali, quam prohibitiua: Nec in omnem casum isti affines, & consanguinei promittentes pro bannitis potuissent certiorare eosdem bannitos de fideiussione per ipsos præstita, cum sit totaliter prohibitum cū eis commerciū & conuersationem habere, & etiam eosdem alloqui, & in ipsis bannitis eriț semper præsumenda ignorantia. l. verius de probat. & maxime in actu ita momentaneo, qualis est vnus contractus, cum etiam in coniunctis, qui non exulant, neq. absunt ignorantia præsumatur. Ruin. cons. 123. num. 12. lib. 1. & fere in terminis consuluit Rimi. Iun. cons. 470. n. 16. lib. 4. vbi firmat, quod non est verisimile, quod attinentes voluerint pro eis fideiubere, nec Iudices & superiores eosdem ad cauendum etiam compellere vellent.

8 Nec in proposito considerandum est huiusmodi cautiones tendere in publicam vtilitatem ad obuiandum ne alia mala, & peiora in dies committant, quoniam publica vtilitas non esset considerabilis, quando alias delicta non remanent impunita, sed alia via delinquentes puniuntur per legem communem, per statuta, per banna, & per alias rigorosas pragmaticas, & constitutiones Bart. in l. 2. ff. de his, qui not. infam. Grat. cons. 134. num. 65. lib. 3. & quia etiam vtilitas publica est, vt familię non opprimantur, neq. ad paupertatem reducantur, & quia versamur in eo, vt nullus innocens pro alieno delicto indebite grauetur contra ius Ciuile, Canonicum, & Diuinum; Ideo maior erit vtilitas publica, vt attinentes non grauentur ad dictam cautionem præstandam, quam si compellantur ad eam, sicq. vna publica vtilitas confundit aliam publicam vtilitatem, & priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra æquè priuilegiatum Doct. in authen. quas actiones C. de sacrosanct. Eccl. & in l. sed, & milites ff. de excusat. Tutor. & quia par in parem non habet imperium l. nam Magistratus de arbitr. l. ille, a quo §. tempestiuum ff. ad Trebellian. cap. innotuit extra de elect. & fauores mutua compensatione tollantur. Soccin. Iun. cons. 1. num. 86. lib. 1. Cornel. Benincas. in d. Apolog. nu. 15. vbi, & ipse, & Hortent. & Aemil. Collen. plura alia scripserūt, & ad multa alia contraria etiam respō sum dederunt, ad quos curiosum lectorem remitto.

9 Contrariam autem opinionem multi alij Doctores tuentur, vt attinentes possint cogi, & compelli ad cauendum de non offendendo pro bannitis, & bono publico expediat similes prouisiones per Principes adhiberi, ob publicā & priuatam quietem, & tranquillum statum, vt dicit Bar. in authen. de hered. & falcid. in princ. num. 4. versic. secundo notab. vt Principes prius debeant cogitare vtilitatem Reipublicę quam singulorum, & quod concernit fauorem publicum esse ampliandum, & extendendum. l. illud; & ibi gloss. in verb. alia causa C. de sacros. Eccl. l. hoc modo in fin. ff. de condit. & demonstr. & cum latissimum sit Iudicis officium l. 1. ff. de iurisdict. omn. Iud. & ad eum pertineat Prouinciam facinorosis hominibus expurgatā conseruare l. congruit ff. de offic. Præsid. l. 1. ff. de offic. Pręfect. Prætor, & propterea cautiones etiam de non offendendo extorquere. l. denunciamus C. de his, qui ad Eccl. confug. l. illicitas; §. ne potentiores ff. de off. Præsid. alias male sibi permissum videretur, vti potestate, si subditos non compelleret ad huiusmodi cautiones, & in eis etiam bannitos, de quibus magis timendum est, non comprahenderet arg. l. ęquissimum ff. de vsufr. l. qui-

quidam existimauerūt in fin.ff.si cert. pet.cap.discordantes cum seq. 90. distinct.& licet banniti desinant esse Ciuies Bar.in l.fin.per illum tex.ff.de legation. Nell.in tract.Bannit. par. 1.2. temp.q.45.hoc intelligitur quoad cōmoda,& honores ; & non quoad onera,& odia, in quibus non perdunt Ciuitatem,vt per Nell.in d.quæst.45. in fin.Rom.conf.73.num.4.vers. hæc autem regula,vltra quod nō desinunt esse coniuncti,cum iura sanguinis iure ciuili non tollantur l.iura sanguinis ff. de regul.iur.& appellatione coniunctorum continentur,cum verba naturaliter,& non ciuili modo intelligenda sint. l.fin.ff.de his, qui ven. ætat. impetr.l.fideicommissum ff.de condit. & demonstrat.l.ex parte,§.in insulam ff. de verb.obligat. ideo mirum non sit si pro eis tanquam coniunctis, alij coniuncti ob bonum publicum grauentur præsertim quia ipsis scientibus,& sæpè etiā subministrantibus soleant banniti delinquere, vel saltim præsumptio est quod nō delinquerent,si cæteri coniuncti obuiarēt,vt per Bal.in l.constitutis l.1.de testib.sequitur Ias.in l.si quis in suo §.legis sub n.3.in fi. C.de inoffic. testam.vt late etiam in nostris terminis prosequitur Petr.Caba.in q.crim.cas. 149.nu.1.cum plur.seq.

10 Nec est inconueniens, vt dicti attinentes cogantur ad cauendum pro alijs attinentibus bannitis,cum ob publicum fauorem iura transgredi liceat l. si ita vulneratus ante fin. ff.ad l. Aquil.Rom.conf.310. per totum Ias. in l.Barbarius Philippus nu. 24. seqq. ff. de offic.Prætor. Felin. in cap nonnulli sub num. 16. vers. ad euitandum istos nouos scrupulos extra de rescript. Bal.in cap.Odoardus n.2.in quib. cas. feud. amitt. in vsib.feud.Afflict.lib.1. Constit.Regn.Rub.2.in Constit.Pacterenorum sub nu.40.vers.& ideo dicebat.

11 Quod maxime etiam admittitur imminente necessitate,cui commode aliter prouideri non potest, quia necessitas non habet legem, sed ipsa constituit legem,& facit licitum,quod alias esset illicitum. Doct. in l. qua propter necessitatem ff.de regul.iur.vbi Decius num.1.seq.Cagnol.nu.1.Ias.in l.[illegible] princ.nu.75.ff.de offic.eius, vt futuris scandalis obuietur, propter quorum euitationē decet ante tēpus occurrere & opportune, prout causa expostulat prouidere arg.l.fin. C.in quib.caus.rest.in integr.non est necess.Gloss.in [illegible] §.Apium quoque Instit.de rer.diuis.& melius sit intacta iura conseruare,quā post vulneratā causam remediū afferre vt in d. l. fin. etiam contra ius, cum multa permittantur gratia euitandorum scandalorum,quæ alias non concederentur l. penult. C.de sicar. l. si quis filio §. hi autem in fi.ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. Soccin. consil. 163.n.41.vers.quibus etiam hoc accedit lib.2.Feli.in c.nihil.sub n.1.seq.de præscr.vbi colligit triginta tria specialia contra Iuris regulas propter scandalum euitandum.

12 Nec longe distat a dicta prouisione dispositio iuris communis,cum videamus,quod in pœnis temporalibus vnus pro alio obligetur,& teneatur, & puniatur, vt per Afflict. lib. 1. Constit. Regn.Rub.2.de Pacterenorum receptatorib.in constitut.Pacterenorum.n.33. seq.vbi ponit 12.casus in quibus filius punitur pro delicto patris,& sub num. 40. seq. ponit sex alios casus in quibus pater punitur pro delicto filij. Menoch. de arbitr.cas.345.per totum lib.2. vbi multos congerit casus, in quibus vnus ex facto alterius pœna afficitur,ut Dominus pro seruo,Magistratus seu officialis pro familia,pater pro filio,& alij pro alijs,& Couar.var.resolut.lib.2.c. 8.n.1.cum plur.seq.& Petr.Cab. in q. crim.cas.149.nu.16.seq. late Farin.q. 24.n.154.vbi de communi,& ibi concord.alleg.

Hinc

13 Hinc videmus, quod valet statutum mandans, vt vnus pro delicto alterius puniatur Alber. de Ros. de statut. lib. 1. quæst. 47. quæst. 50. & quæst. 51. vbi adducit rationes efficaces, & palpabiles, & exemplificat in filio pro patre, in patre pro filio, in Domino pro seruo, in Vniuersitate pro Ciue, in Communitate pro delinquentibus in suo territorio Couarr. var. resolut. lib. 2. c. 8. sub num. 7. vers. quarto principaliter, vbi testatur de communi. Ant. Gabr. tit. de iur. quæsit. non tollen. concl. 2. num. 18. vers. quarto amplia, latissime Farin. q. 24. num. 156. seq. Iul. Clar. q. 68. sub num. 5. Cartar. in trac. de execut. sent. in præfat. num. 71. vers. & licet, idem Iul. Clar. in quæst. 86. nu. 6. seqq. Menochi. de arbitr. cas. 345. num. 10. 14. lib. 2. Petr. Caball. in d. cas. 149. nu. 18.

14 Quæ statuta, & si dura, rigorosa, & odiosa sint, tamen valent, & obseruanda veniunt Menochi. dict. cas. 345. nu. 14. Farinac. d. q. 24. num. 150. sequen. quoad pœnam pecuniariam secus quoad pænam corporalem Herculan. de caut. c. 15. n. 15. nu. 14. Ias. in §. actiones autem n. 71. seq. Instit. de action. Farin. d. q. 24. n. 189. seq. vbi concord. alleg. Ferdinand. Vasq. lib. 3. controuers. Illustr. cap. 96. sub num. 14. late Cartar. in d. præf. nu. 71. seq. vbi de communi.

15 Et quod vnus de domo, agnatione, vel familia delinquente, alij de illa domo, agnatione, vel familia teneantur, ea ratione quia alij curabunt ne aliquis delinquat, & facilius abstinebit quis a delictis, videns coniunctos pro eo puniri: ita in puncto tradit Bar. in l. iure prouisum in fin. C. de fabricens. lib. 11. Deci. cons. 94. sub nu. 4. Vasq. lib. 1. Controuers. Illustr. c. 32. in fine, n. 16. vers. 107. colligitur. Ias in §. actiones autem num. 71. 76. seq. Carthar. in tract. de exequut. sent. in præfat. n. 71. seqq. Farinacc. in q. 24. n. 153. seq. qui omnes mentionem faciunt de illo statuto Florentino, per quod disponitur, vt pro vno delinquente de cognatione cæteri teneantur, & late post alios, quos allegat testatur Petr. Cab. in q. crim. in d. cas. 149. num. 21. cum plur. sequen.

16 Et ideo videmus, quod Doctores in isto articulo de diametro ad inuicem aduersantur. Et ego arbitror, quod possint conciliari, vt stante necessitate, & copia bannitorum infestantium statum, & tranquillitatem Reipublicæ, ac quietem particularium personarum, attinentes cogantur ad cauendum de non offendendo pro bannitis, quia vere tunc necessitas boni publici debet preleuare priuato commodo, secus autem si non immineret huiusmodi necessitas, quia tunc non deberent dicti attinentes adstringi ad dictas cautiones prestandas, vt bene colligitur ex his, quæ tradita sunt per Cornel. Beninc. in alleg. Apolog. & per Hortent. Vernat. & per Aemili. Luci. Collens. in alleg. cons. pro Ciuitate Perusij, qui omnes præsupponunt, quod tunc temporis ob vigilantiam Sixti V. circa extirpationem bannitorum cessaret necessitas cogendi, & statuendi attinentes teneri ad dictam cautionem; secus vero si copia bannitorum adesset, qui mala indies facerent, vt expediret cogere eosdem attinentes ad cauendum pro dictis bannitis, prout late loquitur Petr. Caball. in d. cas. 149. num. 25. qui licet substineat huiusmodi partem affirmatiuam, tamen illam admittit iuxta huiusmodi distinctionem, & opin. Corne. Beninc. & aliorum.

Quæst.

Quæst. LVIII.

An consanguinei, vel affines compelli possint ad cauendum quod banniti eorum affines, & consanguinei nė ingrediantur statum Ecclesiasticum.

SVMMARIVM.

1 *Attinentes possunt cogi ad cauendum pro bannitis, ne ingrediantur statum Principis bannientis.*

2 *Banniti possunt adstringi, vt certo loco & certo tempore omnes se præsentent, alias possunt attinentes eorumdem condemnari in aliquam pecuniariam pænam.*

3 *Attinentes possunt cogi, vt tradant in manibus Curiæ eorum attinentes bannitos.*

4 *Remedium ad cogendum attinentes ad cauendum ne banniti eorum attinentes ingrediantur statum Ecclesiasticum quomodo, & quando sacra consulta adhibere soleat.*

1 Dubitatio præsentis quæstionis pendet ab his, quę late deduxi in pręcedenti quæstione, tamen resolutiue, ac decisiue ꝑcedēdo, partem affirmatiuam arbitror esse amplectendam, cum huiusmodi prouisio tendat vere ad tutelam particularium personarum, & ad tranquillitatem statuum, & ad publicamq. vtilitatem, & valeant statuta, constitutiones, Edicta, vel decreta, vt quis pæna pecuniaria, quamuis innocens ꝑ delicto alterius puniri possit, licet talia statuta sint contra ius naturale, vt superius in præcedēti q. dixi; ideo Doct. admittūt vt valeat Edictū, ꝙ Cōsanguinei, & affines cogātur ad cauendūm, ne ingrediantur Ciuitatum, vel Territorium ratione dictę publicæ vtilitatis Flamin. Carthar. de execut. sent. in præfat. nu. 75. seq. Farin. q. 24. n. 155. in fin. Petr. Caba. in q. crim. cas. 149. n. 27. Cornel. Beninc. in d. Apolog. boni publici n. 4. circa fin.

2 Item potest induci per statutum, quod banniti teneantur se præsentare in quodam loco distanti per centum milliaria, & quod si non se præsentabunt, eorum coniuncti cadant in pænam mille, prout tale statutum viget in Ciuitate Senarum, vt testatur Ang. in cons. 63. & etiam in Ciuitate Mediolani, vt etiam testatur Dec. in cons. 63. n. 3. Cartar. in tract. de exequut. sent. in præfat. n. 77. Petr. Cabal. d. cas. 149. nu. 28.

3 Imo valet statutum, vel Edictum, vt consanguinei teneantur dare in manibus vel posse Curiæ bannitos consanguineos, vel attinētes. Cart. in d. pręf. n. 75. vers. hinc etiam valet. Farin. d. q. 24. nu. 155. vers. rursus in specie Petr. Cabal. q. 149. nu. 26.

4 Et quia, illud remedium adstringendi coniunctos ad cauēdum, quod banniti eorum coniuncti nō ingrediantur statum Ecclesiasticum, ipsa experientia docuit, quod fuit optimum remedium, ne banniti in dies vagentur, & hostiliter peragrentur, ac mala in statu Ecclesiastico excogitent, & exequantur: ideo sacra Consulta passim, maxime ad instantiā partiū adstringit dictos cōsanguineos ad cautionē præfatā, iuxta facti, & personarū qualitates: ꝙ remediū solet adhibere in bannitis, & condemnatis capitaliter secus in alijs bannitis condemnatis ad triremes, & ad alias pęnas corporales quāuis etiam sciam quod aliquando fuit idē executū in quodā Clerico condēnato ad triremes ꝑpter homicidiū ab eo commissum, qui nō potuit, ob clericatum, condemnari in pænā vltimi sup-

plicij, pro quo fuerunt de ordine Sacræ conſultę adſtricti eius attinentes ad cauendum ne ſtatum Eccleſiaſticũ ingrederetur, & hoc forſan euenire potuit ob malam illius Clerici qualitatẽ.

Quæſt. LIX.

Qui conſanguinei vel affines cogi poſſint ad cauendum pro banni tis de non offendendo, & ingrediendo ſtatum Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM.

1 *Attinentes qui cogi poſſint pro bannitis attinentibus de non ingrediendo ſtatũ Eccleſiaſticũ, & de non offendendo.*

2 *Attinentes proximiores cogi debent ad dictas cautiones præſtandas pro bannitis.*

3 *Attinentes ſucceſsibiles cogendi ſunt ad cauendum pro bannitis.*

4 *Attinentes indifferenter ſunt cogendi ad cauendum pro bannitis, nulla habita conſideratione ſucceſsionis ſecundum aliquos.*

5 *Sacra Cõſulta quid obſeruet in ſtatu Eccleſiaſtico circa præſtandam cautionẽ per attinentes pro bannitis de non ingrediendo ſtatum Eccleſiaſticum.*

1 IN propoſito videtur eſſe firmandã concluſionẽ, vt huiuſmodi onus præſtandi cautionẽ pro bannitis de non offendendo, & nõ ingrediendo ſtatum Eccleſiaſticum regulari debeat ab honore ſucceſſionis, & ſic illi, qui poſſunt ſperare ſucceſſionem illorum arctari debent ad huiuſmodi onus cauẽdi, vt in terminis decidit Hercul. in tract. de caut. c. 49.
2 n. 7. verſ. quęro aliquis, & n. 8. ſeq. aſſerens, ꝙ remotiores in gradu habent exceptionem, ꝙ proximiores caueant ob dictum emolumentum ſucceſſionis & Cagnol. in l. qui tutela num. 1. de regul. iur. firmiter dixit, quod huiuſmodi materia odioſa, & oneroſa regulatur a materia fauorabili ſucceſſionis & vbi datur emolumentum ſucceſſionis, ibi datur onus, & incommodum, & poſt Salyc. in authen. Sicut circa fine verſ. quæro 3. C. de legit. tutel. & in l. fin. in fin. eod. tit. & poſt Anchar. Deci. in conſ. 16. n. 1. pro firma concluſione ponit, vt onus, & incommodum deferatur per conſequentias hæreditatũ vt ſi hæreditas debeatur agnatis, ad eoſdẽ in conſequentiã onus, & incõmodum ſpecter, & eſt tex. in authen. defuncto C. ad Tertullian. iuncta authen. ſicut. C. de leg. tutel. Hinc videmus ꝙ ſi aliquod ſtatutum requirat conſenſum attinentium in celebratione alicuius actus, vt interpretetur per conſequentias ſucceſſionum, vt primo loco proximiores vocentur, & ipſis deficientibus, ſint ſubrogati alij proximiores ſecundum gradus prærogatiuam ad late tradita per Marſil. ſing. 678. fiunt paſſim quotidie contractus. Plot. in l. ſi quando num. 454. verſ. perpetuo notabis, & num. ſeq. C. vnde vi. Quod Doct. admittunt, etiam ſi huiuſmodi ſtatutum loqueretur ꝑ verba copulatiua, quia vocaret conſanguineos oẽs in gradu per copulam, vel eoſdem vocaret ſimpliciter, adhuc intelligeretur, vt vocati pręſumantur ſecundũ gradus prærogatiuam, & ordinem ſucceſſiuum. Marſ. in d. ſing. 678. late Tiraq. in trac. de retract. lignag. §. 11. gl. 4. n. 2. verſ. & ꝑ multos, & verſ. tamen in ea ſententia, & multa alia poſſent afferri exempla, quę deſumuntur etiam ex authẽn. ſicut C. de legit. Tutel.
3 Et ex his põt firmari ꝙ in propoſito attinentes cõſanguinei, & affines dicantur ſolũmodo illi, q ſunt ſucceſſibiles, vt tollatur, & euitetur infinitas l. ſi. qs §. ſi. ff. de pericu. & cõmod. rei vend. Alciat. in l. ꝓnũciatio in verb. neptes ff.

de

de verb. signif. late Tiraq. de retr. §. 1. glos. 9. n. 16. Hercu. de caut. c. 7. n. 8. & secundum ius ciuile successibiles dicũtur vsq. ad decimum gradum Tiraq. d. glos. 9. n. 23. & n. 24. vbi late.

4 Sed prædictis obstant ea, quæ dicuntur per Gaspar. Cab. ad Constit. Marc. lib. 4. c. 19. glos. 19. n. 2. vbi dum, ibi, tractatur in illa Constitut. de adstringendo consanguineos, & affines vsq. in quartũ gradũ iuxta Canonicas sãctiones computandum ad emendũ bona delinquentiũ, quæ confiscata fuerint, dixit esse grauãdos oẽs cõsanguineos & affines ꝓ sua virili portione, nec esse seruandã gradus prerogatiuam, cũ nõ tractetur de aliqua successione, sed de mero onere odioso minusq. esset interpretandũ, vt primo consanguinei, deinde affines grauentur, cum nullus sit Charitatis ordo, qui ad ita interpretandũ nos cõpellat ex notatis in l. gallus §. quidam ff. de liber. & posthu. vbi tamen sub n. 3. iudicat nõ esse recedẽdũ ab antiqua cuiuslibet Tribunalis practica; sed ego credo ꝙ non sit recedendum a prima opinione, vt sint adstringendi proximiores, ad quos põt spectare commodum successionis, quatenus ipsi sint idonei ad cauendum, alias adstrigantur alij idonei etiam remotiores ob bonum publicum, per ꝙ admittitur, vt quis pergrauetur de iure ex facto, & ex delicto alterius, vt late deduxi sup. in q. 57.

5 Sacra autẽ Consulta solet obseruare, vt adstringãtur oẽs cõsanguinei, & affines, nulla habita consideratione de gradibus, vel prerogatiua successionis, quãdo immineret periculũ, ꝙ bannitimala committere possent, sed solet deinde facere, vt proximiores in gradu releuẽt indemnes alios remotiores sed consanguinei, vel affines inimici banni tor. nõ debẽt adstringi ad d. cautionẽ, vt dixi in hoc eodem 3. §. q. 10. n. 18. Et si per d. cautionẽ de nõ ingrediendo Statũ Ecclesiasticũ non fuerit plene consultum, vt bãniti non offendant aduersarios, vel quia forte ipsi aduersarij ob eorum negocia extra dictũ statum Ecclesiasticum transire, vel commorari debeant, deberent etiam adstringi ad præstandam cautionem de non offendendo pro ipsis bannitis, cum varijs modis constringi possint, & cohiberi delinquant, vt dixi sup. in hoc eodem 3. §. q. 14. n. 10. seq.

Quæst. LXIII.

Carcer priuatus an inducat cautionis fracturam.

SVMMARIVM.

1 *Carceris priuati pæna est vltimi supplicij, & criminis læsæ maiestatis.*
2 *Carcerem priuatum committens tenetur ad damna, & interesse.*
3 *Carcerem priuatum committens amittit creditum.*
4 *Carcer dicitur mala mansio, & est species tormenti, & æquiparatur morti.*
5 *Carcer inducit metum, & concussionẽ.*
6 *Carcer priuatus inducit fracturam cautionis de non offendendo.*
7 *Quod maxime procedit si ex dententione induceretur mors, vel detentus durissime tractaretur.*
8 *Cautio frangitur si quis reduceretur ad calamitatem, vel periculum vitæ per aduersarium.*
9 *Cautio frangitur per dolosam carcerationem factam a Iudice.*
10 *Cautio frangitur quando captus in bello iusto non relaxatur, si offerat fideiussores de soluendo consuetam taleam secus si fideiussores non offerat.*
11 *Carcer priuatus quomodo committatur ibi remissiue.*

1 IN ista quęstione habemus, quod per priuatum carcerem imponitur pæna capitis, seu vltimi supplicij, imo delinquens incidit in crimen læsæ maiestatis. tex. in l.i.C.de priu.carcer. Conrad. in pract. crim. tit. de lęs. maiest. sub num. 5. & in tit. de carcer. priuat. exercen. nu. 1. Gig. de crim. læs. maiest. tit. qualiter, & a quib. commit. q. 35. n. 1. seq. Farinac. q. 27. nu. 9. vbi de communi, & concor
2 dantes allegat, non tenetur ad omnia damna, & interesse passa per Carceratum c. pęnale cum ibi not. num.
3 14. q. 5. nec non si detentus erat debitor carcerantis liberatur ab ipso debito S. quia vero Authen. nulli Iudic. Fab. a Mont. Leon. in sua praxi arbitrar. par. 4. S. iurium censuram coercentes fol. 280. n. 869. Farinac. d. q. 27. nu. 10. & ideo qui promisit non offendere, si retineat aduersariũ in priuatis carceribus debet etiã puniri ista pęna
4 cõuẽtionali, cũ omnis carceratio facta a quocũq. Iudice habẽte iurisdictionẽ dicatur mala mansio, & species quæstionis l. itẽ apud labeonem S. quęstionis ff. de iniu. & adeo dicatur mala mãsio, vt ęquiparetur morti, vt post Bal. in ca. 1. S. deniq. tit. quę fuit prim. caus. ben. amitt. Boss. tit. de carcer. nu. 1. & carceratio fiat ad custodiam, & non ad pænam. l. incredibile C. de pęn. vt etiã bene colligitur ex ordine tituli, quia prius ponitur titulus de custod. & ex-
5 hibit. reor. & postea de pęn. & ex ipsa carceratione inducatur concussio, quã Iudices aliquãdo solẽt facere ad inducendũ carceratos ad cõpositionẽ, vel ad extorquendũ ab eis pæcuniã, ꝙ omnino est prohibitum, vt exclamat Boss.
6 tit. de carcer. n. 3. in fi. Ideo possumus bene cõcludere ꝙ ex ipsa detẽtione in carcere priuato, quæ fit tãtũmodo ad pænã, & ad concussionẽ, & ad oppræssionẽ ipsius detẽti cautio de nõ offendendo frangatur; quia non sumus in

simplici iniuria facta personæ per carcerationẽ cõmissam a Iudice ex imperitia, & sine dolo, vt annuit Hercul. in trac. de cau. c. 35. n. 6. vers. cõtra tamẽ sed in oppræssione totius vitę, & si ꝑ simplicẽ percussionẽ, cũ aliquo dolore vel liuore, seu tumefactione in aliqua parte corporis factã, rũmpitur cautio, vt pluries dixi, multo magis est dicẽdũ ꝑ cõcussionẽ, & oppressionẽ totius vitę, & per amissionem libertatis, quę pœnę morti ęquiparãtur ꝑ Bal. & Bos.
7 in locis supra citatis, & si talis detentio induxerit mortẽ in ipso detento, vel durissime tractaretur, tunc sine aliqua difficultate fracta diceretur cautio, vt etiã tenent Hercu. in d. c. 35. n.
8 7. & alij per eũ ibi relati; Et quia etiã, vt pluries dixi, si fuerit pręstita cautio de non offendendo in personã frangitur si quis reducat aduersariũ in periculum vitæ, & in maximam calamitatem, vt etiam firmat Iul. Ferret. in titulo de ferijs num. 147. Herculan. d. c. 35. num. 14. & quælibet ordinaria carceratio facta per Iudicem cõpetentem adeo reducit hominem ad calamitatem, vt dicatur sepultura viuorum, vt transit in adagium inter carceratos, vt testatur Farin. in d. q. 27. n. 3. multo fortius est dicendũ in carcere priuato dato ab inimico ad iniuriam, & ad poenam. Nec obstat, quod Herc. in eodem c. 35. n. 6. tenendo cõtrar. opin. adducat Rip. in l. fi. n. 58. C. de reuocan. donat. quia ibi Rip. dispu tat an per carcerationẽ dicatur quis inferre impias manus in carceratum, qui etiam videtur distinguere, an carceratio fuerit facta a Iudice, vel a priuato, & in omnem casum concludit carcerationem factam a priuato ope-
9 rari reuocationem donationis. Et per easdẽ rationes, puto, ꝙ ita sit dicẽdũ in Iudice, qui indebite, & dolose aliquem aduersariũ suũ carcerare faceret, & detineret, quia tunc nõ facit vti Iudex, sed vti priuatus, vt ꝑ Rip. in d. l. fi. n. 34

de

de reuocan. donat. qui loquitur in Iudice, qui dolose iudicauit, vt possit ex ista sententia iniusta, & dolose lata reuocari donatio ad eius fauorem facta
10 secus si per imperitiã. Et etiã erit idẽ dicendum in illo, qui aliquem captum in bello iusto detinet, & nõ vult eum, datis fideiussoribus de soluendo consuetam taleã, relaxare, quia talis detentio iniusta generat atrocem iniuriam, & oppressionem corporis. Rip. in d. l. fin. nu. 69. in fin. C. de reuocan. donat vbi tamen dicit, secus si non offerret fideiussores, quia iuste detineretur & ideo arbitror, quod ex sola detentione in carcere priuato frangatur ista cautio de non offendendo.

11 Priuatus autem carcer quando committatur, remitto lectorem ad late tradita per Farin. in q. 27. fere per totam, vbi cumulat Doct. declarãtes bene totum istum articulum cum suis ampliationibus, intelligentijs, fallentijs, & limitationibus.

Quæst. LXI.

Cautio de non offendendo an rumpatur per offensam factam ipsi aduersario volenti.

SVMMARIVM.

1 *Cautio secundum vnam opinionem non rumpitur per iniuriam, vel offensionem factam volenti.*

2 *Et sufficit tacitus consensus.*

3 *Contrariam opinionem alij tuentur, vt frangatur cautio per offensionem factam etiam volenti.*

4 *Quod magis procedit quando cautio fuisset præstita officio Iudicis propter vtilitatem Reipublicæ.*

5 *Author tenet indistincte, vt cautio rumpatur per offensionem factam volenti declarando tamen, vt ibi.*

6 *Portio applicanda parti non debetur per offensionem factam volenti.*

7 *Pactum inter partes, quod liceat partem aduersam offendere cum scissura carnis, vel cum alapa, respectu scissuræ carnis non tenet.*

8 *Voluntas debet exprimi ante offensionem, vel in actu offensionis, vt suffragari possit.*

1 QVI tuentur opinionem negatiuam, vt cautio de non offendendo non frangatur per offensionem factam aduersario volenti se fundant in illa vulgari regula, vt volenti non fiat iniuria, neq. in eo cõmittatur dolus. l. 1. §. vsq. adeo ff. de iniur. Rip. in l. fin. n. 48. vers. item intellige C. de reuocan. donat. Hercul. in tract. de caut. c. 35. nu. 10. Tiraquel. de retract. consang. §. 12. glos. 1. nu. 17. hinc dicitur, quod adulteratæ tacenti non fit iniuria, vt per Hercul. in d. c. 35. n. 10. in fin. ex notatis per Bar. in cons. 175. Domine Potestas, &
2 sufficit etiam consensus tacitus, vt firmat idem Herculan. in eodem c. 35. n. 10. & idem videtur esse in alapa data volenti, vt per eam non rumpatur cautio per ea, quę late tradit Hier. Cagnol. in d. l. nemo plus fraudare n. 5. ff. de reg. iur.

3 Alij autem, qui contrariam opinionem sequuntur tenent, vt etiam per iniuriam, vel offensionẽ illatã volenti frangatur cautio de non offendendo, & se fundant in alia regula etiam vulgari, quoniã nemo dominus suorũ mẽbrorũ dicitur. l. liber homo ff. ad l. Aquil. hinc videmus ꝙ nemo se obligare põt ad torturã, & Iudex, quamuis amplum habeat arbitriũ, tamen, si nõ præcedát legitima indicia ad torquẽdũ, nõ põt aliquẽ torquere ex illius cõsẽsu, vt late ꝑsequitur post alios, quos allegat Hier. Cagnol. in d. l. nemo plus fraudare num. 6. ff. de regul. iur.
4 Hercul. de caut. c. 43. n. 5. Eoq. magis

procederet quãdo cautio præstita fuisset ex officio Iudicis propter interesse & vtilitatem Reipublicę, vt firmat, & sequiturHerc. in d. tra. de cau. c. 43. n. 11. per notata in d. l. 1. ff. de his, qui morte sibi consc. & per Felin. Deci. Parif. & Socc. Iun in locis per eũ allegatis, qui Hercu. aliter sentire videtur quando cautio non esset præstita ex officio Iudicis.

5 Ego autem omnino arbitror tenendam esse indistincte istam opinionem affirmatiuam, vt per offensionem factã volenti omnino dicatur rupta cautio, cũ nõ pręstetur ex voluntate cõtrahentiũ sed semp̃ præstetur coacte ex officio Iudicis, vt pluties in discursu totius tractatus dixi: ideo consensus illius nõ põt tollere ius publicum, neq; interesse Reipublicę; sed tantummodo potest impedire, ne sibi iniuriato ius quæratur, vt post alios, quos allegat bene declarat Deci. in d. l. nemo plus fraudare, & clarius ibi Cagnó. n. 7. sed bene, fateor, q̃ non quælibet iniuria frangeret dictam cautionem, sed illa tantum quę esset sufficiens ad illam frangẽdã quia tunc leui offensione non diceretur aliquod ius Fisco acquisitum. Cagnol. in d. l. nemo plus fraudare n. 7. & ideo in alapa, quę dicitur leuis offensa sustinebitur, vt fracta cautio non dicatur. Hier. Cagn. in d. l. nemo plus fraudare n. 3. ff. de reg. iur. Hercu. de caut. c. 44. n. 6.

6 Sed bene credo, quod sicut per consensum partis non acquiritur portio pęnę conuentionalis eidem parti applicandæ, nec etiam possit ipsa pars desumere occasionem in ipsa voluntaria offensione ad offendendum partem aduersam, vt excusetur a pęna fractæ cautionis, cum requiratur offensio quæ inducat percussum, vel iniuriatũ ad iram, & quod reduxerit ad animũ suum iniuriam sibi illatam, vt etiam superius suo loco dixi: & ideo ista voluntaria offensio, vel iniuria non excusat iniuriatum a fractione cautionis, si deinde ipse offendat eumdem primum voluntarie iniuriantem, prout patet etiam ad sensum, licet Herculan. de caut. capit. 35. num. 11. In fine super isto articulo de noua causa nihil decidat, sed dicat super eo esse cogitandum.

7 Si vero fuerit conuentum inter ipsas partes, quod si vna aliquid faceret contra alteram ei liceret cum scissura carnis, vel corporis non tenebit cõuentio, sed tantum respectu alapę, cum sit communis opinio, vt possit quis se subijcere percussioni alapę Herculan. de caut. cap. 43. num. 4. sequentibus.

8 Et in ista conclusione est firmandum, quod volenti nunquam dicatur fieri iniuria, nisi voluntas exprimatur, & de ea constare debeat antequam iniuria inferatur, vel in ipso facto; secus si postea de eo constaret, quoniam ratificatio voluntatis nihil prodest, vt late per Doct. in cap. scienti de reg. iur. in 6. & in d. l. nemo defraudare, & in c. nemo, & in c. scienti eod. tit. Herculan. de caut. d. cap. 43. nu. 7. 8.

Quæst. LXV.

Promissio de non offendendo in rebus & bonis quatenus per eius significationem extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Rei significatio latissima est.*

2 *Cautio, vt rumpatur per offensionem factam in bonis requirit grauem offensionem, & leuis offensio non sufficit.*

Gra-

3 *Grauis læsio, iactura, vel offensio in bonis quæ dicatur, & plures opiniones ibi referuntur.*

1 ISTAM quæstionem restringam ad terminos nostræ materiæ cautionis de nō offendendo, cum alias significatio rei latissima sit, vt late notatur in l. rei, & in l. verbum ff. de verb. signif. & in l. 1. ff. si cert. pet. & in l. a Diuo Pio §. super rebus ff. de re iud. & in l. bonorum ff. de verb. signif. Et ego arbitror, quod sicut in promissione de non offendendo, personaliter, vel in personam requiratur offensa grauis, & nō sufficiat quęlibet offensio, vt dixi supra in hoc eodem 3. §. q. 41. ita etiā requiratur læsio in bonis quæ sit lęsio grauis, & considerabilis

2 per tex. in c. fi. de donat. vbi disponitur ꝙ ad reuocandam donationem requiratur grauis causa, & non sufficiat leuis, & in l. fin. C. de reuocand. donat. etiam disponitur, quod ad reuocandum donationem non sufficiat leuis causa.

3 Sed difficultas magna erit quę dicatur grauis iactura, vel læsio, & aliqui determinant damnum maioris partis bonorum dici graue argum. §. item propter litem Instit. de excusat. Tutor & c. frequens. de rest. spoliat. lib. 6. & ob id deceptus vltra dimidiam iusti precij dicitur læsus grauiter. l. 2. ff. de rescind. vend. c. cum dilecti de empt. & vendit. Rip. in l. fin. nu. 87. q. 24. C. de reuoc. donat. & Herculan. in tract. de caut. de non offend. c. 35. nu. 15. dicit, quod læsio maioris partis bonorū corporis lęsioni comparatur per tex. in §. penult. Instit. de excusat. Tut.

4 Alij autem dicunt, ꝙ damnum plusquam in tertia parte bonorum dicatur magnum, & graue, alias dicatur modicum exemplo eius, ꝙ deducitur in cōductore cui non est facienda remissio, nisi propter graue dānū, quia modicū dānū colonus patienter ferre debet l. si merces §. vis maior ff. locat. Abb. in c. propter de locat. Aret. cons. 52. in 2. dub. Alex. cons. 107. col. fin. lib. 3. Rip. in d. l. fin. in d. q. 24. sub n. 87. vbi concludunt, vt modicū dicatur, quod non excedit tertiam partem pensionis. Menoch. de arbitr. cas. 74. nu. 3. lib. 2. vbi concord. alleg.

5 Alij autem putant damnū sextæ partis bonorum graue esse, sicut dicitur ęnormiter læsus, qui in sexta parte fuit damnificatus Bart. in l. si societatem §. arbitrorum ff. pro soc. quem sequuntur Lanfranch. in tract. de arbitr. in 1. par. & Comens. in cons. 50. per tex. in d. §. arbitriū iuncta l. vnde si Neruæ ff. pro Soc. vt refert Rip. in d. l. fin. n. 87. in fi.

Alij autem affirmant, quod damnum quinquagesimę, vel centesimę partis consideratis varijs circumstantijs, & respectibus potest esse graue; & ideo arbitrio Iudicis remittendum erit cap. Apostolicæ de donat. sicut quę dicatur 1 grauis iniuria arbitrio Iudicis relinquitur c. peruenit de sent. excommun. & quæ dicat ęnormis læsio arbitrio boni viri determinatur glos. in §. precium Inst. de empt. & vend. Alex. in l. si quis arbitratu in fin. ff. de verb. oblig. Rip. late in d. l. fin. n. 88. seq. C. de Reuocan. donat. vbi firmat hanc opinionem esse veriorem, & decidit, quod in arbitrio Iudicis erit determinare pro qua iactura bonorum illata donatori possit reuocari donatio latissime Menoch. de arbitr. cas. 73. n. 5. vbi concord. alleg. & cas. 74. n. 2. & n. 4. lib. 2.

Quod magis est firmandū in ista materia fractæ cautionis, in qua multum tribuitur arbitrio Iudicis, vt fere millies dixi, declarando tamen dummodo læsio in re modica, vel parua non fuerit dolose facta ad effectum aduersariū offendendi: quia etiam ex illa modica læsione diceretur fracta cautio, vt dixi supra in q. 41. in qua tractaui de leui offensione. Idemq. erit dicendum si dicta cautio fuerit præstita de non offendendo in rebus, & bonis pro

alia leui offenſione per quę late dixi in dicta quęſtione 41. de leui offenſione.

Quæſt. LXIII.

Promiſſio de non offendendo vſq. in tertium gradum, an intelligi debeat de Iure Ciuili, Canonico, vel ſtatutario, & de alijs iſtam quæſtionem tangentibus.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de non offendendo vſque in tertium gradum ſimpliciter concepta regulatur ſecundum ius Canonicum.*

2 *Notorij concipiunt ſtipulationem ad tollendas omnes difficultates vſq. in tertium gradum ſecundum ius Canonicum computandum.*

3 *Stipulatio ſimpliciter concepta vſq. in tertium gradum vbi viget conſuetudo ſtipulandi ſecundum ius Canonicum prout in ſtatu Eccleſiaſtico intelligitur ſecundum dictam conſuetudinem.*

4 *Notarius ſi vno modo ſtipuletur, & alio modo ſcribat, attenditur ſtipulatio, & non ſcriptura.*

5 *Affinis, vel conſanguineus, qui ſit in tertio, & in quarto gradu an comprehendantur in ſtipulatione de non offendendo vſque in tertium gradum.*

6 *Dictio (vſq. in tertium gradum) intelligitur includere dictum tertium gradum.*

7 *Promiſſio de non offendendo vſq. in tertiam generationem an comprehendat filios, nepotes, & pronepotes, vt primus promittens non conſtituat graдum.*

8 *Sponſus, vel ſponſa, & eorum conſanguinei, & affines non comprehenduntur in cautione de non offendendo vſq. in tertium gradum.*

1 VIDETVR in hac quæſtione eſſe concludendum, vt huiuſmodi promiſſio de non offendendo, vel offendi faciendo reguletur a materia ſucceſſionis: & ideo gradus computari debeat ſecundum ius Ciuile. Soccin. Iun. in conſ. 156. nu. 12. lib. 3. per gloſſ. in l. Iuris conſultus in princ. in verb. item liberi in fine ff. de gradib. affinit. & per tex. in c. ad ſedem 35. q. 5. & per Alex. in l. cum quidam § quod dicitur in fin. ff. de acquir. hæredit. late Tiraquel. de retract. lign. § 1. gloſ. 9. n. 29. ſub verſ. ſed, & id intelligendum, vbi concordantes cumulauit. Herculan. in tract. de caut. cap. 36. num. 8. Hort. Vernat. in allegato conſil. pro Ciuitate Peruſię, num. 6. ſeq.

2 Et inoleuit practica in toto ſtatu Eccleſiaſtico, vt notarij in ſtipulatione promiſſionis de non offendendo exprimant vſq. in tertium gradum computandum ſecundum ius Canonicum Hercul. de caut. c. 36. n. 8. verſ. practici tamen notarij.

3 Si vero in ipſa ſtipulatione notarius omiſerit exprimere vſq. in tertium gradum ſecundum ius Canonicum in ſtatu Eccleſiaſtico, vbi viget talis notoria, & generalis conſuetudo, cenſeretur dicta clauſula appoſita, cum notarius ſemper cenſeatur rogatus vt apponat in inſtrumento clauſulas ſolitas, & conſuetas l. vt liberis C. de collat. Crauet. conſ. 34. n. 5. Cephal. conſ. 88. num. 1. ſeqq. lib. 1. Ant Gabr. concl. num. 55. tit. de conſuetud. lib. 6. & late addentes ad Farin. in quæſt. 59. in litera A.

Her-

Herculan. de caut. cap. 36. nu. 8. verſ. & ſupra quoque diximus: ſecus verò vbi non vigeret talis notoria, & generalis conſuetudo, ſed eſſet ſolum ſtipulari ſimpliciter, & tunc credo, quod deberet intelligi de gradu ſecundum diſpoſitionem iuris communis, Ciuilis & non Canonici per Doct. in principio huius quæſtionis adductos, & in hac etiam opinione videtur reſidere Hercul. in tract. de caut. c. 36 n. 8. circa fi.

4 Si autem notarius vno modo ſtipuletur, & alio modo ſcribat, attenditur ipſa ſtipulatio, & non, quod fuit ſcriptum l. ſi librarius ff. de regul. iur. l. quoties ff. de hæred. inſtituen. & in terminis noſtris Herculan. de caut. d. c. 36. num. 9.

5 Dubitari autem contingit in propoſito, quod ſi notarius ſtipulatus fuerit vſq. in tertium gradum, & vnus affinis, vel conſanguineus fuerit in 3. & 4. gradu, an iſte comprehendatur in dicta ſtipulatione, & eſt dicendum negatiue, cum ſit iſte caſus mixtus, qui non compræhenditur in materia pœnali, maxime quando agitur de iam fracta cautione, vt late dixi in prima par. de pace quæſtione ... & in terminis etiam annuit Herculanus de caut. cap. 36. num. 8. verſic. ſed quid ſi quis.

6 Et iſta dictio (vſq. in tertium gradum) in iſta materia cautionis de non offendendo ſine altercatione includit dictum tertium gradum, vt poſt alios, quos allegat ita concludit Hercul. de caut. c. 36. n. 10. licet ſubdat aliter vidiſſe conſultum per Reſtaur. Caſtal. ea ratione, quia agitur de materia pœnali, & odioſa, & ob id forſan dictam dictionem (vſq.) non debere includere tertium gradum, ſed excludere, & ego arbitror omnino opinionem Hercul. eſſe veram, vt includat tertium gradum per ea, quę tradunt Bar. in l. Patronus §. Sempronio ff. de legat. 3. Abb in c. cum dilecti n. 5. vbi addentes extra de dol. & contum. Felin. in c. quia, in fin. extra de præſcript.

7 Et ſi promiſſio fuerit facta de non offendendo vſq. in tertiam generationem, erit dicendum, quod compræhendantur filij, nepotes, & pronepotes, & primus promittens non faciat gradum neq. numerum, cum ſe ipſum generare nequeat, vt late per Alex. conſ. 125. num. 5. lib. 5. cum plur. ſeqq. vbi teſtatur de communi, & idem voluit prius conſil. 111. lib. 3. ad quem ſe remittit Herculan. de caut. cap. 36. num. 10. in fine.

8 Bene verum eſt, quod in dicta cautione de non offendendo vſq. in tertiũ gradum ſecundum ius Canonicum computandum non comprehenduntur ſponſus, & ſponſa, neq. eorum affines, & conſanguinei, vt poſt Viul. commun. opin. 808. n. 32. & n. 41. Baiar. §. fin. q. 47. n. 61.

Quæſt. LXIV.

Mandans fieri delictum, & aſſiſtens maleficio, vel præſtantes operam an compræhendantur in hac cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Mandans fieri delictum, delicto non ſequuto non compræhenditur in cautione de non offendendo.*

2 *Secus delicto ſequuto ſecundum magis communem opinionem.*

3 *Auxiliatores, Conſultores, perſuaſores, vel aſſiſtentes maleficio an comprębendantur in huiuſmodi cautione.*

NON

1 NON discedendo ab his, quæ late dixi in prima parte de pace quæstione 52. breuiter dicitur, quod mandans fieri delictum, non sequuto delicto, neque effectu ex solo mandato non rumpatur cautio, vt ibi dixi; secuto autem effectu mandans, si fuerit simpliciter concepta obligatio de non offendendo, nec etiam teneretur in pæna conuentionali. Herculanus de cautione capitulo vigesimo sexto nu. 1. seqq. & cap. 36. nu. 17. in fin.

2 Secus vero quando promisit non offendere per se, vel per alium; quia tunc licet mandans offendi non dicatur offendisse, tamen secundum magis communem opinionem ipse mandans pæna conuentionali plectendus erit, vt testatur Herculan. de caut. cap. 36. nu. 18.

3 Et de auxilium, opem, persuasionem, vel consilium præstantibus etiam dixi late in prima parte de pace quæstione 80. & est certum, quod illi præstantes opem, vel auxilium, & assistentes maleficio non puniuntur ista pœna conuentionali, sed tantum pæna legali, vel statutaria Hercul. de caut. cap. 26. n. 4. circa fin. & cap. 36. n. 19. vbi declarat, nisi etiam ipsi percusserint, vel vulnerauerint, vel si in dubio esset, an etiam ipsi percusserint, & ignoretur quis percusserit, sed constet de vulnere, vel percussione, frangatur cautio sed mitius puniantur per ea, quæ tradit Marsil. singul. 15. & hæc volui hic tangere, sed remitto lectorem ad dictas quæstiones 52. & 80. in 1. par. de pac.

Quæst. LXV.

Promissio de non offendendo agnatos, cognatos, affines, adhærentes, sequaces, & alios similes vtrum omnes supradictæ qualitates requirantur in vno offenso, vel vna tantum sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo agnatos, cognatos, affines, & complices præstita per verba alternatiua an requirat ad eius fractionem concursum omnium dictarum qualitatum, videlicet, vt offensus sit affinis, consanguineus, complex, &c.*

2 *Quid autem si promissio fuerit concepta per orationem coniunctiuam.*

3 *Oratio coniunctiua qua sit, & in quibus dictionibus verificetur.*

4 *Quid autem si fuerit concepta non offendere consanguineos, affines, & complices, an ex illa vltima copula extrema pars coniungatur, vel referatur ad omnes.*

5 *Quid autem si extrema pars fuerit concepta per dictionem alternatiuam (vel.)*

6 *Quid autem si fuerit concepta per orationem solutam.*

7 *Declara, vt ibi sub num. 8. 9. vbi late.*

PRO

1 PRO resolutione præsentis quæstionis plures constituuntur conclusiones, & prima est quando cautio de non offendendo est præstita per verba alternatiua, & tunc sufficiat, vt verificetur in vna qualitate, cum oratio alternatiua contenta sit alteram rem adesse capit. in alternatiuis de regul. iur. & ibi late Dinus nu. 2. seqq. & nu. 6. l. in eo §. vbi verba ff. de regul. iur. & ibi Deci. & Cagnol. Alciat. l. in sæpe n. 15. ff. de verbor. signif. Herculan. de caut. c. 41. n. 14. & alternatiua oratio est, quę alteram rē esse significat, alterā verò non, vt si diceremus, aut est dies, aut est nox, quæ oratio dicitur etiā a Doctoribus disiūctiua, quia disiungit siue sensum, siue verba, & plerumq. consistit in dictionibus aut, siue, seu, vel, & similibus l. sæpe, & ibi Alciat. nu. 15. l. hæc verba ille de verb. signif. Din. in d. regul. in altercatiuis no. 7. Hercula. de caut. cap. 41. num. 15. & ideo si cautio fuerit præstita per orationem alternatiuam, siue disiunctiuam, vt si fuerit dictum non offendere agnatos, aut cognatos, siue affines, vel adhærentes, sufficeret offensio facta in vno ex prędictis nec requireretur, quod omnes qualitates concurrerent in eo.

2 Secundo erit conclusio, si fuerit concepta promissio de non offendendo per orationem coniunctiuam, vt tunc requiratur concursus in persona offensa omnium qualitatum, cum oratio coniunctiua requirat concursum omnium l. si hæredi plures de condit. insert. Din. in d. cap. in alternatiuis n. num. 7. seqq. Hier. Cagnol. in l. in eo §. vbi verba num. 1. versic. natura copulatiuæ. Herculan. de caut. cap. 41. num. 16.

3 Quæ copulatiua oratio, quæ etiam dicitur coniunctiua consistit in dictionibus, &, quæ, atque, ac, vt declarat Alciat. in d. l. sæpe n. 3. de verbor. sign. & Hercu. de caut. in d. cap. 41. n. 17. & ideo in promissione de non offendendo per dictas dictiones concepta, vna qualitate deficiente in persona offensa non verificabitur ipsa promissio, vt si dicatur reducendo conclusionem ad actum practicum non offendere, & affines, & coniunctos, & agnatos, & cognatos, & adhærentes, vt bene etiam exemplificat Hercul. de caut. d. c. 41. num. 23.

Quæ secunda conclusio limitatur quando aliter constaret de mente ipsarum partium promittentium, quia tunc oratio coniuncta, vel disiuncta secundum illarum mentem accipitur. tex. in l. non aliter ff. de leg. 3. l. 3. C. de liber. preter. Hier. Cagnol. in l. in eo §. vbi verba numer. 2. ff. de regul. iur. Alciat. in dict. l. sæpe num. 5. cum plur. sequen. ff. de verb. sign. vbi ponit alias intelligentias, & limitationes, & præcipue si ex re ipsa, vel argumento, de quo agitur aliud iuducari æquum sit; item si ex copula repugnantia inducerentur, quia tunc oratio accipitur pro disiuncta, & in discursu ponit alias declarationes ad quem se etiam remittit Herculan. in dicto cap. 41. num. 23. vers. nisi limitatio aliqua.

Si vero promissio concepta fuerit non offendere consanguineos, cognatos affines, complices, & adhęrentes, ex illa vltima copula postrema pars coniungitur, vt offensio fieri debeat in persona, quę sit complex, & adhærens reliqua autem nomina sint disiuncta, & soluta; vt declarat idem Hercul. in d. c. 41. n. 24.

5 Si vero fuerit dictum non offendere agnatos, cognatos, affines, complices, vel adhærentes, postrema pars erit alternatiua, & omnia alia nomina erunt soluta, & in oratione soluta sufficit alteram partem esse veram, vt bene declarat idem Hercul. in d. c. 41. n. 25.

Ter-

6 Tertia est conclusio quomodo promissio fuit concepta per orationem solutam, quę neq. disiuncta, neq. coniuncta dici potest: quod contingit quando in ipsa dispositione plura absq. copulatiua, & disiunctiua nominantur, vt in l. sæpe ff. de verb. signif. & ibi Alciat. num. 25. & exemplificat post Cicer. in illis verbis: Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis obtempera legibus: Item descende in integram defensionem; noli quicquam recusare, da seruos in quęstiones, stude verum inuenire, & alia exempla ponit Herculan. de caut. cap. 41. num. 19. Quod loquendi genus, inquit ibi Alciat. acrimoniam habet, & vehementissimum est, & ad breuitatem accommodatum, & in hac tertia conclusione maior difficultas, & contrarietas inter Doctores est, quam in alijs duabus pręcedentibus, vt tradit Hieron. Cagnol. in d. l. in eo §. vbi verba n. 1. in fin.

7 Sed per ea, quæ tradit I. C. in d. l. sæpe ff. de verb. sign. vtrum omnium qualitatum concursus requiratur, vel an sufficiat alteram adesse, resoluit esse æstimandum ex subiecta materia, & ex mente contrahentium, si dispositio erit alternatiua, vel coniunctiua, vt bene declarat Herculanus de caut. capitulo 41. num. 19. vbi in fin. dicit quod de hoc nemo ambigit, & idem sequitur Hier. Cagn. in d. §. vbi verba n. 2.

8 Si vero de mente promittentium non appareat, in hoc est maxima difficultas, vt dicit Hier. Cagnol. in d. l. in eo §. vbi verba num. 3. ff. de regul. iur. & sub nu. 4. refert plures opiniones sed ex his, quæ ibi late dicit post alios, quos allegat, potest desumi resolutio, quod in omnibus casibus, in quibus coniuncta resoluitur in disiunctam, & è contra, coniuncta in disiunctam, in istis multo magis soluta oratio in disiunctam aut coniunctam resoluatur, quando maior ratio viget, vt etiam declarat Alciat. in d. l. sæpe num. 15. cum plur. seq. ff. de verb. signif.

9 Quando vero sumus in dubio, & tunc firma est regula, vt vbi verba coniuncta non sunt, sufficiat alterum adesse per tex. in d. l. in eo §. vbi verba ff. de regul. iur. vbi Doct. vt etiam firmat Herculan. in d. capit. 41. num. 21. vbi etiam subdit orationem solutam etiam posse dici coniunctam; sed difficultas erit ex alia communi conclusione, vt punctus loco copulæ in oratione soluta accipiatur. Glos. in l. pretia rerum ff. ad l. falcid. cum alijs alleg. per Deci. in d. §. vbi verba, & ideo requiri concursum omnium qualitatum: Ad quam obiectionem Doct. plures accommodant responsiones, & prima erit, vt sit vera opinio d. gloss. quando constat de mente proferentis, & tunc punctus loco copulæ accipitur, vt bene post Deci. declarat Cagnol. in d. l. in eo §. vbi verba num. 4. ff. de regul. iur. & deducitur a Doct. in proposito tex. in l. triplici in fin. de verb. sign. prout etiam in terminis nostris firmat Hercul. de caut. in d. cap. 41. sub nu. 22. secunda erit responsio punctus non afficiat, vt copula, vt concursus omnium requiratur, Tertia est responsio, vt bonum esset si concursus omnium interueniret, non tamen excludatur quin alterum sufficiat, Quarta est responsio, vt illa proposito sit falsa, vt late prosequitur Herculan. in dicto capitulo 41. numero 22. vbi in fine concludit: & ideo ex his omnibus apparet in casu nostro cautionis de non offendendo, non requiri in persona offensa eodem tempore omnes illas qualitates, sed sufficere alteram tantum interuenire, & quod dictum est de promissione de non offendendo consanguineos, affines, coniunctos, &c. passiue, eadem sunt intelligenda in promissione actiua, cum vigeat

geat

geat eadem ratio, vt late post alios, quos allegat firmat Hercu. de caut. in d. cap. 41. nu. 25. vers. quę autem diximus.

Quæst. LXVI.

An reo principali præsentato in carceribus moræ purgatio admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Principalis imputatus de fractione cautionis de non offendendo est audiendus, & supersedendum est in exequutione pœnæ conuentionalis.*

2 *Pœnam exigere ab eo, qui iustam causam habet iniquum est.*

3 *Pœna non exigitur vbi non datur delictum.*

4 *Mora de æquitate Canonica, tam in terris Ecclesiæ, quam alibi purgatur.*

5 *Fideiussor quandocunq. ante solutionem factam per spontaneam comparitionem liberatur.*

6 *Moræ purgatio est fundata in illa æquitate, vt iniquum sit hominem possidere, & pœnam petere.*

7 *Pœna in Prætorijs stipulationibus non datur vbi prędiudicium partis non adest.*

8 *Fiscus non acquirit irreuocabiliter, sed reuocabiliter cum modificatione si mora purgari non posset.*

9 *Moræ purgatio de æquitate Canonica admittitur etiam ad fauorem barbarorum.*

10 *Morę purgatio admittitur etiam si fuit renunciatum purgationi moræ.*

11 *Moræ purgatio admittitur non quandocunq. sed infra aliquod tempus.*

12 *Moræ purgatio non admittitur, nisi sponte quis compareat.*

13 *Moræ purgatio non admittitur si pœna in totum, vel in partem fuerit exacta.*

14 *Contrariam opinionem tenent ibi aliqui Doct.*

15 *Moræ purgatio non admittitur in quibusdam casibus, remissiue.*

16 *Moræ purgatio est tota fundata in præiudicio tertij.*

17 *Morę purgatio non admittitur vbi datur contemptus Iudicis.*

18 *Moræ purgatio admittitur quandocunque in cautione de non offendendo.*

19 *Pœna conuentionalis etiam Fisco incorporata, sequuta sententia absolutoria infra annum debet restitui.*

1 SI fuerit aliquis imputatus de fractione promissionis de non offendendo, ac etiam sequuta fuerit contra eum condemnatio, si deinde reus se constituat in carceribus, & velit ostendere non fregisse dictam cautionem, erit audiendus, & in proposito adducit potest vulgaris decisio Gram. 95. vbi testatur, quod Consilium Neapolitanum resoluit fuisse supersedendum in exequutione pęnæ conuentionalis donec esset resolutum negocium principale, quia si absoluatur ab ipso delicto principali, debet etiam absolui a pæna cõ-
2 uentionali, quia iniquum videretur pænam exigere ab eo, qui iustam causam tenebat, prout etiam expræsse sequitur Carauit. in rit. 163. num. 2. versic secundo casu; Foller. in pract. crimin. in vers. verum si citari comparent num. 4. Baiard. ad Iul. Clar. §. fin. q. 46. nu. 57. vers. quinimo fortius, qui loquuntur in promissione de se repręsentando, quæ videtur commissa ex quodam contemptu Iudicis. Quod multo magis igitur est dicendum in ista cautione de non offendendo, quę non committitur ob Iudicis contemptum,

sed

sed ob offensionem factam aduersario ideo si non datur offensio, nec poterit
3 dari exactio pænæ cum vbi non datur delictum, neq. ibi detur pæna l. in cócubinatu in fi. ff. de concubin. Bursatt. conf. 387. n. 15. vol. 4. Petr. Caba. in q. crim. cas. 1. n. 12. seq.
4 Et clara etiam si conclusio, vt de æquitate Canonica, tam in terris Ecclesiæ, quam alibi admittatur moræ purgatio. Thesaur. decis. 77. n. 3. versic. ex quibus inferebam, vbi testatur ita in casu suo fuisse iudicatum, & esse solitum ita semper seruari. Carauit. rit. 163. num. 2. Baiard. in d. q. 46. nu. 55. versic. & an ita, vbi concordantes adducit, & Farinacc. in q. 34. nu. 136. vbi etiam concordantes allegat, & post
5 illos firmat, quod fideiussor quandocunque etiam post condemnationem per rei spontaneá comparitionem ante solutionem factam liberetur. Thesaur. d. decis. 77. nu. 3. in fin. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 48. num. 11. sequentib. qui loquuntur etiam si in fideiussione adessent dies, pæna, & iuramentum, & loquuntur, vt reus possit purgare moram se ipsum præsentádo, ac etiam fideiussor ipsum reum præsentando.
6 Quæ moræ purgatio est fundata in illa æquitate, vt iniquum sit hominem possidere, & pænam petere. tex. in l. apud Celsum §. lab. ff. de dol. except. & in l. rescriptum. §. si facto ff. de pact. Carauit. d. rit. 102. nu. 2. Vrsill. ad Af-
7 flict. decis. 140. num. 7. vbi subdit quia in istis Prætorijs stipulationibus non agitur ad pænam, quando non infertur præiudicium ex tarditate repræsentationis. Bertazzol. conf. 560. num. 23. vol. 2. Thesaur. deci. 29. n. 5. vbi etiam testatur ita pluries fuisse iudicatum.
8 Nec Fiscus in hoc priuilegiatus dicitur, licet Notarius stipulatus fuerit pœnam pro eo in euentum contrauentionis; quia eidem Fisco non acquiritur ius simpliciter, & irreuocabiliter, sed bene reuocabiliter, & cum modificatione, si mora purgari non posset, secus si purgari posset, vt post Imol. Cuman. Paul. de Castr. & Alex. bene declarat Ias. in l. si insulam nu. 38. circa medium ff. de verb. oblig.
9 Quæ moræ purgatio de æquitate Canonica admittitur etiam in fauorem hebræorum. Natt. conf. 260. per totum Rim. Iun. reprobato Ias. in conf. 653. n. 52. seqq. vol. 6. vbi etiam plures
10 alios concor. alleg. etiam si fuisset moræ purgationi renunciatum. Baia. in d. q. 46. n. 65. circa medium.
11 Primo limita, & intellige, vt moræ purgatio non detur quandocunq. sed tantum infra breue tempus. tex. in l. & si post ff. si quis caut. vbi loquitur Iurisconf. si post tres, aut quinq. vel plures dies, Seraphin. de priuil. iurament. priuileg. 38. num. 11. sequen. Baiard. in d. q. 46. n. 55. cum plur. seq. vbi post alios, quos allegat etiam dicit, quod per tex. in l. sancimus ff. de fideiussor; tantum tempus conceditur ad purgandum mora secundum vnum intellectum quantum ex conuentione fuit sancitum, & secundum alium intellectum conceditur tempus sex mensium secundum vero alios remittitur arbitrio Iudicis, vt late per Menoch. de arbitr. cas. 40. lib. 2. & Thesaur. decis. 77. sub num. 3. loquitur in spacio octo dierum.
12 Secundo limita, & intellige, vt sit verum, quando reus sponte se constituat, secus si fuisset captus, quia tunc nec fideiussor, neq. reus admitteretur ad moræ purgationem. Carauit. in d. rit. 163. & Baiard. in d. quæstione. 46. nu. 58.
13 Tertio limita, & intellige, quod si pæna fuisset in totum, vel in partem exacta, fideiussores non possent præsentando reum moram purgare Rim. Sen. conf. 421. n. 8. vol. 2. Ias. in l. si insulam nu. 31. ff. de verb. oblig. Crauett.

uert.conf.246.n.5.& ita fuit resolutũ in Rota Romana coram Illustr.D.Car. Platto, quam decisionem ponit Farin. lib. 1. decis. 48. vbi Domini resoluerunt, moram non purgari post exequutionem factam, & ibi testatur de communi, & maxime quando ius tertij fuisset effectum deterius.

14 Et licet Petr.Bellug.in suo tract.Specul .Princip.rub.31.de official.in carcer.milit.n.27.quem refert Bertazz.in conf.560.nu.23.voluit, quod etiam si pęna fuisset exacta in totum, vel in partem fideiussores possint moram purgare pręsentando reum tamen Baiar. in d.q.46.n.59.credit quod in hoc se decipiat per supra relatam communẽ opinionem, vt facta exequutione non sit locus purgationi morę.

15 In qua materia de purgatione morę excipiuntur aliqui casus, vt per Ias. in d.l.si in Insulã sub nu.31.ff.de verb. oblig.latissime Farin.q.34.n.125.cum plur.seq.Seraphi.de priuil.Iuram.priuil.48.n.11.seqq.sed ego credo, quod in casu nostro cautionis de non offendendo possit quandocunq. mora purgari, si reus constituatur, & doceat nõ commisisse delictum per illam conclusionem supra firmatam, vt iniquum sit pænam exigere ab eo, qui iustam causam tenebat, quia non offendit, & non applicatur pæna vbi non datur delictum etiam per Doct.supra adductos, & nullum pręiudicium in Fisco considerari possit ob non pręsentationem

16 neque lęsum eius ius reputari valeat: ideo morę purgatio admittitur, cũ tota ista materia sit fundata an ius actoris fuerit effectũ deterius. Doct. & pręcipue Rip.in d.l.si insulam nu.27.&re integra detur semper morę purgatio. Osascus late decis.21.n.55.seqq.n.59. nec isto casu considerari porest aliquis contemptus Iudicis, cum solum respiciat personam partis aduersæ, quia non est in fideiussione de non discedendo de domo, vel de camera pro carcere assignata, quia si discedat videtur contemnere Iudicem ac etiam

17 in fideiussione de se repræsentando, quia si non se pręsentet videtur etiam aliquo modo contemnere Iudicem, prout considerant Boss. in tit. de carcerat.fideiuss.committ.num.49. Rim. Iun.conf.82.num.19.tom.2.crim Baiar.ad Iul.Clar.in d.q.46.n.60. vers. nec committendum, & latissime Farin.

18 in d. q. 34. & ideo credo, quod bene possit quadrare in proposito temperamentum decis.Gram.95.vt si non doceat non commisisse delictum, tunc pęna debeatur ob eius contumaciam, & pęnam iam exequutam, secus vero si docuerit de eius innocentia, & non offendisse partem, tunc omnino sit vera opinio Petri Bellug.vt pæna, siue in totum, siue in partem fuerit exacta, per spontaneam pręsentationem principalis rei, moræ purgatio admittatur cum in proposito neq. delictum detur in negocio principali, neq.considerari possit contemptus Iudicis, neq.damnũ Fisci, ob retardatam præsentationem & ideo in ista promissione de non offendendo nunquam pęna debeatur, sed moræ purgatio admittatur quan-

19 docunq.vel verius ista pæna conuentionalis, quæ solum consistit in delicto vel negocio principali, sequuta sententia absolutoria infra annum, per quam declaratur inquisitus non culpabilis, nec de iure punibilis restituatur, quamuis fuerit Fisco incorporata prout dicimus in alijs delictis. Iul. Clar.q.44.n.1.vers.in illis igitur, & nu.2.§.fin.Farin.q.17.n.86.& conf.14. & ibi adden. in litera A, Sfort. Odd. conf.72.num.42.seqq.Horat.Carpan. super nouis Const.Mediol.in c.omniũ n.686.tit.de Confisc.bonor.& Hercu. de caut.c.28.n.8.in terminis dicit reo principali pręsentato fideiussor de non offendendo liberandus est, nisi cautio fuerit pręstita iussu Iudicis quia tunc considerari posset contemptus Iudicis per

per ea quæ late dixi supra in hoc 3.S. quęst.3.nu.22.& seq.& ideo isto casu solum erit consideranda morę purgatio.

Laus Deo semper sit cum ad finem perduxerim hos tractatus de Pace, Treuga, Verbo, & Cautione de non offendendo de mense Iulij 1610. & Inmediate assumpsi tractatum vtilissimum ac pijsimum ad defensam reorum, & carceratorum, super quocunq. crimine, quem diuido in tres libros, In Primo ponam omnes defensiones, quæ possunt deduci ad fauorem inquisiti, qui sponte, vel coactę fuit in carceribus, In secundo ponam omnes defensiones, quæ possunt deduci contra processum fabricatum in contumacia inquisiti. In 3. ponam defensiones particulares super quolibet crimine. Sed quia opus erit laboriosum, Ideo precor Beatissimam Dei Genitricem in hac mea ætate annorum. 50. vt eius suffragio, & auxilio possim, magis placato animo quam hucusq. feci ad finem peruenire.

F I N I S.

INDEX
RERVM ET SENTENTIARVM
Quæ in prima, & secunda parte totius tractatus continentur.

B

Cau-

Cau-

F

Et

ini-

In-

L.

M

Pax

Con-

432

Quæ

cum

Pœna

Q

S

T

Quod

FINIS.

Imprimatur si placet Reuerendiss.P.M.S.Palatij Apostolici
Caesar Fidelis Vicesgerens.

Ego Nicolaus Cassianus vidi, & approbaui hac die 26.Maij 1610.

Imprimatur; Fr. Thomas Pallauicinus Bononien. Mag.& Reuerendiss.P.F.Ludouici Ystella sacri Palatij Apostolici Magistri, Socius, Ordinis Praedicatorum.

Errata omissa, correcta, & addita.

In prima parte de Pace.

IN Argumentis quæst. in prima par. quæst. 25. adde, a fœminis. In §. 2. de verb. in argumentis nu. 1. quotu-plum, quotuplex. In §. 3. de Caut. q. 58. adde, Bannientia, statum. In eod. § q. 63. in fin. frangentibus, tangentibus. In eod. q. 66 visæ, moræ. In procemio, die 29. Nouembris, die 30. In tit. parte prima, para prima, vsque ad fol 61. quæst. 4. n 7. firmando, firmanda. In ead q. n. 8. teneatur, teneantur. q 6. n. 1. dicitur, dicit. q. 7. n. 9. Ciuitatea, Ciuitatis. In ead. q. n. 11. circa fi. n. n. 36. q 8. n. 1. Mar. in tract. bannit. in verb. pace. In ead. q. n. 10. possit, possint. In ead. q. n. 13. tenetur, teneatur. In ead. q n. 24. multoria, multoties. facta, factas. n. 35. iuriæ, iniuriæ. In q. 10. n. 20. cap. : , c 13. In q. 11. n. 8 & quid etiam, & quod etiam. In q. 12 n. 8. eadem persouæ, persona. In q. 12. n. 14. impuntum, impunitum. In q. 13. n. 22. hereditariam, hereditarium. In q. 14. in rubr. Constitutionis, Constitutis. ead. q n. 31. in fin. legitimarum, legistarum. ead. q. n. 37. tutore legittime, legittimo. In q. 15. n. 21. in concursu masculi sint, non sint. In ead q n. 22. vel aliaa, alios. In ead. q. 16. n. 3. non disentet, diteutet. In q. 23. n. 7. iustia, iustitia. In ead. q n. 9. quocunque, quacunque. In q 25. n. 3 eas. 73. 74. In ead. q. sub eod. n. debeat, debeant. In q. 25. n. 4. augumentum, augumentum. In q. 27 ne, ore. In ead. n. 20. cautela, cautelæ. In q. 32. n. 14. q. 81. In q 33. n. 9 que, quo. In q. 37. Nicolaus Moronus, Nicolaum Moronum. In q. 35. nu. 10. tolle, tollere. In q. 38. n. 25. pax, pars. In ead. n. 8. totoa, toto. In ead. n 11. quæst. conclus. in ead. q n. 27. desumit, desumimus. In ead. q ad Baiard. Baiard. in q. 41. n. 3 lib . lib. 4. in q. 42. n. 19. subito, subdito. in ead. q. n. 22. ad restitutionem, & non ad restitutionem. in q. 43. n. 8. De qua ego dubito, De qua ego non dubito. in ead. q. n. 8. esse, esset. in ead. q. n. 8. interueniisse inueniisse. n. 9. inuita, inita. nu. 15. ombibus, omnibua. eod. n. 15. contrarii, contrariis. in q. 50. n. 10. in personam nisi, in personam quia nisi. in ead. q. n. 11. promissio fuerit, promissio non fuerit. in ead q. n. 23. Qui non deliquit, Qui deliquit. in q. 69. n. 61. adherentibus, heredibua. in ead. q. n. 7. vel pacto, vel puncto. in q. 81. n. 6. ratiantibus, ratificantibus. n. 14. Hond. cons. 67 Hond. cons 97. in ead. q. n. 15. Farinae. q. 197., 107. in ead. n. 12. concl. 119., 1162. in q. 83. n. 3. lex, sed. in ead. n. 10. beneplaci, beneplaciti. in q. 87. q. 187. q. 107.

In secunda par. §. 1. q. 12. per obseruauit, semper obseruauit. in 2. §. 2. q. 7. nu. 3. per ipsum, per Fiscum. in 2. §. 3. q. 2. n. 6. stipulationis, stipulationibus. in 2. §. 3. q. 20. n. 1. vire, leire. in ead. q. 21. n. 3. centet, censetur. in q. 24. n. 9. veridiam, veridicam. in q. 27. n. 5. efficiatur, efficiatur Clericus. in q. 35. n. 4. q. 197. 107 in q. 41. n. 4. ponaena, ponderis. in q 42. n. 29. post alios, post alios quos. in q. 46. n. 1. procisum, promisum. in q. 47. n. 9. contra bona fideiussorum, adde, quam contra personas. in q. 51. n. 5. Asculo, de Asculo. in q. 54. n. 2. legalem transire, legalem non transire. in q. 56. n 4. si voluit, si voluisset. in q. 57. n. 2. se genere, se gerere. in q. 59. n. 5. cohiberi delinquant, cohiberi ne delinquant.

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

a b c d e.

Omnes ſunt terniones præter Ll, & e, quæ ſunt quaterniones.



ROMAE

Ex Typographia Guillelmi Facciotti.

MDCX.

Superiorum Permiſſu.